QVARTVS TOMVS

Operum Origenis Adamantii: qui complectitur, folio proximo signantius explicanda.



Venundatur cum reliquis Joanni Paruo: Jodoco Badio: et Conrado Resch.

Origenis Vita et Opera latinitate donata.

IOANNES TRITTHEMIVS ABBAS SPANHEMENSIS IN LIBRO DE SCRIptoribus ecclesiasticis, de Vita & scriptis Origenis.

ORIGENES Qui & Adamãtius, Presbyter, natiõe Alexãdrinꝰ, Leonidis martyris filius, Clementis Alexãdrini quõdã discipulus, vir magni & excellentis ingenii fuit: ita vt studio & eruditiõe similẽ nũq̃ habuerit. Anno Seueri Pertinacis decimo, aduersum Christianos ꝑsecutione mota, ac Leonide patre ꝓ fide Christi martyrio coronato: cũ matre vidua & sex fratribus pauper derelictus est, annos natus circiter decẽ & septẽ. Substãtiã aũt oẽm ꝓpter Christi cõfessionẽ fiscus occupauerat, ita vt vnde viuerent, amplius nil haberent. Et licet annorũ numerus minor supputaret̃ in iuuene: erat tamẽ iã mirabilis in eo doctrina, & fidei Christianæ admirãda cõstãtia. Proposuerat eñ cũ patre suo Leonide ꝓ fide Christi fortiter occumbere, si nõ matris fraude ad ecclesiæ vtilitatẽ magnus doctor futurꝰ, eũ cõtigisset ꝑseruari. Nã cũ ad locũ agonis patri mane pridie deliberasset occurrere: sublatis a mře noctu vestimẽtis, & obseratis tabernaculi valuis, domi cogit̃ remanere. Cum vero in virum creuisset, agere vitam apostolicam instituit, & annũciãs in circuitu suo verbũ dei, nudis pedibus multis annis incessit: super lectũ deniq; plumis stratum nunq̃ dormiuit, a vino & carnibus pręter infirmitatem oĩno se abstinuit: ieiuniis, vigiliis, orationibꝰ, & continuis diuinarũ scripturarũ studiis & expositionibus deo deuote seruiẽs intẽtus fuit. Christi quoq; consilio vnam tãtũ tunicã induere cõsueuit: & oĩm mũdanoꝝ contẽptor effectus, nihil de crastino cogitauit. Amore castitatis vt mulieribus secure auderet prędicare, se castrari fecit, licet in hoc facto zelus sine scientia mãserit. Ob eius doctrinã, eloquentiã, & Apostolicã vitam, Mammęa Alexãdri Imperatoris christianissima mater, eũ audiendi desiderio capta, ex Alexandria Antiochiã accersiuit: & eius melliflũa doctrinam cũ ingenti admiratione audiuit. Erat aũt in studio diuinarũ scripturarũ adeo intentus, vt nec cibũ vnq̃, nec somnũ caperet, nisi vnus e fratribus lectionẽ scripturarũ cũctis audientibus ꝑmisisset. Nouum & vetus testamẽtũ velut alter Esdras memoriter nouerat, & iam senex contra suã ętatem linguam Hebraicam didicit, & omnium interpretum editiones præter septuaginta, in vnam mirabili studio comportauit. In editionibus scripturarũ dictãdis tã admirãdę memorię & subtilitatis fuit, vt septẽ notarios totidẽq; ĩ scribẽdo velocissimas puellas, ꝑter alios iuuenes, omnes insimul ex eius ore diuersa scribentes incredibili ꝓnunciãdi agilitate fatigaret. Et cum tantus haberetur, & esset inter oĩes ecclesiasticos doctor insignis: magnis tamen notatur erroribus, quibus vel ipse desipuit, vel aliis inserẽtibꝰ falsa scriptis depravatus fuit. Semper enim de Origene varia fuit doctorum opinio, quibusdam hęreticũ asserẽtibus, aliis ipsi fraudem affirmantibus impositam. Mirandum non est si primus sine exẽplo errauerit, qui tot volumina sine magistro ꝓcedente explicuit. Nostrum tamen est, nedũ de Origene, sed de quibuscunq; scriptoribus cũ sancta ecclesia Romana sentire, & supuacuas opiniones contemnere. Edidit autem poene infinita volumina, de quibus ego latinis infusa, vidi tantum subiecta.

In Genesim.	Homilias.	xvi.	In principio fecit deus cælum.
In Exodum.	Ho.	xiii.	Videtur mihi vnusquisq;.
In Leuiticum.	Ho.	xvi.	Sicut nouissimis diebus.
In Numeros. ✳	Ho.	xxviii.	In numeris non omnes digni.
In Iosue.	Ho.	xxvi.	Donauit dominus nomen.
In Iudicum.	Ho.	ix.	
In principium Ididæ.	Ho.	ii.	
In Esaiam prophetam.	Ho.	ix.	Quo anno Ozias rex vixit.
In Hieremiam prophetam.	Ho.	xiiii.	Deus ad benefaciendum promptus.
In Ezechielem.	Ho.	xiiii.	
In euangelium Matthæi.	Ho.	xxvi.	
In Euangelium Lucæ.	Ho.	xxxix.	Sicut olim in populo Iudæorum.
De Helchana.	Lib.	i.	Non ab initio tantummodo Deus.
In principium Iob.	Lib.	iii.	
In Cantica canticorum.	Lib.	iiii.	
Item In Cantica canticorum.	Lib.	ii.	De Cantico canticorum dicturus.
In Psalterium tractat	Numero.	cl.	Beatus vir &c. Hunc psal.

Quarta parte contenta.

Alia insuper multa composuit, quæ ad manus nostras non venerunt.
Sunt qui scribāt se Origenis tractatus ad sex milia legisse, qui numerus & magnus est, & Latinis incognitus. Nec dubium quin multa illius opuscula nouiter trāslata sint: quæ ad notitiā nostræ lectionis minime venerunt. Moritur autem senex & pauper, apud Tyrū sepultus, sub Valeriano & Galieno principibus, Anno Domini. CCLXI. Indictione nona, Aetatis suę anno septuagesimo.

Tituli materiarum principalium in Quarta parte contentarum.

Contra Celsum.

Primi libri Periarchon Capitula.

Libri secundi Capitula.

Quarta parte contenta.

Libri Tertij Capitula.

Libri Quarti Peri archon Capitula.

Threni:seu

Tituli Apologetici Pamphili pro Origene.

Rufini.

ORIGENIS

PROOEMIVM CONTRA CELSVM, ET IN FIDEI CHRISTIANAE DEFENSIONEM LIBER PRIMVS, CHRISTOPHORO PERSONA INTERPRETE.

A HORTARIS SACER Ambrosi, vt Celsi cet si gentilis & philosophi hoīs obiectiones in Christianā religionem oblatrātis, ꝑ nostro arbitrio refutemus. Ipse vero, etsi af fiduis & magnis vtute nosti, laboribus interpellor, qppe q sacras literas oēs interptādi puinciā mihi desumpserim: haud quaq̄ tñ ꝑ maximis tuis in me bñficiis, ad rē nō min⁹ honestā q̄ necessariā hortāti tibi sū defutur⁹. Quis. n. tā leuis philosophi dicacitatis petulātiā tulerit? q suis tenebris qb⁹ imergit nihil cōtētus, vel aliis has ipsas vt igerat enitatur: q de rerū cōditore optime sentiāt: & ei⁹ velit disciplinā & instituta obstrepēdo puertere, q a morte hoīes reuocauit ad vitā, & eternitatis iter ostēdit. Eni vero de reb⁹ humanis tā bene mereri pōt q pestiferos errores sustulerit, q̄ q pie docet innocēterq̧ viuere. Tametsi illud dicere ausim, neminem vspiā iueniri q diuinis sit literis apprime eruditus, & verā dei i Christo charitatē adept⁹, qui delitātib⁹ Celsi dictis, aut ei⁹ similiū, vel nutet, vel penitus moueat. Nō em̄ a Christi fide, vt veterū quōdā ꝑdictionibus, ita in posterū re ipsa & miraculis apti⁹ cōfirmata: tā leuiter quis defecerit. Quis em̄ (inqt Apl's) a charitate dei nos separabit? afflictio, an angustia, au psecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Quantis olim plerīq̧ affecti suppliciis, q̄ miseris modis excruciari, in fide stabiles perstitere? Sed cū infirmiores sint in ecclesia qdā: quos Paulus suscipiēdos esse cōmonefacit: non ab re fuerit deliri hoīs ineptias refutare: ne forte q recēs ad verā illā & diuinā se contulit disciplinā, siue verborū lenocinio quodā illectus, siue pristina sua & praua ad memoriā reuocata cōsuetudine, ad vomitū relabat. Nō. n. temere Paul⁹ idē sciēs vt nihil ignarus, nō mediocrē inesse philosophis vim suadēdi: qppe q ꝑ veris possint falsa plerūq̧ astruere: Videte (inqt) ne qs vos per philosophiā decipiat. Ipse vero meliore cōditione futurū existimauerim q Celsi dicta per inde vana & anilia ita cōtempserit, vt nihil oīno ducat his respōdēdū. Quid em̄ pōt aduersum nos ille afferre qd nō ineptū, inualidum, & falsum esse coarguatur? presertim cū deliramēta qdā inducat nec ratione subnixa, nec prudēti saltem homine digna: q̄ vtiq̧ sumus iuuante deo tam facile nos euersuri, q̄ leuiter ille obiecit.

CELSVS Itaq̧ Christianorū religionē calūniaturus, hūc in modū orditur: aitq̧ pter principū statuta & leges, cōuētus quosdā inter se Christianos seorsum & clā factitare: quoꝝ ptim apti sint & i ꝑpatulo stāt, vt q legib⁹ pmittunt: ptim cōtra principū iura. B Vult ꝑterea mutuā illā Christianoꝝ criminari vel ex eo beneuolētiā, quā hi charitatē appellāt, qa cōmuni periculo cōstet, vt cuius gratia nullum recusent pro se inuicē subire discrimen, tāq̄ coniuratione aliquā charitas ipsa ꝑtēdat. Hic deinceps cōmunē legē extollit, vulgatiorē q̧ & celebrē facit, & dignū ducit cui pareāt oēs. Quocirca dicēdum erit, q̧ queadmodū quispiā vbi se ad Scythas cōtulerit: qbus leges nefarię sint, neq̧ ab his secedēdi sit postea opportunitatē adeptus: & idcirco viuere apd eos cogat, iure qdē ob verā & pristinā legē, vt quā excessisse sit visus ga cū Scythis verset, si quos forte sit interea nactus secū q sentiāt: Scytharū ꝑculdubio leges excesserit, & suas tuebit: sic apud iudicē illū gentiliū leges q̄ de simulacris & imploꝝ deoꝝ multitudine, ꝑmulta prēfiniūt: ꝑ Scytharū institutis habent, vel ꝑ re alia quauis quæ Scythis ipsis nil sit impietate inferior. Haud quaq̄ igit pter statuta fuerit & leges: cōuētus ꝑ veritate facere. Vt em̄ Tyrāno totius in se ciuitatis cōspirationē pueniēti necem q molirent, iure id viderent fecisse: sic & Christianę fidei sectatores, tyrānidē exercēte diabolo, q id nominis est apud hos ipsos sortitus, & mendacissimus est, in vnū coeunt ꝑter ipsius dæmonis instituta: vt hūc ipm impugnēt, & saluti sint aliis, qbus possunt psuadere vt ab eo desciscāt, tāq̄ Scytharū siue tyrāni lege. Deinde Christianū hoc dogma affirmat a Barbaris cepisse ortū: hoc est a Indeis: vnde Christiana hęc pēdeat fides. Et re C ēte qdē nil hāc criminat q̧ desumpta a Barbaris sit: qppe quos laudet, afferatq̧ posse hos esse & dogmatū iuētores. Addit tñ potiores semper Grēcos fuisse Barbaroꝝ inuenta vel astruere, vel iudicare, vel ad virtutē eadē hęc exercere. Atq id mihi ex Celsi dictis offert,

quo & tutari Christianã rem possim,& cõfir
mare quę nostrę huic īsunt religioni & vera
esse & certiora, ꝙ ex gentili quispiam schola
& disciplina,vbi se ad Christũ cõtulerit,non
modo iudicet indubitata esse quę credimus,
sed exercitatione & opere,Christianę doctri-
nę astruat veritatē:& qđ mancum fortasse &
mutilũ pro gẽtiliũ argumẽtis,& minus pro-
babile videret,hic suppleat : & plane confir-
met veram hanc esse religionē.Dicẽdum prę
terea,esse propriũ qđdam huius doctrinæ ar
gumẽtum,quẽadmodũ longe plurimum hęc
diuinitatis participet,q̄ gẽtilis illa & dialecti
ca:nimirum quã apostolus spiritus & virtu-
tis appellat ostensionē.Spiritus quidem ob ꝓ
phetias & vaticinia , q̄ satis possunt reddere
certiorem qui eas perlegerit, cuiusmodi sint
quę de Christo scribunt:virtutis vero ob ad
mirandas Christi virtutes : quas etsi ex aliis
multis astrui possit hunc operatum fuisse,ex
eo tamen vel maxime, ꝙ vel ad id temporis
virtutũ huiusmodi in eis seruant vestigia,q
pro verbi,hoc est Christi domini voluntate,
D vitam hanc ducũt.Cęterũ Christianos seor-
sum facere & docere affirmat q̄ se oblectent,
nec temere ait id hos factitare, vt q hoc pa-
cto īpendẽtis mortis pœnas ꝓpulsent:discri-
mẽq; cũ discrimine cõfert,qđ olim fert philo
sophãtibus cõtigisse nõnullis,vt Socrati:qđ
tamē poterat & de Pythagora dici,& aliis sa
pientię studiosis.Ad hęc autem sic respondẽ-
dũ,Athenienses eorũ statim pœnituisse,quę
fuissent in Socratem machinati , nec vllũ eiꝰ
viri ob gratiã,exacerbati animi apud hos ve
stigiũ resedisse.Nec secus dici & de Pythago
ra potest,vbi hunc aduersarii sustulerũt.siq-
dē huiꝰ discipuli & sectatores,qui & Pytha-
gorei sunt postea dicti:ad multum tẽporis in
Italia,quę olim magna Gręcia dicebat , qbus
se addixerant studia conseruata ad posteros
trãsmiserũt.De Christianis autem quid erit
dicendum,quorum doctrinam vel Romano-
rum senatus,Imparoresq; vt quisq; successe-
rat,& milites ipsi & populus,& credentiũ ne
cessarii, impugnãdo tã acriter interpellarẽt:
vt perinde ac victa istoꝝ forte succubuisset ī
sidiis,ni diuina virtute emergẽs,superior ad
eo euasisset,vt terrarũ orbē,etsi īsidias moliẽ
E tem,peruicerit? Videamꝰ etiã vt Christianæ
huius doctrinæ moralitatē Celsus carpere se
arbitretur , cũ cæteris philosophis commu-
nem hãc facit,perinde nec elegans sit, nec no
ua instructio.Nos vero asserturi id sumus.si
enim non omnes pro communi sententia de
moralitatis hac disciplina recte sentirent:in-

terclusa esset omnino iustum dei iudicium in
ducẽtibus,pro cõmissis facinoribus vel recte
factis ęquior retributio . Vñ nec mirũ debet
videri,eũdem deũ,quę per ꝓphetas & Salua
torem edocuit,in vniuersorum animos disse
minasse:vt in diuino iudicio sit oĩs homo
inexcusabilis,qui volũtatē habeat legis cor-
di inscriptã.Qđ sane prętẽdit scriptura,tam
etsi illudendo vt fabulosam hãc ducant gẽti A
les,perinde quia deũ faciat mãdata & legem
ꝓpriis digitis exarasse, tradidisseq; Moysi de
ferenda:nec secus & tabulas,quibus illa fuis-
sent inscripta,quę postmodũ ob eorum sunt
cõtritæ nequitiã qui vitulũ sibi conflassent:
tanq̄ quis diceret , abũdantiora tunc scelera
tabulas illas quo minus haberent interclusis
se:alteras vero quas Moyses īcidisset,iterato
deũ scripsisse,perinde ac ꝓpheticis dictis ani-
mam ipsam post priorem lapsum ad dei secũ
das inscriptiones parãtibus.Quæ autē ad di-
uinũ attinent cultũ, etsi literis sacris ꝓbent,
differẽdo tamē cõfirmat nequaq̄ se arbitrari
fabrorũ manibus deos effigiari: quia iniquũ
sit q̄ per nequissimos quosdã & perditis mo-
ribus homines fabricent,vt deos eē ducamꝰ:
cũ sępe cõtingat, vt ad improboꝝ quorundã
nutum parent. In sequẽtibus vero id ipm cũ F
vellet cõmune philosophis facere,vt non pri
mũ sit a nostris excogitatũ:Heracliti dictum
hũc in modũ exponit.Nõ.n.delirãs qs persua
serit eis q tẽpla ingrediunt, vt ad deos inani
maros accedant. Qua de re etiam dicendum
erit nil secus ac alii solẽt,q dũ ad bonos mo-
res instituũt , inspersos esse humanis mẽtibꝰ
asserũt cogitatꝰ:quoꝝ instinctu Heraclitus,
siue e gręcis barbarisve alius qspiã,vt id con
firmaret ꝓsenserit.Nã & Persas hoc ipm sen
sisse ait, & Herodotũ iducit ī sua id historia
enarrãtē. Addemus & ipsi si lubet Zenonem
quẽpiã Citieũ,qui in eo libro quē de republi
ca moderanda cõscripsit,sic inqt. Sacella aũt
ac tẽpla cõstruere nil erit necesse:sacrum eñ
nihil est prorsus existimãdũ,nec maioris qdē
faciẽdũ,nec ꝓ sancto habendũ, qđ struxerint
hoĩes.Liquet igit vel de hmõi dogmate & di
sciplina,humanis in cordibus diuinis ex scri
ptionibus exaratum sat esse,& qbus sit operi G
bus incũbendũ.Proinde haudquaq̄ intelligo
qua re impulsus inquiat Celsus dęmonũ quo
rũdam appellatione & inuocationibus Chri
stianos videri res tãtas moliri. Et vti videre
videor,illud significaturus hoc ītulit, pinde
ac si carminibꝰ isti,dæmones abigãt fugẽtq;.
Sed aperte videt Christianã is calũniari do-
ctrinã:quãdoquidem nullis dęmonũ inuoca-

tionibus:sed Iesu nomine nũcupato, & rebꝰ
pronũciaris quas ille optime gessit,vti est hi
storię proditũ,vim eã habere videnť veri dei
cultores:nimirũ q vbi id egerint excedere ex
hominibus dæmones cogunt: & tũc pcipue
cũ ex animi vero quodã affectu & integro q̃
dei sunt proferunt. Est enim tanti momenti
Iesu hoc nomẽ in dæmones inuocatum:vt si
vel p improbos nũcupetur,plurima peragat.
Qđ edocẽs Iesus sic inqt:multi dicẽt mihi in
die illa,in nomine tuo dęmones eiecimus,&
virtutes operati sumꝰ. qđ sane dictũ haud sa
tis intelligo,sciẽs ne an imprudẽs neglexerit
A Celsus. Arguit & in sequẽtibus artis magicę
Iesum, tãq̃ magicis quibusdã prestigiis face-
ret quę fecisse sit visus miranda. Nã cũ alios
(inquit) Iesus hic præuideret qui eiusdem
essent magicæ disciplinæ cognitionẽ adepti,
eadẽ illa quæ ipse faceret, quãdoq; facturos,
per iactãtiamq; asserturos vel dei se virtute
hæc facere:a sua republica hos plane eiecit.
Et eũdẽ insup carpit q haud quaq̃ hos iure
eiecerit: siquidẽ & ipse eiusdem sit criminis
reus. Vnde & necessario illud seq affirmat: si
Iesus hic nõ improbus sit habẽdus qui talia
factitet, nec alios esse idcirco nequitiæ noxã
hãc subituros. Sed liquet sane, etsi minus co
argui posse videntur quæ de Iesu scribũtur,
quemadmodum ille hæc gesserit:quãdoqui-
dem constat & Christianos nullis carminũ
siue adinuentionibus,siue studio,sed in Iesu
dũtaxat hoc nomine,& dictis aliis pro sacra
scriptione astruẽtibꝰ fidẽ,mirãda hęc facere.
B Verũ qa Christianũ id dogma & subobscu-
rum Celsus & reconditum nuncupat, vel in
hoc erit ipse coarguẽdus:siquidem vniuerso
terrarum orbi,qđ tenent Christiani & præ-
dicant,longe sit notius,q̃ philosophorũ cõ-
posita vt cuiq; libitũ est instituta. Quẽ enim
latet integerrimã virginẽ Iesum dominũ ge
nuisse,qui & cruci suffixus sit: & qđ multis
& vere creditũ est,in tertium diem ab inferis
resurrexit:fuisseq; & iudiciũ illud futurũ ita
denũciatũ, vt allaturũ pro meritis sit delin-
quẽtibus pœnas,& dignaturũ pmiis iustos?
Qđ vtriq; resurrectionis mysteriũ vbi cũctis
innotuit fama ac nomine: & concelebratur
simul ab impiis & irridet. Quocirca astrue-
re,& obscurũ id dogmatis dicere: absurdius
est:esse aũt quędã post exteriora & apparen-
tia hęc,quę nequeant ad multos pertingere,
nonmodo Christianę fuerit doctrinę pprium:
sed philosophię studẽtiũ,vt apud quos dicta
essent nonnulla,quę in apertum edi fas esset:
nonnulla vero vt arcana & minus vulgata,
quę silentio premerẽtur. Erãt & qui Pytha-
goram publice audirent docentẽ: & qui seor
sum instruerentur,quæ digna nequaq̃ essent
(vt dicere ipse solebat) vt ad pphanas & nõ
dum expiatas aures peruenirẽt. Cæterum cũ
vniuersa,siue apud Græcos,siue apud Barba
ros,siue apud quosuis hominũ,quę pmyste-
riis & arcanis ducũtur, nil improbẽtur:fru-
stra Celsus vt fidei Christianę ignarus,hanc
ipsam calumniatur & carpit. Videtur tamen C
cum his admodum cõuenire,qui suo sangui
ne adusq; mortẽ testificati sunt fidei verita-
tem,cũ inquit. Neq; enim id dixerim,oporte
re qui dogma aliquod optimũ teneat: vel si
apud homines sit vitę periculum subiturus,
vt ab eo desciscat, vel desciuisse dissimulet:
vel vt inficias eat id optimũ esse quod ante
susceperit,& improbando contemnat: & qui
Christianã sapiãt religionẽ,vt simulẽt hãc se
nil penitꝰ sapere. Et sane affirmat haud quaq̃
esse in dogmate iam suscepto dissimulandũ,
neq; id qdẽ vel deserendũ esse vel abnegãdũ.
Quocirca coarguendus est Celsus vanitatis
& incõstãtię,vt q sibimet deniq; aduersetur,
& temere pmulta effundat,vt criminari nos
queat,& sui animi malignitatẽ explere:quã-
doquidẽ aliis eius ex scriptis deprehẽdatur
Epicureus esse. Nũc vero vt iustius videatur
Christianã doctrinã calumniari: nil p̃sus q̃
Epicurei sunt profitetur: quin simulãs inqt:
Enimuero melius quiddã q̃ terrena hæc sint
inesse homini dixerim,qđ sit deo ppinquius.
Atq; vniuersos qui te hac probe valuerint,
hoc est animo ipso,hãc dei propinquitatẽ p-
cupere, eũdẽq; item & audire, & meminisse.
Aduerte ergo quã animo pferat falsitatẽ: cũ
enim dixerit supra, necessarium fore, vt qui
optimum aliquod teneat dogma: vel si vitæ
discrimẽ huius sit gratia aditurus, ab eo nũ
q̃ desciscat,nec defectionis simulationẽ quoq̃
pacto prætendat,nec plane deneget qđ semel
admiserit: nũc in cõtraria & sibimet aduer-
santia aperte plabit. Nõ eñi nescius erat si se
Epicureum fateref, fore vt suis dictis nil fa-
ceret fidẽ: qbus eos incusat q aliquã induxe-
rint puidẽtiã,& rebus hisce deum pfecerint
moderandis. Enimuero duos quosdã accepi- D
mus fuisse id Celsi nomen sortitos, alterũ &
priorẽ Neronis tẽporibꝰ, alterũ Hadriani,q
& posterior fuit, & i Christianã religionem
inuectus est. Is itaq; Celsus eos hortatur q &
rationẽ sectẽtur,& ducẽ nil rationis expertẽ,
vt dogmata ipsa suscipiãt:pinde ac lõge falla
tur qui his nõ assenserit. Et qui secũdũ se te-
mere credũt, Menagyrtarũ simillimos facit,

& aliorum quorūdam portēta interp̄tantiū,
Mystarūq; & Sabadiorum, vel cęterorꝝ quos
cūq; dixeris vatum, siue Hecates, siue dei alte
rius sacerdotis, siue quorūuis hominum qui
E dæmonū simulacra prætulerint. Et quēad-
modū, īquit, ex his qui perditissimi sunt, vbi
simpliciores quosdā inuaserint, quo libitum
fuerit traducūt: ita & inter Christianos falla
ces sunt quidā, qui alios ducūt: alii vero qui
eorꝝ quę credūt, nec reddita ratione, neq; ac-
cepta, vsurpatū id habeant: nihil p̄gras, sed
dūtaxat credito: sic tua te saluū factura est fi
des. Nec secus & his illud ī p̄mptu fuerit, vt
prędicēt humanam hanc sapientiā pro noxia
esse habendā, & pro bona frugiq; stultitiam.
Ad quod respondendum. si enim omnes rebꝰ
vniuersis relictis quæ sunt in vita, sapientiæ
demum studerent: haudquaq̄ ad eam aliud
id pręter, iter sequēdum his esset. Inuenietur
nāq; in Christiana religione nō minor certe
q̄ in philosophia (vt bona venia dixerim) eo
rū q̄ credimus perscrutatio: quippe cū copio
sior sit in prophetis ænigmatum & recōdito
rum dictorꝝ narratio, & in euangeliis parabo
larum & similitudinū, rerūq; aliarum, quę in
numerę sunt sub figuris & p̄nunciatæ & ge-
stæ, commemoratio. Q; si fieri non potest, vt
omnes mortales cęterarū rerum cura omissa
ad philosophandū se conferant, cum ob vitę
necessitates, tū quia & fragiles sint, & p̄pau-
ci admodum philosophiā attigerit: qd̄ aliud
iter poterit, vel breuius, vel rectius inueniri
vt prodesse multis possimꝰ, q̄ illud est qd̄ Ie-
sus gentilibꝰ & tradidit, & demōstrauit? Quę
ro p̄terea de hac tāta credētiū multitudine,
qui multiplicem adeo & abundātiorē nequi-
tiam in qua prius volutabātur, deposuerūt:
vtrum ne his magis conduxerit, q̄ nulla in-
uestigata ratione, credēdo rep̄ssi a vitiis sint,
& castigatis moribꝰ redditi, & ob p̄sumptā
credulitatem qua sperent & luituros suppli-
cia peccatores, & honore afficiendos qui bo-
nis operibus insudarunt, & hunc in modū p̄
fecerint plurimum? an futurū nō antea sit vt
vel tenui cū fide hi immutētur, q̄ ad conqui
rendas se rationes cōtulerint? Liquet nimirū
vniuersos, pręter paucos quosdā, non aliūde
maiora commoda accepturos, q̄ ex simplici
quadā credulitate acceperint: sed p̄māsuros
in prauis pristinæ vitę actionibus si simplici-
F tate hac careāt. Si quid igitur ad id cōfirmā
dum maxime valet, ob eius clementiā Chri-
stum nō sine diuini numinis instinctu & vo-
luntate ad hanc mortalium vitam migrasse,
vel credulitas hæc assertionibus cæteris erit
annumerāda, & repens illa hominū vitę īmu
tatio. Nō enī pius vir aliquis eū qui corpori
bus medeatur, & plerosq; mortaliū morbo af
fectos ad optimā redegerit valetudinem, sine
deo existimabit ad ciuitates & natiōes se cō-
tulisse. Nihil enī cōstat non diuinitꝰ fieri, qd̄
vtile esse inter homines videatur. Si itaq; q̄
multorꝝ corporibus sanitatē medendo pepe-
rerit, vel ad meliorē hęc deduxerit valetudi
nē, haudquaq̄ id sine diuino īstīctu fecisse vi
debitur: quāto magis qui plurimorū animas
curat, & ad meliora traducit: & ex deo q̄ omī
bus p̄eest vt pēdeāt facit, edocetq; ad eiꝰ vo
luntatē quæcūq; gesserint vt referant homi-
nes, declinentq; vel minima queq; q̄ illum fa-
ctis dictisve & cogitatione offendūt: nō nisi
summa cū ratione & numine quodā diuino
omnia facere existimādus est? Ad illud vero G
q̄ quę fidei sunt, vulgatiora fecerit Christia
ni: id erit dicēdū: nos quidē hanc fidem susci
pientes vt multis perutilem, eam fatemur ad
sui credulitatē vel multa conquisita ratione
illos instruere, qui relinquere oīa nequeūt
nec sequi scrutando verbi mysteriū possunt:
illi autem etsi minus id fateantur, re tamē &
opere exequūtur. Quis enim qui aliorū hor-
tatu ad philosophię se studia cōtulit, & ī ali
quam philosophorum sectam ingessit cuius
forte nactus sit præceptorē, aliter ad eam ac-
cesserit, nisi hāc ipsā existimet optimā eē? Nō
enī philosophorꝝ omnium vt quisq; sentiret
expectauit audire hic rationes: nec istorū cō
futatis sentētiis, illorum vero assertis, Plato
nicum se, vel Peripateticum, vel Epicureum
esse potius duxit, vel alterius cuiusuis philo
sophantium hęresis sectatorem: sed irratio-
nabili impetu quodā & repentino, vt animꝰ
tulit, etsi minus forte id velit fateri, ad earū
rerum exercitationē deuenit quas Stoici (vt
ita dixerim) probant, relictis cęteris, vel Pla-
tonicis dictis haud secꝰ fortasse ac aliis abie-
ctioribus patuifactis: vel Peripateticos iste se
ctabit, vt quos humaniores existimet, credat
q̄ de humanis hisce & p̄sentibus bonis beni-
gnius lōge q̄ cęterorū assolēt vel sectæ diffe-
rere, vel p̄ alios tradita īprobare. Et primo q̄-
dē obiectu nōnulli, cū de p̄uidētia & p̄bis pra
uisq; rebꝰ q̄ terris īsunt, sermo habet: prom-
ptius forte q̄ cōsideratius, nullā eē oīno pro
uidentiā assentiātur, Epicuriq; & Celsi dicta
magis p̄bauerīt. Si igit cuidā vni ex his cre- H
dēdū est vt verbis est p̄suasum, q̄ siue iter grę
cos, siue inter barbaros extitere hęresum idu
ctores: cur nō potiꝰ deo fides p̄stāda est, q̄ &
cūctis p̄sidet rebꝰ, & instruit, præter se nihil

colendum esse: cętera vero siue vt nō existentia, siue vt esse tantū habētia, eoq; & honore nil tamen veneratione & cultu digna: parui esse ducēda! Quę vtriq; cuiusmodi sint, nō modo fidelis q̄spiā, & veræ religionis sectator: verum & qui ratione res cōtēplet: argumentis ostēdet multa inuestigatione excogitatis vt se quęq; subierint. Verum quo pacto non æquius fuerit deo ipsi maiorē longe fidē prębere, q̄ cęteris rebus humanis, quę ex credulitate aliqua pēdēt! Quis em̄ vel nauigat, vel ducit vxorē, vel liberis pcreādis incūbit, vel semen in terrā iacit: quin speret ī melius sibi omnia obuētura! cū fieri etiā possit vt spem pręter, hęc fiant & subsequant, vt sæpe alias cōtigit. Fides tamē meliores semp & ad vota res successuras nihil diffidens, aggredi audētius facit quæ & incertiora sunt, & possunt aliter ac creditū est euenire. Si itaq; in omni subdubia actione quo tādem sit res euasura, vitā hāc omnē spes cōtinet, & de futuris potior fides: cur nō apprētius & iure optimo hāc ille susceperit qui deo credit, q̄ hi q vel maria nauigādo emetiunt, vel terrā serunt, vel vxores traducūt, vel liberis operam dāt, vel huiusmodi cætera quæ in humanis sunt factitāt! præsertim cū deus ipse hęc vniuersa condiderit, & excellenti quadā animi magnitudine, diuinaq; ac summa sapiētia sit aggressus eius doctrinā mortalibus cunctis qui vbiq; terrarū sunt patefacere: tametsi ingenti cū periculo & morte demū, q̄ pro turpi & ignominiosa sit habita. Et hæc qdē hominū perpessus est gratia. Quinetiā & eos instruxit q a principio in se credidissent, vt eius discipline ministeriū exhiberēt: & omni cum discrimine & mortis expectatione imminentis, pro humani generis salute terras oēs peraderēt.

A Ait preterea Celsus. Si em̄ his isti respōdere mihi nō vt se periclitāri voluerint: quippe cū nihil me fugiat, sed vt oībus æque pspiciēti, bene habet: sin vero haud quaq̄ id animo sederet: qn illud vt solēt ptulerint, nihil ingras, & huiusmodi alia: erit pfecto necesse vel eos qualia sint quæ afferūt edocere, & vndenam illa defluxerint: sic deinceps & quæ astruunt reliqua demōstrare. Atqui cū iactet Celsus nihil se fugere, & nosse se cūcta, insolētissimā dixerim esse hominis huius audaciam: nā si prophetas pręcipue perlegisset certioribus q dē & indubitatis refertos ænigmatibus, & dictis aliis, plerisq; mortaliū subobscuris, & in euangeliorum parabolas incidisset, & cętera tā legis q̄ Iudaicę historię scripta, & apostolorū voces audisset, placideq; his cūctis perlectis dictionū capere significatiam voluisset & sensa: nequaq̄ ad id temeritatis & audacię deuenisset, nec nosse omnia se intulisset: quē admodū neq; nos ipsi q in his versamur assiduo, vsurpare illud auderemus, nihil nos præterire. est nāq; veritas peramica. Nō enim nostrum dixerit quispiā, nihil me latet qd senriat Epicurus: nec plane fatebit se oīa scire q̄ Plato: quandoquidem permagnū sit hos inter, discrimen & altercatio, q iustorū opiniones decernūt. Quis enim fuerit tā audax qui rerū omniū se habere cognitionē astruxerit quas vel Stoici fateant, vel Peripatetici philosophentur! Ni forte hāc tātā cognitionis iactantiā a preceptoribus nōnullis imperitis quidem & desipiētibus Celsus acceperit: qui suam nil sentiūt imperitiā: & plane existimet tantorū instructorū auctoritate vsus, nil sibi eē icognitū. Mihi vero haud secus hoc loco B Celsus videt egisse, ac solet quispiā: q postq̄ in Aegyptum se contulit, vbi & sapiētes illi Aegyptii pro suis patriis & domesticis literis de diuinis q̄ multa edisserāt quæ apud se lege sunt instituta: & item nonnulli literarū ignari sola auditione acceperit quę fabulosa sunt & inania, & quorū rationē ignorēt: pro summa gloria duxerit q cū imperitis & omissis peritioribus sit diu versatus, a qbus & arbitretur Aegyptiorū sese instituta & ritus pdidicisse, & eorū nosse mysteria, cum ad facet dotum neminē se applicuerit, nec a peritiore quoq̄ Aegyptio arcana illa didicerit. Qd autē de Aegyptiis dixi sapiētibus & imperitis, potest & in Persis ipsis spectari: apud quos & deorū sacrificia sunt & mysteria, ratione quadā p eos suos more denūciata q & eloquētiores sunt & edocti: & illa quidem per hominū turbā & infinitos quosq; & sordidos, vti his traditum est procurantur. Nec secus & de Syris dicendū fuerit & Indis, cęterisq; qui & fabellis nitūtur & literis. Sed cū illud Celsus C adiecerit: pinde ac Christianorū plerisq; vsurpatum, malam esse in vita sapiētiam, bonam vero stultitiā: dicēdū cauillari eū id dictum: quippe q nihil exprimat quæ Paulus dixerit hunc se in modum habentia. Si quis videtur sapiēs esse inter vos ī hoc mūdo, stultus fiat vt sapiens efficiatur. Sapientia enim huius seculi apud deū stultitia est. Ait ergo Apostolus, non simpliciter sapiētiā esse apud deū stultitiam, sed huius seculi sapientiā. Et rursum: nō si qs videt sapiēs esse inter vos, simpliciter, inqr, stultus fiat: sed in hoc mundo hanc stultitiam subeat, vt sapiens fiat. Sapiētiā igit mundi huius eam esse fatemur, quæ

vt diuinę literę volunt, inanem reddit omnē
philosophiā, falsa pręcipue sentiētem. Stulti
tiam pręterea bonam nec temere dicim⁹, sed
tunc maxime vtilem nuncupamus, cum quis
piam eam susceperit vt in mūdo sit stultior:
quemadmodum & Platonicū ipsi aliquē, qui
animas credat immortales futuras, & reditu
ras quādoq ad corpa, asserim⁹ quo ad Stoi-
cos insanire, qui Platonicorum vituperent &
cauillent opinionē: vel vt Peripatetici tenēt
qui Platonis diuulgent deliramenta: vel quo
ad Epicureos impietatis coarguentes q diui
nam induxerint prouidentiā, & deum cūctis
D prefecerint. Accedit etiam. q p verbi hoc est
Christi voluntate, lōge pręstiterit cū ratione
& sapiētia veris dogmatib⁹ assentiri: q̄ tenui
aliqua credulitate. Et id quidē placuit verbo
vt non sine discrimine fieret, ne inutiles pror
sus dimitteret hoies. Qd vtiq cōiunctissim⁹
Iesu discipulus Paulus īquiēs patefacit. Post
q̄ em̄ in sapiētia dei nō cognouit mūd⁹ p sa-
piētiā deū: placuit deo p stultitiā prædicatio
nis saluare credentes. Liquet igitur ex his ne
cessariū fuisse oino, vt in dei sapiētia dei ha-
beret cognitio: & cum id nequaq̄ fit hoc mō
effectū, secūdo iam deo est placitum salutem
impertiri credētib⁹, nō simplici quadā stulti
tia, sed ea dūtaxat, quę iu pdicando cōstaret.
hinc em̄ Christi Iesu & crucifixi pręconiū p
pręedicationis habetur stultitia: quemadmo-
dum idipsum sentiēs Paulus inquit. Nos aūt
pręedicamus Iesum Christum crucifixum, Iu
dæis quidē scandalū, gētibus aūt stultitiam,
ipsis aūt q vocati sunt Iudęis & Gręcis, Chri
E stum dei virtutē, & dei sapiētiam. Enimuero
cū gentium plerasq cognatione & sanguine
cōiunctas existimet Celsus, & eiusdē cōditio
nis & sortis natiōes esse oēs affirmet, vt quæ
vni eidēq dogmati principiū dederint: haud
quaq̄ itelligo cur solos Iudęos calumnietur,
istoꝝ gētē nihil annumerans cæteris, siue qa
laborē cū illis vna quandoq insumpserint, &
senserint eadē, siue quia iu multis similia san
xerint. Iure igitur quęri ab eo potest, cur vel
Barbaris vel Gręcis historiis fidē hic præsti
tit eorum quos meminit antiquitates narrā
tibus: Iudaicæ dūtaxat gentis historiam pro
falsa & cōmentitia ducat. Si em̄ historici oēs
rerum apud suos gestarū veritatē memoriæ
prodiderūt: cur solis Iudęoꝝ prophetis diffi
dimus? Q si tā Moyses, q̄ pphetæ permulta
quę apud se acta sunt & suis tēporibus gesta
grate admodū cōscripsere: cur non idipsum
de cæteris gētiū scriptoribus ipsi fatebimur?
Nū Aegyptii si Iudęos i suis historiis carpse

rint, cū fide scripsisse de Iudęis credēdi sunt?
Iudæi vero cū de Aegyptiis eadem scripserit
seseq itē ab his mala permulta iniustius fuis
se perpessos, eoq & deum affirment illos sup
pliciis affecisse: pro mendacibus erunt & va-
nis habēdi? Nec de Aegyptiis solum dicendū
id fuerit: quin & Syros cōperiemus cū Iudęis
cōseruisse manus, & bella gessisse: & esse hæc
quidē iu antiquis Syrorū annalibus historię
demandata. Nec secus & Iudęorū scriptores
hostes sibi fuisse Syros cōscribunt: ne antici-
pando videar dicere, quod & pphetę pdixe-
rint. Aduerte itaq vt suę gentis raptus amo
re Celsus, gentilibus quidē nōnullis vt sapiē
tibus credat: Iudęos vero cōdēnet & asperne
tur, vt prorsus insanos. Verū qd ipse inquiat F
audi. Priscum est sane & vetus dictū, qd gen-
tes sapiētissimæ, & ciuitates, & viri prudētio
res vsurpatum habuere. Nec quidē libuit gē
tem sapientissimam, vel Aegyptiis saltem &
Syris, vl' Indis, Persisq, Odrysis, & Samothra
cibus, vel Eleusinis similē, nūcupare Iudæos.
Sed quanto melior Celso, vt q in multis sese
virum esse consideratissimum prętulit, & cō
plura dogmata inuestigando expendit, colle-
gitq a plerisq quę certiora & vera duxit, Py
thagoreus ille Numenius, cū in primo libro
quem de bono conscripsit, gentiū faceret mē
tionem, & de deo vt icorporeo permulta cō
plexus esset, inter gentes ipsas & Iudæos con
numerauit: nec sane pertęsum est in eius scri
ptis, vel dictis ppheticis vti, & figuras īduce
re. Ferūt etiam, & pro indubitato affirmant
Erippum quēpiam iu primo de legumlatori
bus libro, memoriæ pdidisse Pythagorā illū
suam philosophiā a Iudęis acceptā trāstulis-
se ad Gręcos: & Hecatęi cuiusdā historici de
Iudęis extare librū, in quo & illud adiecerit,
sapiētia tantopere Iudęorum gentē præstare,
vt vel Heren⁹ Philon in eo opere qd de Iu-
dęis cōscripsit, primo ambigat vtrū Hecatęi
historici illud sit opus nec ne: secundo si He
catęi sit, inquiat nō vtiq iniquū esse existima
re, captū hunc Iudęoꝝ fuisse qua plurimum
valent persuasione: & ita in hæc descendisse,
vt huiusmodi de Iudęis assereret. Miror aūt
quo pacto Odrysas quosdā, & Samothracas
& Eleusinos, & Hypboreos illos iter antiqssi
mas & sapientissimas nationes Celsus adnu-
merauerit: Iudęos vero neq iter sapiētes, ne
q inter priscos illos & antiqores duxerit ad-
mittendos: cum pleraq de eorū antiquitate,
cum apud Aegyptios, tum apud Phoenices
& Gręcos, scripta passim ferant veterem Iu-
dęoꝝ progeniē testificātia, quę ipse superua-

canē duxi producere: cū volenti cuiq̄ liceat quę Flauius Iosephus de Iudæorum antiqui
A tate cōscripsit, perlegere. Is enī multos inducit scriptores q̄ vetustissimos eē Iudęos testificent. Extat & iunioris Tatiani oratio apud Græcos etiā habita, in qua scite admodū & abunde historici omnes explicantur qui de Iudæorū & Moysi antiquitate cōscripserint. Apparet igit̄ nō veritatis gratia enarrandę: sed insectādi studio & maleuolentia Celsum hęc effudisse: quippe cū animo sit Christianę religionis a Iudęis pēdētis principia criminari. alioquin Homeri Galactophagos: hoc est lactis comestores, & Galatarū Dryadas, Getasq̄ sapiētissimas & vetustissimas asserit nationes de his affatim scripsisse, q̄ Iudaicā linguā propinquitate cōtingerēt: quorū scripta an aliqua extent: haud quaq̄ cōpertū sat habeo: Iudęos aūt dūtaxat, quantū in eo est, ex antiquitate hac & sapiētia eiicit. Rursum & viros enumerās priscos & sapiētes, qui suorū tēporū hoies adiuuissent, & suis scriptis posteris pfuere: Moysen e numero detrahit sapientū: & Linū quidē quem multis pposuit, sapientē iā dixit, cuius tamē nec leges extant nec dicta q̄ possint gētes vel ad meliora traducere vel iuuare: cū Moysi leges ois natio ferat per orbē terrarum passim disseminatas. Vide igitur vt aperte malignitate quadā & odio, e sapientum catalogo eiecerit Moysen: Linū vero & Orpheū & Pherecydē, Persemq̄ filiū Zoroastrem, & Pythagorā de his sapiētibus dicat mētionē fecisse, librisq̄ demandasse suamet dogmata, & ad id tpis illa seruari. Et volēs quidem oblitus est fabulæ quæ per Orpheum de his cōmēta describit̄, q̄ dii credūtur, & humana perpessi sint. In subsequentibus vero cū p Moysen scriptā culpet historiam: & eos coarguit qui sub figuris sunt &
B allegoria illā interpretati. Sed poterit qs strenuissimū istum, hūc in modū affari, qui suū librum veridici sermonis titulo adnotarit. Heus tu, deos ne hosce gloriæ duxeris, q̄ in tot tātasq̄ sint plapsi calamitates, quātas & poetę tui describūt & sapiētes: vt & venereo coitu impio qdē sint & nefario vsi, & aduersus parētes ductarint exercitus: eorumq̄ vel pudenda pciderint! Deinde iactas & fuisse illos huiusmodi ausos, ac tāta perpessos: & hec demū esse de diis tuis memorię prodita: cum Moyses ipse de vero deo, deq̄ eius sanctissimis angelis haud quaq̄ istiusmodi scripserit: nec de ipsis qdē mortalibus tā scelesta literis demādarit! Nō enī apud hūc facere quisq̄ ausus est, q̄ aduersus Vranū Saturnus, nec q̄ in patrē Iupiter: nec quispiam, vt idē ille pater hominū deorūq̄, gnatā cōpressit. Errare eū existimas, & circūuentos esse q̄ a Moyse hoc leges acceperit. Verū mihi haud secus facere C
Celsus videt̄, ac Thrasymachus ille Platonicus q̄ nil prorsus Socrati pmittebat de iustitia differenti, pro volūtate & arbitrio respōdere: sed interpellans, caue (inqr) qd vtile est ne iustū dixeris, neq̄ qd necessariū & huiusmodi aliquid, æquitatē appelles. Is nāq̄ cum Moysi historias p eius opinione redarguisset, & illarum incusasset interpretes, quorū vbi nōnullas laudes attigisset, & benignitatē collaudasset: coercet mox eos qui possent p cuiusq̄ rei natura respōdere, ne dicāt quæ sentiūt. At ipsi vt puocati, dicturi sumus libros esse cū libris conferēdos. Sed heus tu, Liui & Musęi Orpheiq̄ opera & Pherecydis scripta pducito: & cū Moysi lege collata examinato, cū historiisq̄ cōferto historias, & moralia dicta cum legibus & mandatis: & vide vtra potius horū ad se cōurrere poterūt auditores, & ab aliorū istituris auertere, vel vitiis coercere: & cognosce tādē tuorū auctorū ordinē nō magnā posteritatis ratione habuisse, quæ sua esset opera plectuta: sed de philosophia illis dūtaxat scripsisse q̄ sub figuris possent & allegoriis illam interpretari. At Moyses suis quoq̄ in libris haud secus se gessit, ac strenuus solet orator, qui dicēdi figuram aliquam meditatus & modū, accuratius verba pronūciet quę in verumuis sensum vergant. Siquidem neq̄ Iudæorū multitudini institutę iam legibus, iacturę causam præbet cū de moralitate edisserit: neq̄ eos qdē offendit q̄ eū ppauci sunt, prudēter tamē eius possunt scripta perlegere. Nam illis qdē q̄ eius nequiuerint voluntatē & sensa scrutari, profundiorē & alte recōditā scripturā nil aperit. Accedit etiā q̄ tuorū sapiētū auctorū nec libri quidē ad id tēpus seruent̄: q̄ seruari haud dubie poterāt si lectores aliqd inde sensissent vtilitatis se deniq̄ accepturos. Moysi vero scripta q̄plurimos mouerūt, q̄ vel maxime essent a Iudęorū cōsuetudine & moribus alieni: & ita vt plane crederēt, quēadmodū ille scribēdo pmitteret, deū fuisse q̄ mūdū cōstruxerit: p quē primū eius vel scripta sancita sint. Decebat enī hūc orbis terrarū fabricatorē, & q̄ vniuerso mundo leges dedisset: dictis suis eā vim indere, vt tenere oīa ac vincere q̄ vbiq̄ terrarū sunt possent. Et hæc eqdē dixerim, nondū aliquid de Iesu cōquirēdo edisserens: sed vt Moysen arguā, qui Iesu fuit lōge inferior, tuis fuisse (vt dicendo aperiemus) sapiētibus & poetis

philoſophiſq̄,longo interuallo præſtātiorē.
D Poſt hæc Celſus cum latēter velit aſſertam p̄
Moyſen mūdi improbare creationem,demō-
ſtrantē ad ſua tempora nondū ad annos mil-
le mūdū accedere:quid ipſe ſentiat occultan
do,in eorū concedit opinionē,qui mundū in
creatum affirmāt.Cum eñ in quouis ſeculo
inquit multa ſint facta incendia,ſoliſq̄ & lu-
næ defectiones pleræq̄ contigerint:quorum
omniū nuperrimū ſit Deucalionis diluuiū,re
cēs effectum:liquido eis qui ſe audire prudē
tius quiuerint,patefacit,iuxta ſe mundū nul
lum habuiſſe pricipiū,nec aliquādo cœpiſſe.
Reſpondeat ergo Chriſtianę fidei calumnia-
tor,quibuſnā argumentis vel rationibus ad-
mittere cogitur tam ſępe conflagraſſe mūdū
vel aquis hūc inundaſſe, & omniū eſſe recen
tiſſimum Deucalionis ętate diluuiū,& Phae
tontis tempore conflagrationē. Q̄ſi Plato-
nis de huiuſmodi re diſſerentis p̄ponat dia-
logos:reſpōdebimus licere & nobis Moyſi tā
pii & integerrimi animi viri,oīe quod ortū
eſt ſuperantis,applicātiſq̄ ſe cunctarū rerum
opifici,nimirum in quo & ſpiritus ſanctꝰ di-
uerſaret,fidē pręſtare:q lōge q̄ Plato clarius
ſeu cęteri qui ſiue apud Barbaros,ſiue apud
Gręcos ſapiētes habent,q̄ dei ſunt patefacit.
Enimuero ſi iſtiuſmodi fidei rationē a nobis
exigit Celſus,reddat ip̄e hanc prior de his q̄
nullis certioribꝰ argumētis pręfinit:hoc de-
mum pacto & nos forſitan ſumꝰ rē ſe ita ha-
bere cōfirmaturi.Inuitus tamen in id incidit
Celſus,vt mundum teſtificaretur ſecundum
Moyſen nuperrimum eſſe,& nondū ad mille
ſimum annū accedere:cum Gręcos aſſerat cū
cta hęc dicere vetuſtiora iam eſſe partim di-
luuii gratia tam frequētis , partim incendii,
quę vtiq̄ illi neq̄ ſpectarūt,nec memorię pro
E diderūt.Sint autem Celſo tā crebræ & fabu-
loſę flagrantię & falſarū inundationū inſtru
ctores ad eius opinionē ſapiētiſſimi illi Aegy
ptii,quoꝝ ſapientiam arguūt irrationabilia
quædā & bruta animātia,quibus & diuinum
deferunt cultū,& venerant:& vſurpati apud
eos ſermones,aſtruētes iuſtiorē eſſe & recon
ditū ac myſticum dei hunc cultū.Et ſane vel
Aegyptii ipſi idcirco ſunt apud hūc ſapiētes
quia cū de animātibus diſſerunt, & ſermoni
bus illa extollunt, iactitando theologiā vidē
tur inducere:qui aūt & Iudęoꝝ ſit legi aſſen
ſus,& leges optimas tulerit,& deo cūcta ſolū
aſcribat,vt qui ſit vniuerſa molitus,inferior
haud dubie Celſo , & eius ſimillimis vel alio
quouis videt:q nō modo in animalia quædā
rationabilia & morti obnoxia, verū & in ra-
tionis expertia diuinitatem traduxerit:ad fa
buloſumq̄ ad corpora reditum,qđ de anima
Pythagorici ferūt: quæ vbi per cæli conuexa
delabitur,& in brutoꝝ vſq̄ animātiū corpo
ra ſiue domeſtica ſint illa & māſueta,ſiue im
mania q̄dam & efferatiora,deſcendat.Quin-
etiam ſi vel Aegyptii ipſi fabellas confingāt,
creduntur per ęnigmata quędā & eorum ar-
cana philoſophari.Moyſes vero, etſi cunctis
nationibꝰ conſcripſit hiſtorias, vel leges reli
quit: eius tamē dicta pro vanis habentur &
cōmētitiis fabulis , nec poſſe allegoriam vllā
ſuſcipere exiſtimant huiꝰ ſermones.Id quip-
pe & Celſo videt & Epicureis.Ait pręterea ſe F
accepiſſe apud gētes illas ſapiētes & circum
ſpectas eſſe vulgatū,Moyſen illum dæmonis
fuiſſe nomē ſortitum.Ad qđ(vt illi vel id cō
cedatur,Moyſen antiquius aliquod nomē ſi-
bi inditū accepiſſe,idq̄ ad Iudęos deniq̄ trāſ
miſiſſe)dicēdū erit,ꝙ ſi falſam potius q̄ pru-
denter aut honeſte pronunciatam appellatio
nem hic audiuit,auditamq̄ trāſmiſit ad ſub
ditos,crimini eſt p̄fecto obnoxius:ſi vero(vt
ipſe affirmas)& ſapiētibꝰ eſt & veris dogma
tibꝰ ille aſſenſus, & his quidē ſuos hoīes eru
diuit:quidnā egit vt merito ſit incuſandus?
Sed vtinā & Epicurus & Ariſtoteles,idcirco
Epicuro inferior quia fuit in diuinā p̄uiden
tiam impius,& Stoici deū eſſe corporeū aſſe
rentes,Moyſi huius dicta exaudiſſent:ne mū
dus ſermonibus repleretur p̄uidentiā ipſam
negātibus,vel prorſus demētibus, vel princi
pium inducentibus corruptibile atq̄ corpo-
reū:quia Stoicis deus corporeus ſit, nihil ve
rentibus eūdem mutabilem dicere,inconſtā-
tięq̄ & volubilitatis arguere,vt q plane cor-
rumpi poſſit,ſi habeat corruptorē:in eoq̄ fe
licem eē,nec pati corruptionē, quia nihil ſit
qđ eum corrumpat.At Iudæorum Chriſtia-
norūq̄ diſciplina,dum illud tuetur,nec mu-
tabilem eſſe,nec volubilem deum, prophana
& impia exiſtimatur:quandoquidem ad im-
pietatem nil his aſſentit qui impia ſentiunt.
Illud nāq̄ pronūciat: Tu autem idem ip̄e es.
Quinetiā & deus illud dixiſſe credit: Nō im
mutor.Nihil deniq̄ pudēdorū circuncisionē G
q̄ per Iudæos fit,improbās Celſus,ab Aegy-
ptiis,inq̄t,illam duxiſſe ortū, Aegyptiis po-
tius q̄ Moyſi credēs dicenti,fuiſſe Abraham
primū omnium circunciſum:cuius Abrahæ
nomen non modo Moyſes ſcribit,cū deo illū
facit familiarē:ſed pleriq̄,dęmones ipſos car
minibus adiutantiū.nā Abraham deum pro
nunciant,& hoc dicto vtuntur: cuius nomi
nis appellatione dei ſibi cōciliant ęquitatem,

Et idcirco Abraham deū apud Iudęos dictū vsurpāt: ignari tamē qs ille sit Abraham. De Isaac haud secus Iacobq & Israele dicēdū: q cū haud dubie Hebręorū sint noīa: ex his tñ fatētur multis in locis Aegyptii vim quādā
A esse suis disciplinis inspersam. Quę aūt de circūcisione dicunt, q ab Abraham initiū sumpserit, & a Iesu postmodum sit interdicta, cū nollet eius discipulus ipsum id facere, id est circūcidi: haud quaq̄ est in p̄sentia nobis p̄positū interp̄tari. Nō em̄ vt id doceamus p̄sens tēpus deposcit: sed potius vt cōtēdam⁹ Celsi cōtra Iudęorū doctrinā illatas criminationes euertere, existimātis protinus se Christianā religionē falsam & cōmētitiā redditurū, si eius primordia quæ Iudæorū dictis nitūtur, falsa esse crimināndo coarguat. Ait pręterea Celsus. Hi quidē q vestrū sunt Moysen ducē secuti, pastores fuere, & rusticanis fallaciis foti & circūuenti, deum esse vnicū puta
B uerūt. Age ergo ostēdat iste quo pacto agrestibus illis ad eius opinionē temere a deorū cultu deficiētibus, poterit tāta multitudine siue apud Grecos, siue apud Barbaros crediros deos, statuere & confirmare. Demonstret inquā quas genitas ferunt ex Ioue & Memoria Musas, vel Parcas ex Themide, vel Gratias ppetuo nudas aliquo mō subsistere. Sed nequaq̄ poterit Grecorū figmenta: qbus vel carētibus anima, vidētur esse corpora attributa, ex reb⁹ ipsis deos esse arguere. Cur em̄ poti⁹ Grecoꝝ de diis fuerit fabulę certiores q̄ (vt ita dixerim) Aegyptioꝝ, q prorsus p eoꝝ patrio sermone ignorēt, Memoriā hanc nouem esse Musarū matrē, vel Themidē illā Parcarū, neq Euphrosyneu ex Gratiis vnā, nec nomina qdē teneant cæterarum! Quāto igitur efficacius est, & cūctis his fictionibus satius: vt iis quæ visunt contētus quispiā, ac quiescat tā optimę mūdi dispositioni, colatq & huius fabricatorē! q mūdus vt vnus est, ita & deum habet vnicū conditorem, ac sibi ipsi integre spirat cū flauerit: & idcirco nec a multis cōstrui potuit: quemadmodum nec a multis spiritibus cōtineri, vniuersum cęlum mouētibus. Sat em̄ fuerit spiritus vnus q in erraticam omnē ferat ab oriēte ad occidentē cæli partē, & intra se omnia cōplectatur quibus indiget mūdus, de se minus pfecta. Vniuersa nāq sunt mūdi partes: cum nulla pars deus sit vniuersi. Oportet nāq deum esse nō imperfectū, vt pars quęq de se impfectior est. Forsan aūt altior ratio patefecerit quēadmodū pprie deus vt pars minime sit: ita nec totū, qa totū ex partibus est. Nec illud quidem
C ratio ipsa fatebitur: deum q supra omnia sit, sic esse accipiendum tanq̄ ex partibus cōstet: quarū singulę nequaq̄ id valeant qd reliquæ omnes. Subdit deinde sic Celsus. Opiliones & pastores vnicū esse deum existimabāt: siue excelsum dixeris, siue Adonai, siue cælestem, siue Sabaoth, siue vtcūq mūdū hūc gaudēt nūcupare: & id pręter nil aliud norūt. Deinceps infert, affirmatq nil qppiā illud differre ab vsurpata apud Græcos appellatione, q prestantissimū deum & omnibus prędidētem, Dia hoc est Iouē variis noībus nūcupēt, siue apud Aegyptios dixeris, siue apd Indos hūc illūve deorū sic varie dici. Ad qd respōdēdū D
occurrisse nobis ad Celsi p̄posita hæc, de naturalibus nominibus rationē profundiorem quādam atq recōditā, verū vt Aristoteles sentit, posita noīa, an vt Stoici putāt, natura sint indita, imitātibus primis editis vocibus res ipsas: ad quas & nomina īposita sint, qua ratione & etymologias inducūt: qd sane & Epicurei cōfirmāt, asserētes natura nomina hęc ipsa cōstare, qa primitus homines in res ipsas, voces iactarent. Verū si nobis liceret ad superiorum appellationū confirmationem, nominū quorūdam naturam ostēdere: quæ & vim maximam habeāt, & efficaciora sint: & quorum nōnullis Aegyptiorū sapientes: vel apud Persas eloquētes illi: vel q apud Indos philosophātur Brachmanę, aut Samanei vtūtur: & item gentiū cæteri, & astruere possem quales nos redditi sumus vt diuersis imbuti opinionib⁹, illudq affirmare, magicā artē, quę id nomen sortita est: nō vt Epicuri & Aristotelis sentiunt sectatores, rem esse q̄ omnino minus subsistat: quandoquidem qui eius artis sunt piritissimi, arguūt plane & illā subsistere, & verba habere ppaucis cognita: dicturi tum qdē essemus: hæc noīa Sabaoth, Adonai, & huiusmodi cętera, cū multa apud Iudæos & graui interp̄tatione iam tradita, non in leuioribus rebus quibusdam cōstare, vel his quę condita sint, sed in arcana quadā theologia, quę ad conditorem ipsum rerum oīm referaē: & idcirco lōge plurimū valere hęc nomina, congruēter & apte pronūciata. Esse præterea & alia Aegyptia voce plata in dæmones, q̄ his solū nitūtur & valēt, & alia quedā Persarū lingua, quæ vim aliā habeāt. Quo fit vtp singulis nationib⁹ ad vsum aliquē dicta accipiant. Et hūc in modū cōperietur, dæmonibus diuersa loca sortitis deferri & nomina pro linguarū proprietate, tā gentium q̄ locoꝝ. Qui igitur his paulo perspicaciorem curā intenderit, verebitur alia rebus E

aliis nomina accõmodare:ne forte simile qd patiaẽ,qđ pati solent,qui id nomen deus, fal so in materiã aliquã cõferunt inanimatã:vel boni appellationẽ a causa prima reuellũt:vel virtutis & honesti ad cæcas diuitias, vel ad corporis ꝓ optima valetudine cõgruẽtiã,vel ad creditã ingenuitatẽ traducũt. Et forsitan haud minus ei piculosum est,q dei nomen & bonitatis ad res eas trãstulerit ad quas min⁹ oportuit:ꝗ illi q noĩa ex quadã recõdita ra tiõe cuiꝗ indita immutarit,& partim ab ife riorib⁹ ad potiora trãstulerit,ptim a potiori bus ad minora. Nec illud dixerim,cum Ionẽ nomino,mox simul & Saturni & Rheæ filiũ audiri,& Iunonis virũ,Neptuniq; fratrẽ,Mi neruæq; & Themidis genitorẽ:& q cũ Perse phone filia rẽ habuerit:vel cũ Apollo nũcu paẽ,ex Latona simul & Ioue ꝓgenitũ,& Dia næ fratrẽ intelligi,& Mercurii ex eodẽ patre germanũ:seu qcũq; alia ferũt Celsi sapiẽtes il li dogmatũ inuẽtores,& veteres Græcorum theologi. Quid eñ Ioui decesserit, vbi hunc suo & ꝓprio noĩe nũcupaueris:nec Saturnũ interea patrẽ expresseris,nec matrẽ Rheam? id ipsumq; & in cęteris q dii dicunẽ, seruaue ris?Q̃d crimen nequaꝗ eos attigerit,q deũ ꝑ arcana q̃dã & recõdita rõne,Sabaoth, Ado nai,vel aliis accõmodatis noĩbus dici cõstitu

F erunt. Cũ vero nominũ latẽtẽ & altiorẽ signi ficãtiã qs poterit prudẽter inqrere:pꝗ mul ta cõperiet de angelorũ dei nũcupatione hu iusmodi,quoꝝ is qdẽ Michael, Gabriel ait⁹, & Raphael item alius denominabiẽ, nõ absi mile reb⁹ sortiri cognomẽ,quas ad dei nutũ omnipotẽtis, passim eorũ ministerio exequũ

G tur. Nec secus & nomẽ Iesu ex eadẽ pẽdet sa piẽti & occulta nominũ interꝑtatione:cuius nominis nuncupationẽ spectatũ pſæpe est cũ ex hominũ animis,tũ e corporib⁹ innumeros dęmones eiecisse:& in his vim maximã exer

H cuisse,a qbus dęmones fuissent excussi. Quin etiã quo ad noĩa ipsa dicẽdũ,eos q vti carmi nibus norũt,id affirmare,vnã eãdẽq; incãta tionẽ ꝓ quẽuis vernacula lingua ꝓnunciatã, operaturã quod de se incantatio pollicet:qui vero illã in aliã quãuis vertetit vocẽ,licere ꝑ spicere infirmiorẽ effectã,& prorsus iualidã. Sic fit,vt nõ rerũ significãtia, sed qualitates vocum,& proprietates,in hęc,illave,vim ali quã habeãt. Vel ad illud qdẽ ꝑ hęc sic respõ

I debimus,ad mortẽ vsq; cõtẽdere Christianos ne Iouem deũ appellent,neve hũc ipsum alia lingua denominent. Siue eñ id deus cõmune nomen simpliciter ꝑ hos ꝓferaẽ, siue cũ addi tione hac,rerũ omniũ cõditor,cęliq; & terrę

constructor, & qui ad homines hos vel illos legauerit,quoꝝ nominũ congruat deus:hæc dictio vtcũq; tamẽ mortalib⁹ virtutẽ & potẽ riã ingerit pfectiorem. Possent & alia pleraq; in hac nominũ appellatione his respõderi, q indifferenter vtẽdũ esse nominib⁹ putãt. Enĩ A uero si admiratiõni habeẽ Plato cũ in Phile bo sic differit:Meã aũt o Protarche circa deo rum nomina nõ exigua est affectio:qñ quidẽ Philebus cũ Socrate disputãs deã dixerit Vo luptatẽ:quo pacto nõ poti⁹ Christianos sus cipimus,qui ea sint erga deũ reuerẽtia & pie tate,vt nil prorsus nominum quę poetarũ fi ctionibus cõprehendunẽ,rerũ omniũ cõdito ri accõmodẽt?Sed de his hactenus. Videam⁹ K aũt quẽadmodũ Iudęos incuset,q nihil se ꝓ terire,vel ignorare ꝑmittit Celsus. Angelo rũ inqt hos cultu teneri,magicęq; arti & ꝑsti giis qbusdã incũbere,quoꝝ Moyses ĩ his cũ ctis fuerit instructor. At qbus Moysi scriptis H illie eũdẽ qui legẽ tulerit cõpertum habet vt angelos colerẽt Iudæis mãdasse? Respondeat qui tã Christianoꝝ ꝗ Iudęoꝝ res nosse se ia ctitat,quo pacto magicis nitũtur pręstigiis q Moysi legem scripserint,& illud ꝑlegerint, Ariolis aũt nõ adhęrebitis,vt ĩ illis coinqui nemini. Promittit deinceps se istructurũ quẽ L admodũ Iudæi ꝑ ruditate & imperitia circũ uẽti deliquerint. Q̃ꝝ si cõpertũ haberet Chri stũ Iesum ignorasse Iudęos,nec de eo prophe tarũ vaticinia audisse: vere hos falsos fuisse & circũuẽtos argueret. Nũc vero cum nolit aĩo hæc agitare,ea ĩ re qua nihil peccauerũt peccasse illos existimat. Promittens deinde in subsequẽtib⁹ Iudęoꝝ se res edocturũ:de Iesu primũ,qui saluos nos fecerit,sermonẽ habet, quẽadmodũ.s.ad Christianã religionẽ ducẽ se nobis ꝓbuerit:aitq; hũc perpaucis ante an nis progenitũ,disciplinã hmõi tradidisse, cũ apud Christianos dei filii⁹ habereẽ. Verũ ad M illud q ꝑpaucis añ annis sit genit⁹,sic respõ debimus. Nũ ergo Iesus tã celebrẽ habuit & breui tpe ortũ,q tot annoꝝ spatiis, cũ libuis set eius sermonẽ & doctrinã disseminare,tan tę fuerit virtutis,vt multis in locis hui⁹ apđ nos mũdi,tũ Gręcos,tũ Barbaros,sapiẽtesq; itẽ & insipiẽtes,nec paucos qdẽ,ad eius dicta sic cõposuerit,vt ad mortẽ vsq; ꝑ ei⁹ fide cer tauerit,ne ab ea desciscerẽt,vel se abnegarẽt? quod pfecto alterius sectę vel dogmatis gra tia fecisse quẽpiã,nõ est historię proditũ. Ipse vero nõ vt assẽtator Christianę doctrinę ver bis eblandiar, sed res ipsas scrutari sic nisus vt videam:dixerim equidẽ neq; eos qui cor pora grauiori morbo affecta curãda suscepe

rint, breui posse id cõsequi vt finẽ valetudini faciant, & corporibus restituãt sanitatẽ. at si vel animas poterit quispiã ex abũdãti neqtia & perditis moribus, iniustisqȝ facinorib⁹, vel dei cõtẽptu eruere: cuius rei argumẽto fit ad homines cẽtũ (vt ita dixerim) ei⁹ monitu & castigatione fuisse redditos meliores: neqȝ hũc qdẽ iure dixerit aliqs tã derepẽte ad centũ illos verba fecisse, quę ab his tot mala propellerẽt. Qȝ si qs recte ista cognouerit, assentiat necesse est: nil esse apud homines bonũ, qd subito fiat. Quãto ergo de Iesu id ipsum ad eius doctrinã cõcedẽtibus multis fidẽtior demõstrabit, q priscorũ cõtulerit & postea rũ vitã, & plane intelligat qb⁹ impudicitiis, qua iniustitia, & quãtis rerũ cupiditatib⁹ eorũ qsqȝ esset immersus, priusqȝ (vt Celsus inqt, & q sentiũt cũ eo) fuerit hi circũuenti, & doctrinã susceperint (vt idẽ affirmat) hoim

A vitã deuastantẽ? At quo pacto eo ex tpe quo Iesu acceperãt disciplinã, & humaniores sũt redditi, maioriqȝ quadã a deo cũ grauitate, tũ & cõstãtia cõmuniti, vt eorȝ pleriqȝ ob excellẽtẽ integritatẽ, & puri⁹ vt colerẽt deũ, ne pmissas qdẽ legib⁹ nuptias attigerit? Qȝ si qs res ipsas discutiat, videbit plane supra humanã naturã fuisse Iesum rẽ ausum, & executũ q ausus sit. Nã a principio ne ei⁹ doctrina in orbẽ terrarũ disseminaret, obstãtibus vniuersis, Imperatoribus inquã q p tpe extitere, & q sub istorȝ ditione fuere, pfectis & ducibus, & ceteris tãqȝ aduersantib⁹ qb⁹ fuisset quis creditus magistratus, psidib⁹ insup ciuitatũ, ac populis, & militaribus viris retinẽtib⁹, oĩm hic conat⁹ peruicit, qñqdẽ phiberi dei verbũ nõ potuit: quinimmo longe illud validius tã multis oppugnãtib⁹ redditũ, Grecię qdẽ totius potitũ est, & Barbarorȝ maiorẽ ptẽ obtinuit: & aĩas qdẽ traduxit scdm se ad cultum

B innumeras. Erat aũt necessariũ ea in hominũ turba, q Iesu verbis capiebant: inter quos lõge erat iperitorȝ & agrestiũ pars numerosior q eorȝ q i literarũ studiis essent exerciti: multo plures vt essent rusticiores illi & iperiti, q exculti & sapiẽtes. Sed cũ nolit Celsus hęc intelligere, Iesu verbi humanitatẽ atqȝ clementiã in aĩam oẽm q sub oriẽte sole cõsistit diffusam, vt imperitã hãc ducit & rudẽ: qa nec sapiẽtia ista hũanitate nitat, nec qcqȝ valeat eloqntia, & literarũ dũtaxat ignaris iperitet. quis nec ipe qdẽ idiotas solũ affirmet ex Iesu doctrina ad dei scdm se cultũ fuisse iductos: qpp q & moderatiores quosdã iter hos esse humanitate & sapiẽtia pditos: & propterea ad allegoriã ingenio fateat. Sed cũ Iudęi psonã

Celsus effingat, imitatus quodãmodo oratoriæ artis alumnũ quẽpiã vnũ q ad loquendũ inducit: Iudeũ hũc ipm pducit Iesum domiñũ alloquẽtẽ: nec quicqȝ affert qd philosophi deceat grauitatẽ. Sed age p viribus q ille ob C latrat inquirendo deniqȝ reuincamus: quãdo quidẽ nec personã Iudęo homini cõgruentẽ, dicẽdo imposuit. Facit deinde vel cũ Iesu disserẽtẽ Iudeũ, & multis i reb⁹ (vt ipse putat) illũ coarguentẽ: & in primis qa finxerit se ex virgine genitũ. Fidẽ pterea exprobrat, q in vico quodã sit Iudaico natus: & ex muliere sordida & rusticana, q vel victũ manu quæreret: & ab eo cui denupserat, q faber lignarius esset, adulterii criminis isimulata: repudiata sit. Ait etiã eiectã illã a viro, & turpiter errabũdã, obscurũ & spuriũ peperisse Iesum: q postmodũ necessitate coactus in Aegyptũ secesserit, vbi mercede duxerit vitã, ex opere diurno cõuenta. Ibidẽqȝ cũ virtutũ quarũdã periculũ fecisset: qbus Aegyptii admodũ glo riantur: ea tãdẽ cũ fama rerũ gestarũ & mirabiliũ qbus iã insolesceret, in Iudæam rediens deus sit habitus. Mihi vero q nihil eorũ quę ab infidelibus obiiciũtur possum omittere in discussum, rerũ principia inuestigãti conspirare hęc cũcta vident, & fidẽ astruere: Iesum dominũ dignũ esse hac appellatione effectũ vt dei sit filius nũcupatus. Siqdẽ mortalibus ipsis ad gloriã & nominis celebritatẽ plurimũ valet, cũ patẽtes sunt nacti q & pstãtiores sint, & secũdis rebus euecti, & diuitiis affluãt, quas possint i liberos erudiẽdos ipẽdere: & ad hęc accesserit patria, cũ ampla, tũ isignis & nobilis. Sed cũ lõge ab his aliena fortunus sit qspiã: & queat aliogn q se interpellẽt quo min⁹ sit notior, oĩa superare: & ita se gerere vt vel eis pcellat q de se famã acceperit, & clarus euadat, & apd mortales oẽs vel aliter de se loquẽtes celeberrim⁹ fiat: quo pacto non fuerit tãti viri natura admiratione iam dignior: vel eo quidem q & ingentis sit animi, & res magnas aggrediatur: & ea sit audẽtius ausa, quæ facile contemni non possint? Qȝ si accuratius quispiã Iesu res gestas cong D ratur: etiã nõ illud petat, quo modo q in ea rerũ tenuitate sit, & pœnuria educatus, & q publice nulla fuerit eruditione excultus: nec eloquẽdi qdẽ artẽ didicerit, neqȝ dogmatũ vllã habuerit notionẽ, quo posset saltẽ q vellet dicẽdo, cũ res peteret, multitudini psuaderet cõcionariqȝ apud populos, & ad se auditores permultos allicere: se tñ ad leuia qdã & vana docẽdũ cõtulerit dogmata, doctrinã inducẽs hũano generi: q vbi Iudęorȝ extollit & magni

facit prophetas,eoꝝ cętera diluit & euertit,
& gentiū pcipue leges dissoluit,quę de diui-
nis habētur. Verū quo pacto qui istiusmodi
sit,& hūc in modū nutritus:& nihil prorsus
ab homine (vt vel eius asserūt detractores)
qđ laudabile sit & decorū didicerit,de dei iu
dicio,& aduersus nequitiā cruciatu,honori
busq; erga pbitatē & pmiis,differere talia po
tuisset: & argumētis qdē haud quāq; cōtēpti
bilibus q̄ diceret cōfirmare! & ita,vt nō solū
rusticiores qdā & idiotę,eius sermonib⁹ duce
rēt,sed & eoꝝ nō pauci,q & prudētiores eēnt/
& ad res contēpiandas admodū pspicaces,
tametsi viliora qdā viderētur denūciari sub
quoꝝ prætextu arcanū aliquid occuleretur.

E Enimuero apud Platonē Seriphius quidam
Themistocli cōuiciatus,qui bello esset tā cla
rus effectus,ꝙ nō suopte ingenio aut mori-
bus eā fuisset gloriā cōsecutus: sed illā po-
tius ex prospera vrbis fortuna,q̄ esset I omni
Græcia præclarissima,vendicasset:ab eodem
Themistocle postmodū audiuit,q vt mitior
erat & prudēs,& patrię nobilitatem videbat
ad suā gloriā plurimū valuisse:Neq; enim si
vel ego Seriphius essem tā clarus euasissem:
nec eu, si tua fortuna tulisset vt natus Athe

F nis esses,fieri Themistocles potuisses. At no
ster Iesus vel hoc probro affectus ꝙ ex vico
sit oriūdus (vt ait Celsus) & eo qdē nō Grę
co,nec ex gēte aliqua q̄ ad multoꝝ opinionē
sit,ī prouectu,& augescat in dies: & cōuiciis
idētidē afflictatus huiusmodi ꝙ ortus ex ma
tre sordida sit,& quęstū manib⁹ factitāte:ꝙ p
inopia relicta patria ī Aegyptū pfectus ex di
urni opis mercede emerita victū q̄ritasset: &
pro superiori exēplo:nō modo est Seriphius
redditus,q iu ignobili insula & obscuro est
admodū loco natus:& (vt ita dixerim) Seri
phiensiū omniū genere infimus: potuit vni-
uersos q vbiq; terrarū sunt hoīes cōmouere.
Qua in re nō solū Themistoclem superauit
Atheniēsem:sed Pythagorā,Platonēq;,& re
ges,& exercituū duces,& sapiētes,& quosuis
hominum gloria & magnitudine antecessit.

G Quis eñ,q nō negligētius rerū naturā scru-
tetur:nō Iesum hūc obstupescat:qui p ea quę
ignominiam pariunt vniuersa,gloria potuit
quosuis hominū anteire,q vnq̄ gloria admo
dū pstitissent!Tāetsi q inter mortales pclari-
ores videnť, prrari qdē glorię plurimū cōse
qui simul & breui potuerint.Sıqdē hāc sapiē
tię studio adeptus est qspiā,alius bello,& bar
barorū nōnulli magicis qbusdā prestigiis,&
aliis item cæteri rebus: q oēs etsi non multis
probentur:admirationi tamen fuere,& clari

effecti sunt. At Iesum (vt cætera omittam) G
sapiētia ī primis,& virtutes,ac principatus,
admirabilē reddidere. Non eñ in tyrāni mo
rem cuiq̄ psuasit vt a publicis legib⁹ ad se
desciscere:neq; vt prędo aduersus homines
eius sectatores illexit: neq; vt opulētus aliqs
se adeuntibus quippiam est impertitus: nec
demū ita se gessit vt solent mēdaces quidam
& vani:sed tanq̄ pręceptor de omnipotentis
dei doctrina & eius cultu optimisq; moribus
differebat,qui deo conciliare hos queat, qui
secundū se vixerint. Atqui Themistocli illi
vel alteri cuiq̄ summoꝝ olim virorum nihil
est vnq̄ ad adipiscēdā gloriam aduersatum.
In Iesu vero ad ea quę dicta sunt,& quę satis
per se possunt hoīs vel ingeniosi & præstātis
in humilitate & ignominia animū occulta-
re,accedit mors ipsa,q̄ vt turpis & ignomi-
niosa est visa vbi cruci affixus est: ita etiā sa
tis valere ad delendā partā iā & acceptā glo
riā videbať,& eos cogendū q pro auersantiū
Iesu doctrinā opinione circūuēti fuissent: vt
& ab errore desciscerēt,& seductorē damna-
rēt. Cęterū admiratione capi qs posset: vnde H
illud discipulos Iesu inuaserit,vti isti debla-
terant qui maledictis hūc & cōtumeliis inse-
ctātur: cū a mortuis eū haud quāq̄ viderint
resurgenrē:nec plane crediderint hūc ipsum
in se aliquid habuisse diuinitatis:vt nil pror
sus formidarēt cū præceptore vna & pœnas
subire, & in omne discrimen simul cōcedere
patriāq; relinquere,vt pro Iesu volūtate do-
ctrinā traditā edocerēt. Sed arbitror eqdē,q
recte fuerit rē ipsam scrutatus,nequāq̄ dictu
rū hos vitę pıculo ob Iesu doctrinā sese ob
tulisse,nisi & doceri fuisset vis summa psua-
dēdi: qua eos redderet certiores cōmonefa-
ciēdo,vt nō solū vti essent ab se īstructi se ge
rerēt: sed p eius doctrina & alios īstituerēt:
qua ex īstitutione promptior ei futura esset
& parata, quo ad hominū vitā pnicies:quí
auderet vbiq; & apud oēs, res innouare: &
aliā quādā religionē inducere. Num igitur I
Iesu discipuli, cū non modo apud Iudęos ex
dictis ppheticis affirmarēt hūc illū esse quē
venturū dixissent prophetę:verū & apud cę
teras nationes apertius id faterentur: haud
quāq̄ intelligebāt suscepisse pro humano ge
nere q nuper fuisset patibulo affixus,id mor-
tis:haud secus ac priscos illos,qui vel vt pa
tria ab hostibus liberaretur,vel luem aliquā
exercitū depascētē restinguerent,vel vt ter-
rę infœcūditatē auerterent, vel nauigādi diffi
cultatē:vltro mortē oppetiere. Est enim non
indecens,ex arcanis quibusdam & captu dif-

ficillimis rationibus talē inesse rebus huma-
nis naturam, vt iustus aliquis vnus, dum ꝑ
republica spōte se morti obtulerit, & prauos
dæmones abigat : qui aut morbos pestiferos
operentur, aut terras vitient, & steriles red-
dant, aut nauigationē impediāt, aut alia hu-
iusmodi fecerint. Dicant igitur qui nil pror-
sus fidei volunt Iesu ipsi pstare, ꝙ hoim gra
tia mortē obierit: vtrū ne græcas qdē susci-
piāt, vel barbaras tā multas cōscriptas histo
rias, astruētes & alios quosdā extitisse, qui ꝑ
cōmuni cōmodo & vindicāda a malis immi
nētibus patria, quæ ad internicionē vrbes &
nationes preoccupassent? an forte cū illa sint
haud dubie gesta, vt est historię proditū: nil
credulitatis est ab hoibus habiturus qui ho
mo est creditus: ꝙ idcirco mortē subierit, vt
dæmonē magnū illum dæmonū disperderet
principē, qui mortaliū animas ad terrā dela-
psas suę subiecerat ditioni? Hæc autem cum
Iesu discipuli puideret: & his lōge plura con
templarent, q̄ vtiq; illos par erat seorsum vt
arcana ex Iesu pdidicisse, & virtute essent im
buti: vt qb⁹ nō poetica virgo aliqua & fabu-
losa vires dedisset & cōfidētiā, vt ait Home
rus, sed sapientia dei: vt non solū Argiuis pa
terent, sed essent tā græcis vniuersis, q̄ bar-
baris notiores, & optimā gloriā ferrent: quo
pacto q̄ de Iesu narrant nō & ipsi vt certio-
A ta admiserint? Sed redeamus ad imaginariā
illam quā sibi cōfinxit Celsus, Iudæi personā
sub cuius pretextu ipse sic scribit. Iesu matet
eiecta a fabro cui erat desponsata, qa adulte
ram esse cōpererat. Et videamus, q ista vt cę-
ci confingūt, & virginē adulterii arguūt, &
fabrū idcirco hanc abegisse: nō aliter ista fu-
isse cōmētos, nisi vt admirabilē tollerent per
spiritū sanctū cōceptionē. Poterat em̄ is aliū
quēdam in modum: qa præter omniū opinio
nem gesta res est, mentiri historiam: & nō vt
inuitus assentiri, haud quaq̄ ex cōsuetis ho-
minū nuptiis genitū Iesum fuisse : nempe &
cōsequēs erat qui minus crederet Iesu admi-
rabilē geniturā, vt falsa q̄dā & mēdacia fin-
geret. Sed cū nequaq̄ ex certa credulitate id
agant: sed qa id teneant, & enixius tueātur,
Iesum nō ex Ioseph virginē concepisse: apud
hos sane apertissimū hoc erat mendaciū, qui
& audire poterāt & coarguere fictiones. Nū
em̄ cōsentaneū erat, vt qui ꝑ humano gene-
re tāta sit ausus: vt quātū in eo fuit, cū gręci
oēs, tū barbari, diuinū iudiciū oppetiētes, &
a vitiis prorsus desciscāt, & cūcta factitent q̄
omnipotēti illi rerum omniū conditori sint
placita: nō singularē quēdā haberet & admi-
rabilem ortū, sed preter cętera animātia ille-
gitimū longe (vt Celsus inquit) ac sordidū?
Sed græcos eqdē sic cōpellauerim, & Celsum B
precipue, siue sapiat ille, siue desipiat: Plato-
nē tamē dicēdo producā: num q in humana
hęc corpora animā superne demittit, & tāta
sit ausus, & tā multis mortales instruxerit,
& ex abundanti nequitiæ fluxu homines per
multos auerterit: i eā geniturā impingitur,
quę multo sit q̄ cętetorum animantium fœ-
dior? quippe quē Celsus nec ꝑ legitimas qdē
nuptias introducat in humanā hanc vitam:
An æquius forsitan fuerit singulas animas ꝑ
reconditis quibusdam rationibus iuxta Py-
thagorā Platonēq; & Empedoclē, quos sæpe
nominat Celsus, vbi corpora ipsa inuaserie,
pristinam dignitatē vt seruēt, & mores? Erit
igitur nō iniquū & Iesu hāc animā, quę lōge
plurimū esset q̄ plerięq; mortalium, ne omnes
dixerim: vitę huic vbi ad hoies descendisset
profutura, ei corpori copulari, qđ nō solum
corporibus cęteris humanis pstaret, sed esset
omniū etiā optimū. Si em̄ ex istorū philoso-
phorū dictis cōceditur, ex occultis qbusdam
rationib⁹ hac animā fuisse dignatā, ne in bru
ti prorsus animātis corpus delaberetur: nec
itē vt rationalis illa corpus Idueret mōstro-
sum: ita vt nec verba promere perfectius qui
ret, qa e diuersis & variis quibusdā cōstaret:
nec pat esset cęteris membris habitura & ca
put, sed lōge minutius: illa vero tale esset cor
pus sortita, vt superiore hoc nō admodū vi-
deretur ratione pręstantior, & alia esset lōge
superior, vti plus minusve rationi aduersat
natura: Cur etiā nō anima quępiā fuerit quę C
corpus susceperit, qđ & mirabile sit, & homi
nū vincat opinionē, cū hisq; cōmune aliquid
sortiat, vt & simul versari si liceat possit? Em̄
uero si permanēt quæ a scriptoribus natura-
liū rerū sunt tradita, siue Zopyrus fuerit il-
le, siue Loxus, siue Polemon, siue quiuis alius
qui ea conscripsit : & hi quidē nosse se aliqđ
profitent, & animi moribus asserunt corpo-
ra omnia cognatione quadā esse ꝓpiquiora:
erat nimirū animę illi quę ad vitā mirādum
in modū esset cōmigratura, gesturaq; & ma-
iora quędā & admiranda, vt putat Celsus, &
corpus fieri necesse, cū ex panthera adulterā
te, tū ex virgine adulterata. Quin potius ex
hoc impuro & portētoso cōgressu, necessariū
fuerat vt doctor aliquis mortalibus noxius
nasceret, q ad impudicitiā alios & praua faci
nora & hmōi cętera: nō ad cōtinētiā & æqui
tatē, virtutesq; reliquas erudiret. Sed vt pdi D
xere prophetę, secūdū pmissionis figurā erat

hic ex virgine nasciturus: cui⁹ cognomē qđ Emmanuel est, res ipsa p̄nderet: scriptū est.n. In eius natiuitate cū hoib⁹ erit Deus. Nobis aūt consentaneū qdem videt, ad hanc cōmentitiam, & inductā Iudęi psonā, Esaię apponere vaticiniū ex virgine denūciātis nasciturū Emmanuelē: qđ vtiq; Celsus, siue ignorantia ductus, siue qa id min⁹ legisset, etsi iactet nil se pręterire, haudquaq̄ expressit: sed volēs reticuit, ne vel inuitus videret asserere, qđ ei⁹ animo repugnaret. Esaię vero talis est dictio, Et adiecit dñs loq ad Achaz dicēs: pete tibi signū a dño deo tuo in pfundū inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: nō petā, & nō tētabo dominū. & dixit. Audite ergo domus Dauid. Nūquid parū vobis est molestos esse hoibus, qa molesti estis & deo meo? propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo cōcipiet, & pariet filium, & vocabit nomē eius Emmanuel, qđ interpretat nobiscū deus. Qz aūt sponte & nequiter hāc Celsus neglexerit pphetiā: nobis vtiq; ex eo liquet, qa ex Matthęi euāgelio nōnulla deprōpserit, vt exortā stellā in Iesu natiuitate, & mira alia quędam, nec tamē de huius principio quicq̄ meminerit. Qz si Iudæus excusans dixerit nō virginē scriptā, sed iuuēculam: respōdebim⁹, Almam hebraicā hāc dictionē, quā septuagita illi interpretes virginē transtulerūt, alii vero iuuēculā, positam esse vt ferunt & in Deuteronomio sub expressa virginis dictiōe, hūc in modū. Si aūt puellā virginē despōderit vir, & inuenerit eā aliqs in ciuitate, & cōcubuerit cū illa: educes vtrūq; ad portas ciuitatis illi⁹, & lapidibus obruentur: puella quia non clamauit cū esset ī ciuitate, vir quia humiliauerit vxorē pximi sui. & deinceps. Si autē in agro repererit vir puellā q̄ desponsata est, & apprehēdēs concubuerit cū illa, ipse moriet solus:
E puella nihil patiet, nec est rea mortis. Verum ne videamur ex hebraica dictiōe hos demulcere, qui minus cōplecti animo possunt vtrū sit illi assentiendū nec ne, cū pphetam dixisse astruimus Iesum ex virgine nasciturū: in cuius ortu & illud asserit, nobiscū de⁹: age sup hac dictiōe qđ dictū est cōprobem⁹. Est nāq; sacris literis demandatū, Achaz dñm affatū hūc in modū fuisse, Pete signū a dño deo tuo in pfundū, vel in sublime: qđ aūt deinde datū est signū, istiusmodi fuit. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filiū. Qđ igit ei⁹ erit rei indicium: iuuenculā scilicet nō virginē peperisse? vł vt cōgruerit magis, Emmanuelē hūc genuisse, hoc est nobiscū deū: an fœminę cum viro coeūti, & ex muliebri vitio cōcipiēti, an ei quę adhuc integra sit & pura virginitate? Hāc nimirū poti⁹ decet filiū huiusmodi generare, q vbi est edit⁹, iure nobiscū dicit de⁹. At si vel hūc in modū cōmenta quędā & nugas deliret Iudęus, iquiatq; Achaz illi dictū dūtaxat fuisse, Pete tibi signū a dño deo tuo: exigemus & ipsi, vt is fateat quænā tēporib⁹ Achaz mulier genuit, in cuius partu Emmanuel sit, hoc est nobiscū deus, pnūciatus. Qz si nulla huiusmodi poterit mulier inueniri: liquido patet, qđ Achaz illi edicit, fuisse Dauid domui dictū: qa ex Dauid semine scribit Saluatorē esse secundū carnē progenitū. Sed nimirū id signū & in pfundū esse, & in sublime asserit, quādoquidē qui descendit, hic est & q sup oēs cęlos ascēdit, vt oīa adimpleret. Hęc aūt quo ad Iudęum ptulerim, pphetiā asseuerantē. Sed respondeat Celsus, seu alius E
quiuis cū eo sentiens: quanā mēte propheta vel hęc de futuris, vel alia disserat, quęcunq; sunt in eoꝝ vaticiniis scripta: vtrū presagiēte & futurorū pręscia, an minime. Si eñ dixerit mēte psaga fuisse pphetas vaticinatos, diuinū pfecto habuisse hos spiritū fatebunt: si min⁹, ostēdāt quo aīo id illi ausi sint, vt futura pdicerent, q̄ & admirationi essent Iudæis. Sed postq̄ semel ad prophetarum deuenim⁹ mētionem: dicturi sumus non solum Iudæis spiritus diuini instinctu hos esse locutos credētibus: sed etiā asserturi, gētibus ipsis q̄ recte sapiant pfutura esse q̄ inferemus. Id nāq; necessario est admittēdum, pphetas habuisse Iudęos, si erant hi legibus continēdi, quas illis Moyses detulisset, & cōditori rerū oīm deo, vti accepant, credituri, nec habituri quātū in lege erat, vel causam vt ad multiplices gētiū deos desciscerēt. Esse aūt id necessariū hunc in modū monstrabimus. Gētes eñ (vt est in Iudęoꝝ hac lege cōscriptū) & augures audiūt & diuinos: at hebraico populo ita edicitur, Tibi aūt nō sic tradidit dñs Deus tu⁹, & deinceps ita infert. Prophetā ex fratribus tuis suscitabit tibi dñs de⁹ tuus. Siue igitur vtātur vaticiniis gentes, siue augutiis nitātur & auibus, siue his vētriloquę sint, siue de se sacrificandi artem pmittāt, siue Chaldęos habeant, qui hominū genituras interpretent: quę prorsus Iudęis & vetita sunt, & interdicta: si nulla his esset ex futurorū præscientia oblectatio, ducti tamen humana quadā & allicibili auiditate futura noscendi, pui fortasse ducerēt sua, piude ac quę nihil in se haberēt diuinitatis, nec post Moysen prophetam alium quempiam admisissent, nec suscepissent quę pphetæ denunciarēt: quin vltro ad

gentiū oracula conceſſiſſent, vel huiuſmodi
aliquid tētaſſent ſtatuere apud ſe & firmare.
Quocirca haud quaq̄ abſurdū eſt, & prophe
tas qui ſui cōpotes eſſent, ad eorū ſolamen p̄
dixiſſe nōnulla, qui rerū gentilium deſiderio
tenerētur, ita vt de amiſſis aſinis vaticinatus
ſit Samuel: itēq; & de regii pueri morbo, vt
in libro de Regib⁹ ſcribit. Alias vero quo pa
cto ii qui ea quę legis Iudaicę ſunt pnūcian-
do diuulgant, acrius increparent q vellet ab
idolis vaticinia & reſponſa deſumere? quēad
modū cōpertū eſt Heliā illū, Ezechiam coar-
guēdo dixiſſe: Nūquid nō eſt deus in Iſrael,
A vt eatis ad cōſulendū deum Accaron? Mihi
igitur apparet mediocriter confirmarū iam
eſſe: nō ſolū futurū fuiſſe vt Saluator noſter
ex virgine naſceret, ſed & pphetas extitiſſe
apud Iudęos, qui nō modo futura p̄dixerint
vt hi q ſunt de Chriſto vaticinati, deq; ter-
reſtribus regnis, & q̄ tandē eſſent Iſraelitico
populo euētura, vt inſup & gentes eſſent in
Saluatorē dominū credituræ: ſed & ſingula
quęq; longe ante denūciarint: quemadmodū
diximus, vt Cis aſinę eſſent inuentę iam p̄di
tę, & regius filius vt morbo eſſet afficiēdus,
vel ſi qd huiuſmodi aliud eſt literis proditū.
Erit p̄terea & gētibus reſpondendū, nequaq̄
credētibus natū ex virgine Ieſum: conditorē
omniū deum in ea diuerſorū animantiū crea
tione p̄ ſe tuliſſe, qd in vno aliquo animante
feciſſet, poſſe ſe & in cęteris facere: vel in ipſis
hominibus, ſi modo id lubeat. Reperiunt em̄
animalia q̄dā ſexu fœmineo, maris congreſ-
ſus expertia, quēadmodū qui de animātium
natura ſcripſere, de vulture id ipm affirmāt:
& q̄ animal aliquod ſine aliquo maſculi coi-
tu ſui generis ſeruet ſucceſſionem. Quid igit
mirū, cū vellet deus diuinū aliquē legare ad
hoīes præceptorē, ſi p illa naturalis ſeminis
ratione qua hoīes ex maris ac fœminę con-
greſſu gignunt, rationē aliā quādā effecerit,
qua Ieſus dn̄s naſceret: pręſertim cū vt gręci
tenēt, non oēs hoīes ſint ex mare ac fœmina
geniti? Nā ſi creatus eſt mūdus, vt & multis
Græcorū placuit, neceſſe eſt & priores illos
mortales fuiſſe non ex humano coitu, ſed ex
terra pgenitos, cū vel terrę ineſſet (vt putāt
illi) vis procreandi: qd ſane videt mirabilius
lōge, q̄ q̄ ex parte dimidia haud ſecus ac cę-
B teri hoīes natus ſit Ieſus. Nec fuerit abſurdū
cū Gręcos alloqmur, & Græcis vti hiſtoriis
ne videamur ſoli pręter hominū opinionem
hāc rei geſtę ſeriem vſurpaſſe. Eſt em̄ nōnul-
lis viſum: nō modo vetuſtiores quaſdam &
Heroū, ſed vel nouas & recentiū rerū hiſto-
rias ſcribere, pinde acſi vim magnā haberēt,
& maioris eſſent momēti: q̄ Plato ſcilicet ſit
ex Perictione ortus, prohibito Ariſtone cū
ea ne coiret donec pareret ex Apolline pſe-
minatū. Sed hæ quidē certiores ſunt fabulę,
quę quoſdā induxerint de viro hoc iſtiuſmo
di cōmētari ac fingere, quē crederēt cū ſapiē
tia tū ingenii viribus longe plurimū multis
p̄ſtare, & ab optimo diuinoq; ſemine ſumpſiſ
ſe principiū, & corporis firmitatē: tāq̄ id il-
lis congrueret, q ſupra humanū modum ex-
cellerent. Verū cum Celſus Iudęum inducat
diſputantē cū Ieſu, carpētēq; (vt is arbitrat)
cōmentitiā eius ex virgine geniturā: intule-
ritq; & gręcas de Danae & Menalippæ, ſiue &
Antiopæ fabulas: dicēdū ſacrilegū aliquē po-
tius incōſultius hęc ptuliſſe, & nebulonē nō
rei ſerię ſtudētē, vel angeli ad virginem me-
ditātē legationē. Deſumēs p̄terea & hiſtoriæ
partem quæ in Matthęi euangelio ſcribit, in
Aegyptū ſcilicet Ieſum dominū cōmigraſſe:
quę in ea pfectione mirāda cōtigerint, haud
quaq̄ credit: nec angelū in Aegyptum demi-
grādū denūciaſſe autumat: nec ſi quid egerit
relicta Iudęa Ieſus in Aegyptū ſe conferēs, p
certo ducit. Cōmētus eſt inſup & aliud quid
dā aſſentiens neſcio quo pacto mirandis illis
quas operatus ſit Ieſus virtutibus. Ait em̄ ex C
his pſuaſiſſe permultis, vt deum ſe ſectarent.
Quas virtutes cū carpere illi ī animo ſit, ma
gicis potius quibuſdā ait pręſtigiis q̄ diuina
potētia fuiſſe has geſtas. Nā & obſcurū hūc
dicit & ſpuriū coaluiſſe, emeritūq; in Aegy-
pto mercedē, qa quarūdā virtutū piculū fecit
taſſet: quarū fama elatū, vbi in patriā reme-
aſſet, ſemet deū dixiſſe. Ipſe vero neſcio quo
pacto qui magus eſſet, docēdo aniteret cū-
ctis pſuadere, vt omnia ea mēte ita exequerē
tur: vt p indubitato tenerēt deum ſingulos
vt quiſq; geſſerit, iudicaturū: & hunc in mo
dum eius inſtituerit ſectatores, quibus eſſet
in poſterum ſuæ diſciplinę miniſtris vſurus.
Nū em̄ & illi q ita erāt ad virtutes operādas
inſtructi, auditores captabant? an virtutū ni
hil opabant? At illū dicere, nec virtutes hos
nec mirabilia factitaſſe, ſed credētes, rationi-
bus nullis ſufficientibus, cuiuſmodi dialecti
cę inſunt Gręcorū diſciplinę, ad nouā his do
ctrinam tradendā ſe cōtuliſſe quoſcūq; adiſ-
ſent: erit pfecto lōge abſurdius. Cui em̄ con
ſiſi & dei verbū hi prædicaſſent, & nouā in-
duxiſſent religionē? Q; ſi & hi virtutes ope-
tabātur: quo pacto id poteſt perſuaderi, ma-
gos homines tantis periculis ſeſe obieciſſe, q
doctrinam inducerēt, magicam artem peni-

tus detestantem? Nō itaq; nobis par esse vide
tur aduersus hęc Celsi dicta contendere, quę
ille nō serio, sed cum irrisione hūc in modū
D protulerit. Si igitur decora erat Iesu hęc ma
ter, & cū ea vt pulchritudine pstante cōgres
sus est de⁹, cuius natura corruptibilis corpo
ris amore nil capitur: vel cum minus deceret
vt deum hęc adamasset, quippe quæ nec regi
na esset dea: cur eam dicunt ex deo filium ge
nuisse? præsertim cum tātę esset hęc verecun
diæ, & castitatis, vt eam nec vicinus quidem
quispiam viderit. Iocularibus etiā dictis hāc
ipsam insequitur, vt quā fabrum odisse dicat
& demū eiectam: neq; hanc qdē diuinam po
tētiā fuisse tutatam, nec mysticum illud ver
bū qcq̄ opis laboranti tulisse. Nil ergo (inqt)
hęc præferunt tanti dei imperium. Quid igi
tur ista a cōuitiatoribus ipsis distabunt, qui
in triuiis propalā nonnullis impudentissime
cōuitiantur, & nihil studio vel imitatione di
E gnū inclamāt? Sumēs deinceps illud ex Mat
thęi euāgelio, vel forte ex aliis, Christo scili
cet cū a Ioāne baptizaretur aduolasse colum
bam, carpere nititur vt cōmentitiū dictum,
calūniatus insuper pro sui ingenii prauitate,
qđ est euāgelicæ historiæ traditū, ex virgine
genitū Saluatorē. Nil tamē quę subsequūtur
ordine differit: quippe cū nullam teneat rerū
seriē furētis animi impetus ille & liuor: sicuti
dē vti in buccā venit, q iracūdia & odio rapi
unt, quos oderūt incusant & maledicunt: cū
his præ animi morbo nihil pmittit cōsidera
te, & seriatim maledicta ingerere. Nā si ordi
nē ille seruasset, oportuisset in primis, vt de
sumpto in manibus euāgelio, qđ falsitatis ar
guere destinasset, a prima historia cōtradicē
di initiū sumeret, & sic deinceps ad secūdam
trāsiret, & hūc in modū insectari cætera pse
queret. Nūc vero post Iesu ex virgine genitu
rā, q nostratia cūcta se nosse pmittit Celsus,
& sanctū spm̄ sub colūbę specie in ipso Chri
F sti baptismate apparentē calumniat. Deinde
istis omissis, carpit & Saluatoris nostri aduē
tū fuisse prophetatū vaticiniis lōge ante de
nūciatū: digredit postmodū ad apparētis in
Iesu natiuitate stellę (vt scriptū est) narratio
nē, & quēadmodū magi ex oriente puerū ve
nerint adoratū. Permulta qdē & ipse, si lectio
ni intētus obserues, cōfuse dicta toto hoc li
bro cōperturus es Celsum incōsideratius ef
fudisse: ita vt vel ex hoc ipso, ab his q in scri
bēdo, & seruare ordinē norūt, & quęrere, co
arguat audacter & insolēter eius librū Veri
sermonis titulo adnotasse: qđ vtriq; philoso
phoꝝ nemo modestior fecerit. Nā Plato qui

dem inquit, non eorum esse qui mētis sint cō
potes, istiusmodi quippiam, & quæ icertiora
sunt affirmare. Chrysippus vero mītis in lo
cis exponens q̄ se mouerent, remittit nos tā
dē ad eos, quos inuenerim⁹ melius q̄ ipse sen
tiat dicere. Celsus igit qui quū his, tum cæ
teris græcis est sapiētior: quemadmodum &
omnium rerū habere se dicit cognitionē, ita
& sub Veri sermonis titulo, eius librū inscri
psit. Verūtamen ne videamur obiectionum
ei⁹ capita prætereire, perinde acsi his obuiam
ire, & refellere ignoremus: æquū duxim⁹ pro
viribus singula queq; dissoluere quę ipse pro
posuit. Sed illud in primis curæ habebimus, A
vt non rerum pro earū natura conuenientiā
& sequelā, sed quo se ordine habeāt quę eius
in libro inscripta sunt, cōquiramus. Sed age G
dum inspiciamus quid ille spiritum sanctum
carpēdo dixerit corporaliter in columbę spe
cie Saluatori domino visum. Nam & Iudęus
apud quē ipsi fatemur & Iesum esse nobis in
dominum, sic Celsi dicta prosequitur. Lauan
ti tibi apud Ioannē, alitis speciē dicis ex æthe
re aduolasse. deinde sic quęrit. Quis eīn hanc
vidit speciē testis, cui merito possit fides præ
stari? vel quis audiuit e cęlo editam vocem, q̄
dei te filiū faceret, te præter, & alium quem
piam quem ipse produxeris: qui tecū vna &
pœnas luerit? Nos vero priusq̄ respōdere his
dictis incipiamus, dicendū duximus. Si enim
quis velit historiam, vel si verior sit, vt gestā
asserere, & animo ita cōceperit vt imaginet:
grauissimū haud dubie fuerit & factu plerisq;
q; id difficillimū. Quin age, dixerit quispiam
Troianū bellū nequaq̄ fuisse, vt credit, gestū,
quia sit rumor cōfictus qdam, fuisse Achillē
aliquē Thalassiæ deæ filiū, & Pelei mortalis,
vel Sarpędonē Iouis, vl' Ascalaphū & Alcme
nū Martis, vel Aeneā Veneris: quonā pacto
id bellū sumus pro vero nos asserturi? præser
tim cū nescio quomodo ex altera parte aper
ta & cōficta nos fabula pmat: ex altera, cōstās
sit, & apud oēs pręsumpta opinio, haud du
bie græcos apud Troiā cū Troianis bellasse.
Age pterea, nec credat aliquis, quę de Oedi
pode Iocastaq;, & qui ab his fuere pgeniti, &
Etheocle illo, & Polynice scribunt, qa tradi
tū fabulæ sit, Sphingam monstrum ex parte
dimidia virginis formam pręse tulisse. Quo
igitur pacto tale quid ipsi monstrabimus? Id
ipsum pōt de Epigonis dici, deq; socioꝝ Her
culis descēsu, & aliis quidem innumeris affir
mari. Sed qui prudenter ac recte historias le
gerit, & cauere ne his fallatur voluerit: iudi
cabit qbusnā sit fidē adhibitur⁹, quasve sub

figura & interpretatione alia quadã acceptu rus,eorũ mẽtẽ scrutatus, q̃ illas cõmẽti sunt, & quibus minus credẽdũ sit, vt ad quorũdã gratiã scriptis,qđ vtrũq; vel i omni euãgelica historia seruari velim atq; intelligi: nõ perin de ad renuem aliquã & irrationabilẽ creduli tatẽ prõptiores quosq; vocaturus,sed histo rias & alioꝝ scripta legẽtibus necessariã fore prudentiã,& acre ad inquirendũ studium,& aditum quẽdã penetrandi ad scribentiũ sensa demõstraturus: vt inueniat demũ qua mẽte,

A quo sensu singula cõscripta sint. Sed illud in primis dicturi sumus, q̃ si is q̃ sub columbæ specie spiritũ sanctũ apparuisse diffidit: Epi cureus aliq̃s esset, aut Democriti illius secta tor, vel Peripateticus esse describeretur: esset forsitan ad suspitionẽ cõsentaneus locus, ficta hęc esse q̃ dicimus. Nũc vero neq; id qdẽ peruidit sapientissimus Celsus qđ Iudæo im posuit, vt hęc fateret, qui ex ꝓpheticis scri ptis longe plura & mirabiliora crediderit, q̃ illud sit q̃ in colũbę specie spiritus sanctus vi sus narret. Sed dixerit q̃spiã Iudęo huic spiri tus sancti apparitionẽ min⁹ credẽti, putãtiq; posse illam vt cõmẽtitiã criminari: Heus tu, vnde id poteris demõstrare, dixisse deũ Adę, vel Euę, vel Cain, vel Noe, vel Abraham, vel Isaac ipsi vel Iacob, quę scripta i sacria literia sunt: & fuisse illũ hoies hos allocutũ? Quin immo vt historiã cũ historia conferã, sic Iu dęũ istũ affabor. Vel tu⁹ qdẽ Ezechiel sic in quiẽs scripsit. Aperti sunt cæli & viderũt vi sionẽ dei. Quã postmodũ explicãs: & illud in fert. Hęc visio similitudinis glorię dñi, & dixit ad me &c. Si eñ falsa sunt o Iudęe q̃ de Iesu scribunt, quãdoqdẽ nequaq̃ vt putas aperte possumus queadmodũ sint hæc veriora ar guere, vt quę p Iesum dñtaxat & visa & audi ta sint: & vt tibi videt ab altero quodã vno obseruata: q cũ eo vna supplicio sit affectus, cur nõ potius & Ezechielẽ dixerim⁹, vt por tẽtificũ & insueta quędã narrantẽ adapertos esse cælos & reliqua item dixisse? Verum & si Esaias inqt: Vidi dñm Sabaoth sedẽtẽ super thronũ excelsum & eleuatũ, & Seraphim cir ca hũc stãtẽ, sex alę vni, & sex alæ alteri, & q̃ insequunt hmõi cęteræ: vnde illud cõstabit, vere hęc eũ vidisse? His sane Iudęe fidẽ haud dubiã vt veris & certioribus p̃stitisti, & diui no spũ quodã tenes nõ solũ ea spectasse ꝓphe tas, sed & pronũciasse, & cõscripsisse. Ac cui nã potius credẽdũ fuerit, ei ne q patuisse sibi dixerit cęlos, & vocẽ exaudisse, an ei q domi nũ Sabaoth throno insidentẽ excelso subli miq; affirmet fuisse se contẽplatũ? Esaię ne &

Ezechieli, an Iesu? Illos quidem nil opereprę cium gessisse, vel aliud quippiã qđ tãti sit de se p̃stitisse compertũ est. At Iesu & rerũ ge starũ magnitudo, nõ modo p id tẽporis quo carnẽ hãc tulit, enituit: sed vel ad hanc tẽpe statẽ, eius vis ac potentia vel eos ad meliora traducit, & potiores reddit, q per se deo cre diderint. Q̃ aũt eius virtute hęc fiãt, argu mẽto sunt quę & ipse affirmat, & cõcipi ani mo & cogitatione sat possunt: cũ enim olim deessent q opẽrãdo animarũ messem demete rent: nũc tamen affluentissima est operantiũ copia, q passim in areas dei ecclesias scilicet, messem hãc cogant & cõuehant. Ex his qdẽ Iudęũ nũc alloquor, cũ nihil iterea Christia nus vir q̃spiã Ezechieli & Esaię diffidat, sed pie crediderit p ea q̃ nobis cõmunis est credu litate ac fide, lõge plurimo Iesum esse his di gniorẽ, cui fides p̃stet dicẽti se spiritũ san ctũ vidisse: & vt decens erat, tradẽti discipu lis qđ fuisset haud dubie cõspicatus, & quã audisset vocẽ narrãti. Accedet & alius quis piam inquiens, haud quaq̃ omnes narrãtem Iesum hęc audisse, q de colũbæ specie & voce cęlesti cõscripserint. At spũs ille qui Moysen docuit, vt veterẽ eius historiam a mũdi crea tione exordiretur, & adusq; Abrahæ tẽpora sui progenitoris, quę acta essent memorię p derет, vel eos instruxit p quos sunt & euãge lia ipsa cõscripta: monuitq; id miraculi factũ cũ Iesus baptizaret. Qui aũt fuerit eo dono ornatus: qđ sermo sapientię dicit: & causam explicabit cur cęli patuerint, & colũbę speciẽ diceт: & queadmodũ sub nullius alterius ani mãtis figura, nisi colũbę huius, spũs sanctus sit Iesu dño visus. Qua de re plura dicere in p̃senti ratio ipsa nõ exigit: est nãq; nobis p positũ Celsum refellere & coarguere nõ sana mẽte Iudęo imposuisse suis ex dictis eius rei incredulitatẽ, q̃ vt decẽs erat, & gesta sit: qn potius lõge secus ac ille crederet, coegit hũc

B dicere. Memini equidẽ olim apud quosdã me disputantẽ, qui apud Iudæos sapientes habe rẽtur & docti, vsum fuisse sermone huiusmo di, astãtibus nõnullis a q̃bus & iudicari pos sent quæ dicerent. Dicite o vos, cũ duo qdã ad hoim gen⁹ hoc demigrauerint, quos mi ra quędã & supra humanã naturã gessisse sit literis pditũ: Moysen inquã, vobis q leges tu lerit, de se scribentẽ: & Iesum ipsum qui nos

C instruxit, & nullũ de se cõscriptũ opus reli quit, sed eius acta in euãgelijs discipuli testi ficẽtur: quonã fuerit ista proportio? Moysi quidem vt fides p̃stetur veluti vera fatẽti cũ alioquin ab Aegyptiis fuerit magicæ ar

tis insimulatus,& ꝑstigiis quibusdam illa fe-
cisse sit visus q̄ fecerit! Iesu vero nil fidei ad-
hiberi,qa illū vos incusetis:cū gentes vtrūq;
Moysen dico & Iesum,suo testimonio ꝓbēt,
venerēturq; & adorēt: vt quē ex deo ipo pro
diisse sine vlla animi ambiguitate existimēt,
& deū ipsum esse nil dubitēt:qui in humana
carne idcirco assumpta,se ad hoīes contulit
vt esset vniuersis mortalibus salutaris! Sed
Moysen qdē Iudęi admiserūt:Christianæ ve-
ro fidei sectatores,cū minus negēt Moysi ꝓ-
phetiam,vt ex qua cōstare demōstrēt quę de
Iesu scribunt:suscipiūt sedulo veriora eē mi
racula,q̄ de Iesu discipuli conscripsere. Q2 si
de Iesu a nobis rōnē exigitis, de Moyse prio
res vos reddite,q Iesum multis seculis ante-
cessit:sic nos postmodū de Iesu reddituri hāc
sumus.Vobis vero refugiētibꝰ de Moyse ar-
gumēta ꝑferre: quo ad id tēporis & ipsi vos
imitātes,nec de Iesu quidē hæc proferemus.
C Nihil eñ minꝰ vos fateremini, q̄ nihil eē qđ
possit de Moyse demōstrari.Et audistis certe
de Iesu apertissima suę diuinitatis indicia,cū
ex lege,tū ex prophetis,& qđ debet mirū vi-
deri,ipo ex Iesu.In lege aūt & prophetis, cō
stātibꝰ argumētis ꝑtendit Moysen ipsum &
cęteros Iudæorū vates,fuisse dei prophetas.
Erit aūt rerū huiusmodi mirādarū plena lex
ei,& ꝓphetarū insuꝑ vaticinia, qui Iesu ipsi
scribendo asseuerauerit colūbam apparuisse,
& cęlitus esse editā vocē cū baptismo ablue-
ret.Sed arbitror equidem argumēto sat fore
ꝙ obuersatus sit illi,& visus in colūbę specie
spiritꝰ sanctus,opera illa mirāda:quæ carpēs
Celsus,apđ Aegyptios ait vbi ea ꝑdidicisset
gessisse.Nec solū ad eam rem comprobādam
his vtitur,sed etiā vt decēs est,quę Iesu apo
stoli factitarūt.Nō eñ sine virtutū operatio
ne,& mirabiliū rerū eos mouissent,q & ver-
ba inania & superuacaneas disciplinas cōsue
uissent audire: vt relictis patriis superstitio-
nibus susciperent vel cū sūmo mortis discri
mine eoꝝ doctrinā.Quinetiā vel ad hāc tem
pestatē,spūs sancti in columbę specie visi, ser
uātur apud Christianos vestigia: nam & ad
iuratos eiiciūt dęmones,& sanitati restituūt
multos,& pro Iesu volūtate nōnulli quę fu-
tura sunt ꝓuident.Vel qđ dicturus sum irri
deat Celsus,seu is quē induxit Iudęus, dice-
D tur tamē.Fuere nāq; permulti,q velut inuiti
ad Christianā hāc cōcesserūt religionē, spiri
tu quodā derepēte immutātes animum: vt re
iecto mox odio, quo erga Iesum verbū deti-
nebant,ipsius ob gratiā se morti obtulerint,
per visumq; & somnia imaginati permulta &

certiora sint.Nā & istiusmodi pleraq; & ipsi
vidimꝰ:quę si literis demādaremꝰ,quia eis &
interfuimus & ea cōtemplati sumus , essemꝰ
profecto infidelibus ipsis abunde derisui: exi
stimantibus haud secus hęc nos esse cōmen-
tos,atq; ipsi sua cōfingūt:sed deus est nostrę
cōscientię testis.Peruelim nāq; non falsis qui
busdam assertionibꝰ , sed variis nonnullis &
apertioribꝰ argumētis Iesu cōfirmare doctri
nā.Cum aūt Celsi Iudæus ad Iesum ignoret
sanctū spūm descēdisse:esset vtiq; sic appellā-
dus.Heus tu,quisnā est ille qui i Esaia sic lo
quit:Et nūc dn̄s misit me,& τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.
Qua in re cū anceps esset id dictū vtrū ne pa
ter & spiritꝰ sanctus miserit Iesum,an pater
Christū & spiritū sanctū:alterum tamē & se-
cūdum est verius,& qm̄ Saluator est missus,
& spiritus sanctꝰ,vt prophetę dictum adim-
pleretur: & necesse foret vt prophetiæ adim
pletio hæc cū sequētibus iūgeret:idcirco Ie-
su discipuli literis tradidere,qđ gestū fuisset.
Sed vellem equidē Celsum Iudæi personā fal E
so inducentē,qui Ioānē aliquo modo admit-
tit Iesum abluisse baptismo,illud affari denū
ciareq;:Ioānem hūc Baptistā fuisse,& bapti-
smi lauacro in prauoꝝ facinoꝝ remissionem
abluisse mortales:ex suis quēdā memorię ꝓ-
didisse,qui Ioāne & Iesu non multū fuere po
steriores.Iosephus nāq; decimo & octauo de
Iudaica antiquitate libro , Ioānē testificatur
Baptistā fuisse,q polliceret baptismo ablutis
peccaroꝝ purgationē.Qui vtiq; Iosephus et
si minꝰ Iesum vt Christū crediderit:causam
tamē conquirens Hierosolymitani excidii,&
cur esset templū deletū,cum illud esset dictu
rus,conspirationē quā Iudaicus populus ad
uersus Iesum fecisset,fuisse hoꝝ omniū cau-
sam,& quia Christū per prophetas iampridē
denunciatū sustulerit:ipse vero tanq̄ inuitꝰ,
haudquaq̄ longe a vero aberrās,eo inqt hęc
accidisse Iudęis,vt Iacobꝰ iustus ille vindica
ret,qui Iesu & frater esset,q dictus est Chri-
stus.hunc eñ cū esset iustissimus contrucida
rūt.quē Iacobū Paulus coniunctissimus Iesu
discipulus asserit se vt dn̄i fratrē conspicatū.
Et sane nō magis ob hāc sanguinis ꝓpinqui
tatē,q̄ ob morū similitudinē,& sermonis mu
tui cū Iesu cōmercium, vt iustꝰ diceret effe-
ctū est.Si igit ob Iacobi gratiā Hierosolymo
rū desolationē cōtigisse Iudæis ille affirmat:
cur nō ęquius fuerit fateri ob Christū id fa-
ctū fuisse,cuius diuinitatē tā multi hominū
cōuentus testificantur,qui ex abundantiori-
bus malis ad bonū cōuersi,& a cōditore rerū
omnium pēdēt,& cuncta ad eius referūt vo-

lũtatẽ! Itaq; etsi nihil Iudeus de Ezechiele & Esaia respondeat: cõmune illud vtrisq; faciẽtibus nobis, & sup Iesum patuisse cęlos, & vocẽ cęlitus auditã, & huiusmodi qdã in hisce prophetis, & cæteris item cõpetẽtibus literis demandata: quantũ tamẽ suppetent vires dicta hęc cõfirmabim⁹. Nã si p somnũ creditũ est fuisse nõnullos partim diuiniora qdã imaginatos, partim futura, siue liquido, siue perplexe: denũciasse insuper quæ ad hanc vitam spectarẽt: & id quidẽ prouidentiã admittẽtibus perspicuũ sit: cur debet absurdum videri qd dormiẽti & somnianti perculerit animũ, posse item per visum vigilãti, & excito cuiq̃ mentẽ pulsare, vt vel ei rei conducat, de qua ictus animus admonet, vel cõferat plurimũ,
A vbi q̃ audita sunt referũtur! Et queadmodũ imaginamur nõnũq̃ sonũ audire, & sensibilẽ auditũ pulsari, spectareq; oculis, cũ neq; aures ipsę percutiant nec oculi, sed mẽs sola id patiat: ita nihil erit absurdũ, si hęc ipsa & in prophetis cõtigerint, cũ vel vidisse eos mirabiliora qdã pscribit, vel dñi verba exaudisse, vel reclusos cęlos spectasse: Tametsi min⁹ crediderim cęlũ illud sensibile patuisse, nec cæli corpus vbi patuerit, seiunctũ esse, perinde ac huiusmodi aliqd Ezechiel ille describat: ne forte q in euãgeliis liberius studeat, istiusmodi aliqd de Saluatore admittat: tametsi simpliciores quosdã illud offendat, q ob multã simplicitatẽ mũdũ mobilẽ faciant: & tale dici mũt corpus, qd est vniuerso cęlo coniunctũ.
B Verũ qui altius idipsum peruestigarit, sic inquiet. Cũ eñ sit, vt sacrę literæ nominãt, diuinus qdã & generalis sensus, quẽ vtiq; solus beatitudinẽ cõsecutus inuenerit, vt Salomon inquit: & quædã sint sensus huiusmodi species, vt visus qui pro eius natura res cõtempletur lõge corporibus potiores, qbus in rebus Cherubim vel Seraphim pręferuntur: & auditus q voces suscipiat quę haud quaq̃ ex aere cõstẽt: & gustus item qui viuẽte vitur pane, & cælitus descendẽte, & mũdo tradẽte vitã: odoratus insuper sit species quędã talia odorãtis, qualia deo esse in suauitatis odorẽ asserit Paulus: & tactus deniq;, pro cuius vigore attrectasse se manibus Ioãnes fatet quę de verbo vitę tradunt: Profecto perbeati prophetę illi, diuinũ hunc sensum adepti, & res diuinitus cõtẽplati, & degustãtes itẽ & odorãtes sensu quodã, vt ita dixerim, minus sensibili, & deũ verbũ sic attrectãtes, vt qd ab eo in se virtutis deflueret cõsolãdi vim magnã haberet: intuebant q̃ vidisse se scribũt, & audiebãt quę se asserũt audisse. Sic Isaac, filii est diuinarũ vestiũ odoratus fragrantiã, & spirituali quadã benedictione locut⁹, adiecit. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dñs. Nec secus & Iesus leprosum mẽte potius q̃ corporali tetigit sensu, vt eũ mũdaret: & vt eqdẽ reor, duplici lepra, nec sensibilẽ solũ manib⁹ attrectãdo, vt intelligũt multi, sed q̃ mẽti insederat diuino eius haud dubie attrectatu abstergeret. Sic est & Ioannes dicẽs testificatus: Vidi spiritũ descendẽtẽ vt colũbã de cęlo, & mãsit sup eũ, & ego nesciebã eũ. Sed q misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: sup quẽ videris spiritũ descẽdẽtẽ & manentẽ sup eũ, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi, & testimoniũ perhibui, qa hic est filius dei. Et Iesu qdẽ patuere cęli: & tunc sane pręter Ioannẽ scribit nemo hiantes cælos ipsos vidisse: ꝙ autem futurũ esset vt cęli aperirẽtur, discipulis ipm id spectaturis prędicens Saluator ait. Amen amen dico vobis, videbitis cælũ apertũ, & angelos dei ascẽdẽtes & descẽdẽtes sup filiũ hominis. Haud secus & Paulus ad tertiũ cęlum sublatus est, cũ prius illud contẽplatus esset apertũ, vt Iesu discipulus. Explicare autẽ cur inquiat Paulus: Siue in corpore nescio, siue extra corpus ignoro, deus scit: haud quaq̃ pręsentis est tẽporis. Quinetiã illa his dictis adiecerim quæ putat Celsus Iesum dixisse: patuisse scilicet cęlos, & in colũbę speciẽ spiritũ sanctũ supra se apud Iordanẽ delapsum: scriptura nequaq̃ id astruente, affirmasse Iesum fuisse se istiusmodi cõspicatũ. Nõ eñ Celsus vir sane strenuus itellexit, ei min⁹ cõgruere vt sequetib⁹ se nũciaret qd Ioãni in Iordane flumine & visum fuisset, & auditũ: q discipulis suis post trãsfigurationẽ in monte factã, iniũxit vt nemini dicerẽt quę vidissent, quo adusq; filius hoĩs a mortuis surrexisset. Licet etiam illud aduertere: Iesu cõsuetudinis esse vbiq; isistere ne de se aliqd iactet: vnde & ita inqt. Et si ipse de meipso dixerim, testimoniũ meum non est verum. Et qm̃ omnem de se iactantiam sustulit, & ex operibus ipsis malebat se Christum esse significare, q̃ verbis: idcirco hũc in modum eum affantur Iudæi. Si tu es Christus, dic nobis palam. Sed cũ Iudæus sit ille q apud Celsum huiusmodi Iesum alloquitur: Quæ enim ipse de spiritu sancto in colũbę specie viso tibi iam dicis, & alium quempiã vnũ producis qui tecum sit affectus supplicio: necesse est & hũc patefacere, queadmodũ eã rem Iudaicę personæ imposuit explicãdã, quæ illi minus congrueret. Non enim Ioannem Iesu coniunctiorẽ, vel cum eo versatum

dicūt Iudęi,nec vno eodēve tēpore hos mor
te fuiſſe affectos.Quocirca vel in hoc vno cō
uincitur,q inſolēter ſe iactat noſſe oīa Cel
ſus,neſcire prorſus qualia Iudæo homini cū
D Ieſu loquēti accōmodet verba.Deinde neſcio
quo pacto qđ ſummū erat īter cætera capita
quę ipſum Ieſum aſtruerēt per Iudęorū pro-
phetas denūciatum,per Moyſen inquā & eiꝰ
poſteros,vel alios q ipm anteceſſerīt:in illud
decidit volēs,& vt ipſe arbitror,q a verbo ne-
quit & deo obſiſtere,vt diceret neq̧ Iudæos,
neq̧ alias quaſuis hoīm ſectas,tenere ex ipſis
vaticiniis q cq̄ de Ieſu fuiſſe pdictū.Forſitā &
prophetias quę de Ieſu extāt,hic ignorabat.
Nō eñ Chriſtianorꝫ dicta ille impugnās,aſſe
rentiū de Saluatoris aduentu pmultos prędi
xiſſe prophetas,Iudaicę pſonę accōmodaſſet
quę potius per Samariten quēpiā,vel Saddu
cęum edicerent:ſiquidē nec Iudęus per ſe qui
dē hęc cōmentitius aliquis diceret.Qđ autē
Iudęo dicēdum attribuit Celſus, huiuſmodi
eſt.Propheta meus Hieroſolymis olim vētu
rū dei filiū dixit,pios qdem iudicaturū, & i-
piis illaturū ſupplicia.Non eñ propheta ali-
quis vnus,quę de Ieſu conſtant,prædixit.At
qui vł Samaritę ipſi & Sadducęi,q Moyſi dū
taxat libros admittūt,in his dixerint Chri-
ſtū denūciari:nec tamē in Hieroſolymis,qua
rū nulla adhuc mētio fieret, pphetia dicta ē
aliqua.Sed peruelim equidē oēs q verbi my-
ſteriū calūniant,in tāta verſari inſcitia,quā-
ta hic Celſus obuoluit,nō ſolum rerū , verū
& ſacræ ſcripturæ ſimpliciū literarū: & cum
iſtiuſmodi fuerit, Chriſtianā ita incuſent &
carpāt religionē,vt ne vel tenuē eorꝫ dicta p-
ſuadēdi vim habeant,qua aliquos poſſint vel
inermes & imparatos,& ad tēpus credentes,
nō a fide,ſed ab exigua credulitate ſeiūgere.
Nequaq̄ tamen Iudæus fatebit prophetā ali
quē vnū dixiſſe dei filium aduēturum:quod
eñ prophetæ dictitant illud eſt,veniet Chri
ſtus dñi.vnde de hoc dei filio mox quęrūt a
nobis & ſæpe,p inde ac nullus huiuſmodi ſit
a pphetis prædictus.Nec tamē illud nos di-
cimus,non eſſe illū p prophetas denunciatū:
ſed Celſum aſſerimꝰ nil prorſus Iudęi homi-
nis perſonę,qui minus huiuſmodi aliquid fa
teatur,cōſentaneum impoſuiſſe dicēdū,cum
dicere illū iſta cōfingat,Meus ppheta in Hie
roſolymis olim futurū dixit,vt dei filiꝰ aduē
taret. Deinde tanq̄ nō vnū hūc prædixiſſent
pphetæ,piorꝫ eſſe iudicē dixit, & impiorum
cruciatorē:cū nihil interea vel loci memine-
rit vbi ille ſit ortꝰ,vel paſſionis qua a Iudæis
eſſet afficiēdus,nec eius reſurrectiōis,nec mi

randarū rerū virtutūq̧ quas eſſet facturꝰ, fa
ciat mentionē:ſed illud infert.Cur eñ tu po
tius hāc tuleris laudē,vt & de te pphetę prę
dixerint magis,q̄ tot innumeri alii q poſt edi
ta iſtorꝫ ſunt vaticinia nati,de qbus hæc ſūt
pphetata?Neſcio tamen quomodo,cū vellet
aliis illud aſcribere,poſſe videlicet quēpiā ſic
opinari,hos eſſe de qbus pphetę prędixerīt:
ſic inqt.Et alii qdē veluti furentes & ſpiritu
perciti,alii vero & mendaces & vani ſuperne
cōcedere dei filiū dicunt.Non enim legimus
Iudęos fateri hunc in modū ſeſe iſta habere,
vel geſta fuiſſe . Dicendū igit primū,multos
pphetas qbuſuis modis de Chriſto fuiſſe va
ticinatos,p ænigmata multos & ſubobſcure,
p allegoriā alios & variis modis, pleroſq̧ eti
am apte,& a ſuis ſcriptis nil diſcrepantes.Et
qm̄ peruerſe inquit in ſubſequētibus Celſus
cū Iudęum hos alloquentē inducit qui ex po
pulo credidiſſent,poſſe & prophetias quę de
Chriſto circūferunt, vel rebꝰ aliis cōuenire:
age e multis perpaucas explicemus,de quibꝰ
proferat qui velit,violētū aliquid aut vrgēs
qđ illas euertat,vel eos poſſit a fide diuerte-
re,q feruētius credant.De loco igit vbi Ieſus E
ſit natꝰ,dictū huiuſmodi conſtat.Ex Bethleē
proditurꝰ eſt dux,qui regat populū meū. Et
tu Bethleē Iuda nequaq̄ minima es vt ſis in
principibus Iuda:ex te eñ exiet dux q regat
populū meū Iſrael,& vię eius a principio die
rū ſeculi.Hęc aūt prophetia nulli qdem con
grueit,vt apđ Celſum inqt Iudęus, q vel fu
rens vel circūforaneus ſit,& qui ſuperne di-
cat ſe aduētaſſe:ſed liqdo patet,ex Bethleem
eſſe hūc oriundū. Qꝫ aūt in Bethleem ſit ge
nitus Ieſus,ſi velit aliquis poſt Michęę vati-
ciniū,& poſt euangelii per Ieſu diſcipulos cō
ſcriptā hiſtoriam,fieri alias certior:Itelligat
vt ſubſequēter in euāgelio cum eius natiui-
tas enarratur, & in Bethleem ſpeluncā oſtē
di vbi ille ſit natus,qđ vtiq̧ & illis in locis p
celebre eſt:vel apud eos quidē qui a fide ſunt
alieni,fama & nomine circunfertur,eadem &
in ſpelunca Ieſum quēdam quem Chriſtiani
adorent & demirentur,genitum eſſe. Quin-
etiam ipſe exiſtimauerim,vel ante Chriſti ad
uentum,ſacerdotum pīcipes ipſos & popu-
li ſcribas,ex prophetię claritate cæteros do-
cuiſſe,naſciturum in Bethleem Chriſtū : ita
& eius rei famam ad Iudęorum plurimos per
ueniſſe. Vnde & Herodem conſtat , vt literis
traditum eſt,ſacerdotum pīcipes, & ſcribas
populi percōtatum,ab his audiſſe, futurum
omnino vt in Bethleem Iuda , vnde & Da-
uid eſſet rex oriūdus,naſceretur & Chriſtꝰ,

Accedit etiã, q̃ in Ioannis euangelio legitur dixisse Iudęos fore vt Christus in Bethleem nasceretur: vnde & Dauid originẽ duceret. Post Christi vero aduentum, qui tollere prę sumptã & veram de eo studerẽt opinionem, vt diuinitus fuerit de ei⁹ natiuitate ꝓdictũ, documenta huiusmodi a populo sustulerũt: nil secus atq̃ hi factitantes, qui militibus sepulcrũ custodientibus, vbi a mortuis Christum vidissent resurrexisse, & rẽ vt gesta esset renũciarent, id vt dicerẽt persuasere, Christi discipulos noctu se dormitãtibus hũc sustulisse: ea lege vt si ad Herodis principis aures id peruenit, & se item id rei gestũ fuisse persuasuros pollicerent, facturosq̃ se illos mole
A stię omnis & curę expertes. Sed grauis p̄fecto est omnis contẽtio: & de quauis re p̄sumpta opinio, q̃a rebus apertis & clarioribus faciat vt occursetur, & sectas, & dogmata, ne relinquant mortales quibus insueuerunt, quęve eorũ deliniant animos, & crassiores efficiãt. Et sane longe facilius homines cęterarũ rerum omiserint consuetudinẽ, vel si illis inhęserint adeo vt diuelli non possint, q̃ cõsueta maiorũ decreta vt deserãt: tametsi res alias longa assuetudine comparatas nequaq̃ cõtẽpserint. Quo fit, vt nec domos q̃dem, nec vrbes, nec villas, nec assuetos hoĩes facile quisq̃ reliquerit, qui horũ captus iampridẽ sit voluptate. Id igitur Iudęorũ plerisq̃ causę fuit vt cũ prophetarũ apertioribus dictis, & reb⁹ haud dubie miris p Iesum gestis, & his quę de eius passione scribunt, obsisterẽt. Q̃ autẽ his affectib⁹ obnoxia sit humana natura, his liquido patet, qui plane intelligũt vbi domesticis fuerint & paternis traditionib⁹, et si foediores sint, semel imbuti & p̄occupati, haud quaq̃ se posse vel immutari, vel ab illis desciscere. Non enim Aegyptio q̃s persuaserit, vt omnino cõtemnat quę a maioribus suis acceperit: ne animal scilicet aliquod brutum pro deo ducat, vel ad mortem vsq̃ ne caueat animantis huiusmodi vt carnes degustet q̃d semel coluerit. Ipsi vero etsi istiusmodi de Bethleem ꝓphetica dicta expẽdimus cõquirẽdo, & diligẽter ꝑcurrimus: necessario agendum id duximus, vt possimus illis occurrere qui forsitan essent id obiecturi. Si enim tã clara de Iesu erant apud Iudęos hęc vaticinia: cur ergo cũ ad hos concessisset, non eius doctrinę assensi sunt, & ad ea se trãstulerũt quę ab ipso vel potiora demonstrabant? At nemo vestrũ hęc velim credentibus nobis obiecerit, cũ videat nõ aspernãda de fide i Christũ verba passim per eos deferri, q̃ ea denunciare perdidicerũt. Verũ si prophetia alia quadam B & secũda sit opus, quę nobis sit apertius visa de Iesu prędicere: illam protulerim quę multis iam seculis Iesu aduentũ pręcesserat, & p Moysen ipsum de Iacob conscripta est, q̃ ferme moriẽs, & e vita iam excessurus, singulis liberis obuẽtura prędixit: & Iudę quidem, vt alia multa omittam: id sane vaticinatus est, Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat q mittendus est. Qui vero in hãc legẽdã inciderit prophetiã, quę in vero lõge est Moyse ipso vetustior, si infidelis fuerit, suspicabit̃ forsitan hãc Moysi esse, mirabiturq̃ quonã modo potuerit illud prędicere, Iudęorũ scilicet reges in populum dominari, cũ duodecim essent i Iudęa trib⁹, quę a Iuda tribu ducerent ortũ: vnde & oĩs hic populus Iudęi sunt a dominãte tribu cognominati: inde & prophetiã ipsam hanc demirabit̃ qui eã recte ꝑlegerit, quo pacto qui ex Iuda tribu futuros principes dixit & populi duces, huius alioq̃n principatus terminos p̄finiuit, affirmans nõ defuturũ ex Iuda sceptrum, & ex eius femoribus ducẽ, donec qui mittendus est veniat: & ipse erit expectatio gentiũ. Venit enim q futurũ erat vt mitterẽt, dei Christus, diuinarũ promissionũ & princeps, qui p̄ter cęteros est pręclarius genitus qui se antecesserint, vel in posterum sunt futuri. Et gẽtiũ sane is est expectatio, per hũc C enim ex omnibus gẽtibus deo credidere per multi: & vt Esaias ait: In nomine eius sperabũt gentes. Hic illis pręterea dixit, exite, qui cõpedibus tenerent, vt q̃sq̃ suoꝝ facinorum catenis constringebatur: & q essent ignorantia obcęcati, prodite in lucem. Quinetiam & illud prophetarũ vaticinio ita denũciatur: Et tradidi te in testamẽtũ gẽtiũ, vt cõfirmes terrã, & hęredites hęreditatẽ deserti. Dicesq̃ qui in vinculis sunt, Exite: & qui i tenebris, in lucẽ prodite. Quin & in huius aduẽtu vel illud completũ esse licet spectare: Et in omnibus viis pascent, & in omnib⁹ semitis pascua eoꝝ. Sed cũ Celsus qui nihil se pręterire fate D tur q̃d ad verbi mysterium spectet: Saluatori obiiciat passionẽ, q̃ in ea nil sit a patre adiutus, nec ipse sibi ferre opẽ potuerit: dicendũ & illud erit, fuisse a prophetis cũ ratione p̄dictum, fore quandoq̃ vt hic pateretur, q̃a mortalibus illud conduceret vt pro humano hic genere moreret̃, & liuorem toleraret damnatus. Est autem superius dictũ, cognituros hũc esse q ex gẽtibus sunt: apud quos nulli essent ꝓphetę: nec secus & illud, visum hunc hominibus, speciẽ ignominiosam p̄ se

tulisse. Et Esaias sic loquitur. Ecce intelliget seruus meus, exaltabit & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerūt sup te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma ei⁹ iter filios hominū. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: qa quibus non est narratum de eo, & qui non audierūt, cōtēplati sunt. Quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatū est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neq; decor. Et vidim⁹ eū, & non erat asp:ctus, & desiderauimus eū despectū, & nouissimū virorū, virum doloꝝ & sciētem infirmitatē, & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eū. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipe portauit, & nos reputauimus eū quasi leprosum, & percussum a deo, & humiliatum: ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras, attrit⁹ est ꝓpter scelera nostra: disciplina pacis nostrę super eū, & liuore eius sanati sumus. Oēs nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit: & dominus posuit in eo iniquitatem omniū nostrum. Oblatus est quia ipe voluit, & non aperuit os suū. Sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus coram tondente obmutescet, & nō aperiet os suū, de angustia & de iudicio sublatus est. Generationē eius qs enarrabit? quia abscisus est de terra viuentiū. Pro

E pter scelus ꝑpuli mei percussi eum. Memini equidem his ipsis me prophetiis olim fuisse vsum, cū a qbusdam apud Iudęos pro sapientibus habitis aliquid quęrerē: quas tū illi ita interpretati sunt, perinde cū propheta de aliquo vno prędiceret, de vniuerso populo qui in dispersionem fuisset, & plaga esset affect⁹, ꝓdixerit quę essent his obuentura, vt ꝗplurimi proselyti efficerentur, quia ceteris gentibus intersperſi essent Iudæi: & hūc ī modū inglorium eius aspectum inter homines fore narrabāt. Et itē illud īterpretati sunt, Quia quibus non est narratum de eo, & qui nō audierunt, cōtēplati sunt: & Virum dolorum. Permulta tamen in ea quęstione protulim⁹, ꝗ plane arguerent de vno dūtaxat fuisse illa ꝑdicta: nec iure illos ad populū vniuersum referre qđ esset de Christo dictum. Petebam etiā in cui⁹ persona hoc diceretur: Ipse peccata nostra tulit, & dolores nostros ipse portauit: & illud, Ipse aūt vulnerat⁹ est propter peccata nostra, & attritus est propter sceleta nostra: & cuinam illud tribuerent, Et liuore eius sanati sum⁹. Liquet enim & peccatores

fuisse vel sanitati ob Christi passionē mox restitutos, siue eo ex populo fuerint, siue ex gētibus: qui hęc secundum prophetam loquuntur, qui & eadem illa ꝓuiderit, & ex spiritu sancto Iesu personę accōmodauerit. Ex eo tamen hos maxime videbamur vrgere, qđ diceretur, Propter scelus populi mei percussi eum. Si enim ꝑ Iudæorū opinione de populo id a ꝓpheris denūciatur: quo pacto ex populi facinorib⁹ Christus dicitur in mortē abactus, nisi præter Dei populum alius qdam fuisset? Quis igitur nisi Christ⁹ Iesus hic fuerit: cuius sumus & liuore sanati, q in eum credidimus? Siquidem ille & principatus & potestates abegit, quib⁹ antea premebamur, & olm in conspectu & palam in ligno peruicit. Sed velle singula quæq; prophetarum vaticinia istiusmodi aperire, & nihil quod illis insit in discussum relinquere, nō hui⁹ est temporis: verū hęc alias pluribus, & abunde iam disseruim⁹: & vt arbitror, necessitate aliqua ducti quia & apud Celsum Iudęus vt liquet iā pleraq; dixerit. At illud & Celsum clā habuit, F
& pręteriit plane huius Iudæum, & cæteros omnes qui Iesu diffisi sunt, prophetas ipsos, duos Christi prędixisse aduētus: alterū quidem & priorem, q vt clementior, ita & humilior fuit, vt versat⁹ cū hominibus Christus doceret quę ad deum duceret viam: vt nemini qui in humanis egisset, excusationis relinqueret locum perinde ac futuri ignaro iudicii, vbi huius omnes prędmonuisset: alterū vero gloriosum duntaxat & diuinum, ꝙ nullā habeat cum diuinitate coniunctam clementiam. In cuius rei argumentum lōgum esset prophetias producere: illud sat in præsentia fuerit, qđ in quarto & quadragesimo psalmo dicitur, qui (vt cętera omittam) de dilecto inscribitur canticum: vbi & aperte ex his deus denunciatur. Diffusa est gratia ī labiis tuis, propterea benedixit te deus in secula. Accingere gladio tuo sup femur tuū potentissime. Specie tua & pulchritudine tua intende prospere, procede, & regna. Propter veritatem & māsuetudinē & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Vel quę īsequunē diligēter aduertito, in quib⁹ & deus ipse exprimitur. Sedes enim (inqt) tua deus in seculū seculi. virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti inqtatē, propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo lętitię prę cōsortib⁹ tuis. Et intellige queādmodū cū deo loquens propheta, cui⁹ & perpetua est, & in seculū seculi sedes, & virga directionis virga regni ei⁹: deū hūc ipsum dicat a deo fuisse vnctū, q eēt

eius deus: & idcirco vnctũ, q̃a pręſuis participibus & iuſtitiam ipſam dilexerit, & oderit iniquitatẽ. Quibus prophetę dictis viſus eſt admodũ vrgeri Iudęus ille qui tũc ſapiẽs haberetur: & hęc ipſa velut hęſitabũdus & dubius animi, ſuę & Iudaicę religioni cõſentanea duxit: dixitq; ad vniuerſorũ deum referri, Sedes tua deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui: ad Chriſtũ vero, Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię p̄ cõſortibus tuis. Deinde & Saluatorẽ ipſum huiuſmodi Celſi Iudęus alloquitur. Si enim id dixeris, omnẽ hominẽ diuina prouidentia cõditũ dei filium eſſe: qd erit inter te & aliũ quẽdam diſcrimen? Iudęo itaq; ſic reſpõdebimus, omnẽ hominẽ (vt Paulus inquit) qui nil vltra ſub timore ſit cõſtitut⁹, vel pędagogo, ſed volũtate qd bonũ eſt ſequitur, dei filium eſſe. Ieſus vero multo & lõgiori admodum interuallo quẽuis hominũ antecedit, q̃ dei filii ſunt per virtutẽ: ab hoc enim & illi velut ex fonte & principio quodã deriuant. Qd autẽ Paulus ait, iſtiuſmodi eſt. Non eñ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis, in quo cla-

A mamus abba pater. Sed vt inquit ſecundum Celſum Iudæus, infiniti Ieſum coarguent, dicturiq; ſunt de ſe fuiſſe prædicta, quę fuerint de Ieſu ipſo pnũciata: Neſcio tamẽ an illud lateat Celſum, cõmigraſſe quoſdã ad vitam, voluiſſeq; ipſum id factitare qd Ieſus, & ſe ipſos dei filios aſſeueraſſe, vel dei virtutem. Sed cũ ad verũ cũcta, vt quiſq; locus acciderit, inueſtigemus, vel illud nos affirmabim⁹: anteq̃ Ieſus dominus naſceretur fuiſſe apud Iudęos Theudam quẽdã ſic dictũ, qui ſe magnũ aliquem & ſupra hominẽ eſſe iactitaret: hoc mortuo, hi quos antea circũuenĩſſet, paſſim diſperſi ſunt. Poſt hũc vbi naſci viſus eſt Ieſus, & orbis terrarũ deſcriberetur: prodiit Iudas alter quidam & Galilæus, qui ad ſe ex Iudaico populo permultos cõciuit: quippe q̃ & ſapiẽs haberetur, & nouarũ rerũ inuẽtor. Is vbi pœnas fallacię luit, ſublata eius omnis eſt diſciplina, quę ĩ paucis admodũ & perexiguis demũ permãſit. Quinetiã & poſt Ieſum deinceps voluit & Samaræus quidam Doſitheus, Samaritis perſuadere, ſe Chriſtũ eſſe quẽ Moyſes prædixiſſet futurũ. Huius tamẽ doctrina viſa eſt nõ multos captaſſe. Sed qd eſt in Apoſtolorũ actis ſapientiſſime Gamalielis vt ſcribitur dictum, nõ erit abſurdum vel illud inducere, inductũq; aperire: quẽadmodum ſcilicet fuerint quos diximus, longe a dei pmiſſione alieni, nec dei filii, nec ex dei potẽtia: ſed Chriſtum Ieſum Gamaliel idem affirmat verũ dei fuiſſe filiũ: vnde ſic infert. Si eñ humanũ id fuit cõſiliũ, diſſoluet, quẽ, admodũ & illorum quoq; ſupra meminimus vbi mortui ſunt, commẽtitia omnis ſublata eſt diſciplina. At ſi ex deo ille pdicetur, nequaq̃ poteritis huius doctrinã euertere, ne forte dephendamini oppugnaſſe. Voluit pterea & Simon Samarẽus ille & magus, per magicam artem quoſdã e medio tollere: & tũc ſane homines ſuis præſtigiis (vt puto) fallebat, nũc vero ex omnibus q̃ vbiq; terrarũ ſunt, ne ad triginta qdẽ inuenetis qui illum ſectẽtur: & forſitan plures dixi q̃ hi numero ſint. Sũt & circa Palæſtinam ipſam perpauci admodũ: in reliquis vero mũdi regionibus nec Simonis nomen eſt auditũ, cũ ipſe illud in primis per cuperet, vt de ſe fama paſſim diuagaret: quæ ſiqua forſitã eſt, ex actis Apoſtolorũ ĩnotuit. Sunt nãq; qui iſtiuſmodi de Simone hoc tradidere, Chriſtianę religionis ſectatores: & res ipſa apertius teſtificat, nil Simonẽ in ſe habuiſſe diuinitatis. Porro iuxta Celſum Iudæus B

magos illos quoq; ſit in euãgelio mentio, per Ieſũ, ait fuiſſe Chaldęos ductos, & ad ei⁹ natiuitatẽ motos veniſſe cũ infans eſſet vt deũ ſe adoraret: id ipſum & Herodi Tetrarchę innotuiſſe, q̃ poſtmodũ necatũ eos miſiſſet, q̃ eſſent Ieſu ætate pares, vt cũ eis vna & hunc trucidaret: ne ſi ſuperſtes foret, & in virũ euaderet, imperio potiretur. Aduerte vel ex hoc ipſo, vti rẽ geſtã, etſi nõ recte, auditu tamen Iudęus perceperit, nec a Chaldęis ſeiunxerit magos, nec plane quid hi profiteãtur cognouerit: cũ inter ſe tã moribus q̃ inſtitutis lõge diſſideãt: ſic ille in euãgelica ſcripta mẽtitus eſt. Neſcio tñ quo pacto tacitus id pteriuit, quid magos deduxerit: non enim in oriente viſam his ſtellã, vt ſcriptũ eſt, ductricem dicit fuiſſe. Sed videamus qd ſit ad iſta dicẽdũ. Qz enim in oriente aſtrũ ſit viſum, nouũ qppiam eſſe & inſuetũ exiſtimamus, nec quicq̃ habere illud ſimilitudinis cũ conſuetis aliorum aſtrorũ curſibus quę vel per fixam & minus volubilem cęli ſphæram agãtur, vel per immobilẽ & inerraticam inferiorem hãc plagam: ſed id genus fuiſſe, cuius ſunt per temporum interualla Cometę, ſiue Pogonię, ſiue Pithoi, ſiue vt alias Gręci cõſueuere, vti hęc inter ſe differunt aſtra, denominare. His igit ſat fuerit hæc confirmaſſe. Atqui obſeruatũ eſt, cũ magnis in rebus, tum in ingenti terrenarũ rerũ varietate, aſtra iſtiuſmodi exoriri portẽdereq; vel imperii imutationẽ & domi-

natus, vel belli originem, vel aliud quippiam quod & accidere mortalib⁹ possit, & terrena
C ista cõcutere. Legimus aũt in eo libro, quem de Cometis Cheremõ Stoicus scripsit, vel in futuris & pꝛosperis reb⁹ crinitã stellã nõnunq̃ exortã, & de huiuscemodi exponit historiã. Si igit, siue in nouitate imperii, siue aliis maiorib⁹ in terris casibus id oritur astrum, qđ Cometen nos dicim⁹, siue aliud huiusmodi quippiam: quid mirũ, si cum is nasceretur, q esset ad hominũ genus noua q̃dã & insolita perlaturus, inducturusq; non solũ Iudæis, verum & Græcis, & permultis Barbarorum nationibus perutilem disciplinam, stella fit prælucens exorta? Ipse vero affirmare id ausim, nulla vsq̃ extare de cometis his vaticinia, vt sub huius illiusve regis imperio, siue tempo rib⁹ futurũ esset vt cometes sic oriretur: cũ tamen interea, de stella nascente Iesu oborta Balaam ille vaticinatus sit, inquiens, vt Moyses scripsit. Orietur stella ex Iacob, & surget homo de Israel. Qꝫ si scrutanda fuerint q̃ nato domino de Magis & stella scribunt: secus equidẽ Græcos ac Iudæos affabor. Nã Græcis id dixerim, magos hosce quia dæmonibus assueuissent, vt quos ꝑ eorũ cõsuetudine & ꝑ arbitrio inuocarẽt: idcirco id agere & dæmones colere, qa nihil diuinius his aut fortius vel carminib⁹ qbus hos prouocarent, potentius ducerẽt, & faterent. Qꝫ si maioris ac veræ diuinitatis vis quædam appareat, tollẽtur mox dæmonũ operationes: quippe q nequeãt obiectã diuinitatis lucẽ spectare. Iure ergo secundũ hãc Iesu natiuitatẽ, cũ cælestis exercitus mltitudo, vt Lucas scripsit, & ipse teneo, deum collaudando, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominib⁹ bonæ volũtatis, decãtaret: dæmones ipsi deflaccuerũt, & infirmiores sunt redditi: vbi eorũ deprehensæ sunt & cõuictæ præstigiæ, & actiones omnes non modo per angelos prorsus deletæ, q ob Iesu natiuitatẽ ad terrã hãc cælitus cõmigrarãt, sed per Iesu animã ipsam & diuinitatẽ omĩno sublatæ. Magi itaq; q Iesum postea adoratum venerunt, cũ vellẽt q̃ soliti fuerãt magicis qbusdã carminibus factitare, apparẽtis stellæ causam cõquirẽtes, & nõ mediocrem esse hanc contẽplati, cũ in cælo signũ spectarent quod diuina non humana præferret: cepit cupido animũ,
D qđ illud portenderet, peruidere. Et vt nobis apparet, cũ haberẽt & hi ex Balaam prophetias, quas Moyses ipse, vt erat ingenio acer, cõscripserat, & in his de stella qđ traditꝫ comperissent: intellexerũt hominẽ demigrasse ad vitã, & natũ esse, quẽ prophetæ, cũ stellæ indicio iamp̃ridẽ vẽturũ denũciassent. Et cũ hũc vt potiorẽ, dæmonib⁹ prætulissent, q se soliti essent vanis rerũ imaginibus ludificari: in Iudæam eũdem adoraturi se contulerũt: certiores iam redditi, esse regẽ aliquẽ natũ, ignari tamẽ quale hic esset imperiũ habiturus, aut vbinã gẽtiũ nasceretur. Et vbi locum perdidicerũt quo natus fuisset. ei qui ex Deo esset homineq; mortali cõpositus, munera hęc detulere, Aurũ scilicet in regiæ potestatis argumẽtũ, Myrrham vt moriruro, Thus vt deo. Sed cũ esset hic deus qui hoĩm generi salutẽ afferret, qua in re & angelos superaret, q solẽt mortalib⁹ opitulari: angelus tamẽ præstitæ pietatis vicẽ repẽdit, q; Iesum adoratũ venissent. Siqdem illos cõmonefecit ne ad Herodẽ redirẽt, sed alio iter diuerterẽt, & se ad sua cõferrẽt. Fuisse aũt Herodẽ nato dño mo E litum insidias, si minus credat apud Celsum Iudæus, nil mirũ. Est. n. cæca nequitia, & fatũ vicere nitiẽ, ꝑinde ac si sit illo potẽtior. Quo malo & Herodes itẽ affectus, Iudæoꝝ regem credidit natũ, & in hanc credulitatẽ certiori assensu descẽderat: nescius tamen vtrũ oĩno futurus esset hic rex, & imperiũ habitur⁹, & eius ad hũc tollẽdũ inanes fore conatus. Voluit igitur Iesum necare, cũ vario teneret & altercãti iudicio, ꝑ cæcũ & nequissimũ dæmonẽ haud dubie cõcitatus, q a principio saluatori parasset insidias, cũ illius pꝛsentẽ esset ac futurã metit⁹ animo magnitudinẽ: quã vtiq; quibusuis modis impugnãdã susceperat: nimirũ q pro sua vt malignitate, ita & liuore id ageret. Angelus itaq; rerũ seriẽ vti se habuere, seruata (etsi nullã his fidẽ pbeat Celsus) Ioseph nũciauit, vt cũ puero & matre ĩ Aegyptũ secederet: cum Herodes interea in Bethleem, & locis illi viciniorib⁹, oẽs sustulit pueros, vt vna & Iudæoꝝ tolleret regem. Nõ eĩ peruigilẽ custodẽ, id est diuinam vim ille conspexerat, q̃ ad hominũ salutẽ eos seruaret & tutaret, quos dignos se duceret: quorum omnium princeps, veneratione & excellẽtia longe præstaret Iesus, rex qdem, nec tamẽ qualẽ Herodes existimabat: sed tale hui⁹ erat imperiũ, quale deũ decebat vt tãto regi in eoꝝ qbus imperaretur beneficiũ traderet: & ita vt non mediocris aliqua huius esset in suos, & vulgaris beneficẽtia, sed legibus vere diuinis vt hos erudiret erat futurũ, & subderet. Cui⁹ rei & Iesus haudquaq̃ ignarus, talẽ F esse se regẽ negãdo qualẽ multi arbitrarent, docendoq; sui regni pꝛstãtiã, ingr. Si eĩ meũ esset ex hoc mũdo regnũ: ministri vtiq; mei certarẽt, Iudæis ne traderer. Nũc aũt non est

de hoc mundo regnũ meum. Hæc quidem si Celsus nouisset, nequaquam itulisset huiusmodi. Si enim id illum sollicitũ habuit, ne vbi ipse iam adoleuerit in regno ei succederes: cur ergo vbi adoleuisti, non regnas: sed dei ipse filius errabundus pre formidine latitans, sursum deorsumque circumuagaris? Ipse vero nec turpe dixerim & abiectioris animi esse, prudēter discrimina subterfugere: nec his sese temere & impetuose ingerere: nō quia mortē ille reformidaret: sed quia ad hominũ vtilitatē in mũdum prodierit, quousque tandem tempus ingrueret opportunũ, quo vbi mortalē suscepit naturā, humanitus & morti concederet, quę & hominibus esset plurimũ pfutura. quod sane ei iam liquet, qui Iesum intelligit mortē ob hominũ gratiam subiisse: qua de re supra

A sat pro viribus diximus. Deinde, cũ nec apostolorum numerũ teneat Celsus, decē dixit vel vndecim quosdā Iesum ad se contraxisse sordidos homines & publicanos, & improbissimos aliquos nautas, cũ his fœde hac illac diuagatũ, ac per lasciuiam cibos quæsisse. Sed agedũ vel de his breuiter dissseramus: patent enim euangelica dicta legētibus, quod vtique Celsus legisse nequaquam videtur: ex quibus cōstat duodenos Iesum discipulos collegisse, inter quos & Mattheũ asciuit, publicos procurārent quæstus. Quos vero cōfuse nautas dixit, Iacobũ forsitan & Ioannē intelligit, qui relictis Zebedęo patre, & naui, sunt Iesum secuti. nā Petrus & eius germanus frater Andreas, quia ex vsu haberēt hamo pisces captare, vt victus quęrerēt necessitatē: haud quaquam erūt omnino inter piscatores (vt scribit) annumerādi. Concedat etiā & Leui illū Alphęi & publicanũ fuisse Iesum sectatũ: haud tamē ex discipulorum erat hic numero, ni forte id in aliquo exēplari quod fuerit ex Marci euāgelio sumptũ, reperiatur: aliorum autē gesta haud quaquam didicimus: quo fit vt priusque essent hi Christi doctrina imbuti, cibos sibi & sua in-

B dustria cōparatint. Ad hęc illud dicturi pręterea sumus: qui enim quiuerint sapienter & recte quę de Apostolis Iesu ferunt inuestigare: facile iudicabūt virtute quadam diuina, Iesu discipulos ad Christianā religionē quamultos instituisse, reddidisseque in dei doctrina obsequētissimos. non eīm vlla his inerat ex arte dicēdi vis, siue psuadēdi, vel p Grecorum artificio dialectico quedam aut rhetorico, ordo aliquis aut modus, quo auditores allicerent. Quin potius videre videor, si ad multorum opinione sapiētes Iesus aliquos elegisset, quod & meditari, & eloqui possent quam multitudinem demulcerēt, & ad suā disciplinā vulgandā ministris his vteretur: iure forsitan suspicādū fuisset, haud secus ac solēt philosophi sectarũ principes, cũ eorum priuatas quasdam producūt sententias, & hos prædicādo quę dei sunt factitasse: sic eīm fieret vt nō vltra argui posset, diuinā esse quā hi profiterentur doctrinam: quippe cum prædicationis sermo & persuasionibus niteretur & eloquentia, compositisque ex arte verbis. Ita nimirum credulitas omnis nō in dei virtute cōstaret, sed i hominũ sapientia: nec ab ea quicquam differret, quā & mũdi huius philosophi in astruēdis dogmatibus vendicant. Nunc vero quis hominũ cũ piscatores videat & publicanos, qui nec prima quidem literarum elementa edidicissent, vt de his in euāgelio scribitur, & Celsus ipse confidentissime credit quæ de istorum ignaritate scribuntur, nō modo apud Iudæos de fide in Christo habēda cōcionātes, sed apud cęteras nationes hũc pdicando mirifice profecisse: non illud mox quærat, vndenam his persuadēdi vis tanta obuenerit? Nō enim ea his inerant, quæ multis inesse existimantur. Quisve nō id fateat adimplesse Iesum diuina quadā i suis discipulis virtute, quod diceret Venite post me, faciam vos hoīes expiscari? Quā virtutē vt superius diximus, & pferens Paulus inquit: Et sermo meus & pdicatio mea nō in persuabilibus humanæ sapientiæ verbis: sed in demōstratione spiritus & virtute, vt fides vestra non sit in humana sapientia, sed i virtute dei. Enimuero vel ex prophetarum dictis præscientia quadam denunciatur euangelii pdicatio, vt illud: Dominus dedit verbum euangelizantibus in virtute multa, rex virtutum dilecti. vt & prophetia sic inquiēs adimpleat: Velociter currit sermo eius. Et vidimus sane in oēm terrā exisse Iesu apostolorum sonũ & in fines orbis terræ verba eorum. Quocirca virtute quidē replētur verba, quæ cũ pronūciantis virtute audiuntur. Quam vtique præfert, cum animi habitus: tũ vita, tum etiam continēs quoddam vel vsque ad mortem, pro veritate certamen. Sed reddūtur plerique inanes & vacui, etsi deo credere se per Iesum profiteātur, quod diuina virtute carentes, deduci ad dei doctrinam videntur. Ipse vero etsi superius de euāgelico dicto fecerim mētionē, per Saluatorē ipsum pronunciato: vel in psenti pro tēpore vtar, asserturus diuinitus fuisse illud significatū, vt pręcognita sit Saluatoris nostri euangelica pdicatio, & christianę doctrinę sine pceptoribus vllis vis ipsa, quod credētes diuina quadā potentia

per obtemperatiam ceperit. Ait itaq Iesus: Messis quidem multa, operarii autem pauci.
C Sed cum viles quosdã & sordidos Celsus, publicanosq item & nauticos homines dixerit Iesu discipulos, etiã ad hoc respondebimus: videri hoc loco Celsum, vt Christi calumnietur doctrinã, sacris literis, vt libitum fuerit, fidem pstare: diuinitatẽ vero ex libris aperte denunciatã vbi minus admittit, euangelicis scriptis nil credere: cum necesse sit potiꝰ, qui plane internoscat quid veri qdam cõscripserint ex deteriorũ scriptis, vt potioribus credat. Est enĩ literis traditũ, Barnabam ipsum ac Paulũ perinde dissentientes ab inuicẽ discessisse. Hinc forte Celsus illud accepit vt diceret, dissolutos quosdã & improbissimos esse apostolos, & ĩ suos Iesum hos elegisse, q p eorũ nequitia omnẽ excederent impietatem: cum illud etiã in euãgelio Lucæ ad Iesum inquiat Petrus, Discede a me, qa homo peccator sum domine. Cũ vero Paulus ad Timotheum sic scribat, Et ego vltimus apl'us Iesu factus, & illud: Fidelis sermo, qa Iesus Christus venit in mũdũ vt peccatores saluos faceret, quorũ primus ego sum: nescio quo pacto nõ hęc animaduertit Celsus, vel forte oblitus est de Paulo aliqd dicere, qui post Iesum in Christo fundarat ecclesias. Sed idcirco iure id illũ pteriit, qa de eo vel illud erat dicendũ, queadmodũ fuisset dei ecclesiã insectatꝰ, & contra fideles acerbius cõtendisset, ita vt omni conatu adniteretur velle Christi discipulos trucidare: & demũ tãropere sit immutatus, vt ab Hierosolymis adusq Illyriã, euãgelicis dictis loca vniuersa repleuerit, & glorię duxerit euangeliũ sic prædicare, ne super alienũ fundamentũ ędificaret, sed ibi Christi euangeliũ diuulgare, vbi a principio nõdum esset vulgatũ. Cur igitur debet absurdum videri, cũ vellet Iesus hominũ generi patefacere qualẽ haberet animis ipsis medendi artẽ, si sordidos quosdã elegit & nequissimos homines, quos & eo puexerit magnitudinis, vt & vitę puriotis, & optimorũ morũ exemplo his essent, quos ad euãgeliũ pdicãdo duxissent?
D Qz si anteacta vita sit pœnitẽtibus exprobrãda, licebit & Phædonẽ illũ vel philosophãtẽ iam carpere: siquidẽ hũc (vt est historię proditum) a meritoria cella vbi vt prostitutus quæstum corpore factitaret, ad philosophiæ studia Socrates transtulisset: nec secus & Polemonis incontinentiam illam & luxum, quẽ vtiq Xenocrates ad philosophandum successorem acceperit, philosophiæ obiicere: cũ lõge potius id præstiti per eam officii sit admittendũ, qa rationibus persuadendo valuerit hominẽ tot malis, & his qdẽ tãdiu preoccupatũ eximere. Et apud Grecos qdem vnus fuit hic Phędon, & nescio vtrum huic fuerit alius quisq secũdus, & vnus Polemon, qui ab incõtinẽti & perdita vita mox immutati ad philosophiã se cõtulerũt. Apud Iesum vero nõ solũ duodeni illi, sed lõge plures istiusmodi extitere, q cũ essent continentium chorus effecti, de pristinis vitiis istiusmodi ploquuntur: Eramus enĩ & nos olim insensati, inobœdiẽtes, errãtes, seruiẽtes desideriis & voluptaribꝰ variis, in malitia & liuore degẽtes, & in alterutrum odio: vbi vero bonitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri dei, p lauacrũ regenerationis innouationis spiritꝰ, quẽ effudit in nos abũde, tales effecti sumꝰ. Misit enĩ deus verbum suũ, & sanauit eos ex corruptionibꝰ suis: queadmodũ qui in Psalmis vaticinatꝰ est, docuit. Addẽdũ ad hęc & Chrysippum in eo libro, quẽ de curãdis vitiis scripsit, vt in hominibus animi fręnaret affectꝰ, nihil pfiniendo quodnã veritatis sit dogma, pro variis niti sectarũ opinionibꝰ, vt his medeatur qui vitiis occupenť. Inquit enim. Etsi voluptas vitiorũ est finis, vel sic tamẽ illa curanda erũt: nec secus etsi tria bonorũ sint genera, animi, corporis, & facultatũ, nihilominus p ratione vitiorũ huiusmodi, & liberãdi sunt q his detinenť. Christianę vero religionis criminatores, nequaq vidẽt quot hominũ vitia, quot abũdantissimi fluxus qdam nequirię reprimanť, quot demũ agrestes & feri mores, p Christianã doctrinã hanc mansuescant: cui vel dici gratias ab his oporteret q de humana communione & mãsuetudine se plurimũ iactant, q noua quadã via, a prauis facinoribus homines ad meliora traducant. Nec secus oportuit vt huiꝰ nostræ doctrinę veritatẽ, quã ipsi prorsus ignorãt: & probarent, & plane testificarentur quãtum humano generi illa cõducat. Sed quoniam non ad peruicaciam, sed ad mãsuetudinẽ Iesus suos discipulos instruebat, hunc illos in modum cõmonefacit. Si enim vos in ciuitate hac persequenť, in aliam fugite: si in altera persequenť, rursum & in aliam, fugã capessite. Sic eos instituẽdo, exemplo his erat ad vitæ constantiam, quę nullo pacto instituat frustra & intẽpestiue aut temere adeunda esse pericula. Quod sane Celsus incusans calumniatur, cum Iudæum inducit ita dicentem: Tu quidem cũ tuis discipulis hac illac fugitas. Huic in Iesum & eius discipulos criminationi per simile illud dixerim esse, quod est memoriæ

de Aristotele proditū. Is nāq̄ cū aduersum se perinde ac impiū, futurū esset vt concitari iudices cōuenirēt, q̄a dogmata quędam eius philosophię induxerat, quę cōtra deorū cultū facere Atheuienses existimarent: ex Athenis secedens, Chalcidem se cōtulit, vbi & diu p̄mãsit. quo ex loco familiaribus & notis scribētibus cū respōderet: Ex Athenis (inquit) recessimus, ne causam demus Atheniensibus secundo scelus cōmittere, quale in Socratem cōmiserūt: neue cōtra philosophiam iterato
A impietatis coarguātur. Ait praeterea Celsus cū discipulis Iesum per luxū & lasciuiā cōgerēdo cibos circūuagatū. Velim tamen hic fatearur, vnde id luxus & lasciuię in cōgerēdis cibis de Iesu acceperit, cū ī euāgeliis legimus fœminas quasdā corpore olim affectas, & mirabiliter sanitati iā restitutas, ex earū fortunis victū discipulis suppeditasse. Verum qs vnq̄ philosophantiū, q̄ eo℞ incūberet vtilitati quos haberet familiaritate cōiūctos, nō ab his ipsis acceperit q̄ sibi necessaria forent? & hi qdē nō indecēter, sed iure id agere viderētur: Qd̄ sane cū Iesu discipuli fecerint, culpātur per Celsum, q̄ incōtinēter & per lasciuiā cōgerāt cibos. Affat deinceps Iesum hūc
B in modum Celsi Iudęus. Quinā erat necesse vitandi interitus gratia infantē te. adhuc in Aegyptū transferri? nō eñ deū decebat mortē vereri. At angelus de cęlo lapsus accessit, tibi iniūgēs ac tuis domesticis, vt fugā capesseres, ne tibi esset mors obeūda: seruare te aliter ibi vt propriū filiū magnus hic deus nequibat, qn ad te duos iā āgelos trāsmisisset? Putat aūt Celsus nihil inesse diuinitatis humano corpori qd̄ Iesus gestaret: sed tale id esse effectū, quale inducūt Homeri cōmētitię fabulę. Irridēs etiā quē in cruce Iesus effuderat sanguinē, ait nō cruorē illū fuisse qualis flueret beatioribus diis. Nos vero Iesu credentes de diuinitate q̄ sibi inesset dicēti: Ego sum via veritas & vita, & si quid huiusmodi aliud: & ea quę ī humano corpore loqueret: Nūc aūt q̄ritis me interficere hominē q̄ veritatē locutus sum vobis: humana simul & diuina natura cōpositū hūc affirmamus, oportuisseq̄ dicimus eū qui prospicere aliis vellet, vt in hominis speciem ad vitā hāc demigraret, nec temere mortis discrimen inuaderet: sed p̄ alumnos deduceret̄, q̄ essent ad rē oēm per angelū instituti, q̄ primū sic diceret, Ioseph fili Dauid ne timeas accipere Mariam vxorem tuam: qd̄ enim in ea natū est, ex spiritu sancto est: secūdo illud cōmonefaceret: Surge accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptū, & esto ibi vsq̄ dū dixero tibi: futurū est eñ vt quęrat Herodes puerum ad perdendū eū. Horū autē mihi nil quippiā qd̄ scriptū sit admiratione dignū videtur. Si quidē in vtrāuis scripturę parte angelus fertur Ioseph p̄ somniū obuersatus ista dixisse. Somniāti vero cuiq̄ demōstrari quae faciēda sint, vel aliis cōpluribus cōtigit. Cur igitur fuerit absurdū, qui semel homo effectus sit vel pro humano quodā instinctu vt declinaret discrimina: nō q̄a aliter id fieri nequisset, sed vt recta, & ordine suo p̄cederent, quae de Iesu agerētur salute? Er sane lōge melius fuerat vt puer Iesus Herodis insidias euitaret, & cū alumnis vna ī Aegyptū secederet, quo adusq̄ mortem subiret qui parasset insidias: q̄ prouidēriā, inquātū homini licuisset, q̄ de Iesu iā haberetur, interpellare: vel Plutonis cassidē vt sub eo lateret, illi imponere (vt fabulę ferūt) quē tollere omnino vellet Herodes, vel in eo tutādo istiusmodi aliqd machinari: vel haud secus affligere qui ad Iesu interitū cōcessissent, q̄ Sodomitaui illi sunt afflictati. Prēsidiū nāq̄ p̄cipuū illud & admirabile qd̄ p̄ deū mox poterat Iesu ipsi afferri nequāq̄ satis ei valebat, q̄ docere alios vellet ex deo diuinitatē fuisse se assecutū, & hominē esse: q̄ vtriq̄ & dei se esse p̄priū filiū p̄ferebat, deūq̄ verbū, & dei virtutem, q̄ dei sapientiā Christus vocitaret̄. E q̄bus autē constet post assumptā humanitatē Iesus, & cōpositus sit, haud quāq̄ est p̄sentis tēporis explicare: quā doquidem oboritura esset (vt ita dixerim) questio p̄pria q̄dā: & nil supuacua suo loco credēribus. Inquit pręterea Celsi Iudęus, perinde ac Gręcus aliquis studiosus, & Gręco℞ C
disciplina instructus: priscos olim Perseo fuisse & Amphioni Aeaco q̄ & Minoi diuinā sobolem impertitos: nec tamē his fidē ipsi p̄stitimus, dū facta q̄dā, cū magna, tū & miranda prę se isti tulerint, & q̄ haud dubie humanū modū excesserint: ita vt nec fides his detrahi posse videret̄: ipse vero quid facto gesseris vel verbo mirandū qd̄ nobis constaret nil p̄tulisti: tametsi in templo te ad id p̄uocantibus, vt significatione aliqua clariore & argumento, dei te filium patefaceres. Ad quod sic est respondendū: Velim equidem Gręci ostēdant vel in parte per istos quos meminerunt rem aliquā gestā praeclaram & celebrem, quę vel ad posteros tendat, & tanti sit, vt fabulae astruant fidē narrāti a deo℞ hos semine p̄ddiisse: sed nihil ostendēt: & sane nec paruo q̄ dē interuallo isto℞ de q̄bus isti scripserūt res gestę inferiores esse constabunt, q̄ eā fuerint

quę p se gesserit Iesus & cōfirmauerit. Qꝫ si
forte ad fabulas nos traduxerint Greci vł eo
rum historias,nolintq̄ his temere nos fidem
pręberе: ipsi vero nostris etsi apertiores sint,
nil penitus credāt:illud plane asseuerauerim
Iesu opera vbiq̄ terrarum innotuisse morta-
libus,seu qbusuis locis, vbi dei inhabitēt per
Iesum ecclesiæ,& hominū in Christi fide cō-
uentus:quos vt multoꝝ,ita & prauorū faci-
norū pœnituerit. Accedit etiā ꝙ Iesu id no-
mē,& mētes hominū emotas sistit, dæmones
propellit & morbos:ingerit & mirabilē quā-
dam humilitatē, & animi habitū facit remis
siorē:affert & humanitatē,bonitatē,mansue
tudinē,his pręcipue,qui neq̄ bonorū pręsen
tiū gratia,nec ob humanā aliam quāpiam ne
cessitudinem quicq̄ dissimulāt: sed toto ani-
mo capiūt q̄ de deo & Christo,& futuro iu-
D dicio prędicanē.Post hæc Celsus nescio quo
pacto suspectās quę per Iesum gesta fuisse de-
mōstrantur, magnitudine quadā præstare,
ex quibus,etsi q̄plurima sint,perpauca dixi-
mus:simulat vt vera ista se cōcessurum quæ
literis tradita sunt:quemadmodū.s.ille mul-
toꝝ curauerit valetudinē,& mortuos excita
rit:vel ꝙ paucis panibus,quorū vel reliquiæ
superfuissent vberiores,ad satietatem aluerit
multos:vel alia pleraq̄ p discipulos mirabili
ter edita,quę & nosse se arbitratur.Quinetiā
& illa adiecit:Age,credamus & ista gessisse:
moxq̄ hęc ipsa cū magorū operib⁹ cōfert, &
his cōmunia facit,vt q se mirabiliora factu-
ros polliceātur.Nec secus Iesum fecisse mira
quędā affirmat,atq̄ hi solent q ab Aegyptiis
ipsis ediscunt,q̄ illi foro in medio factitarent
& perpaucoꝝ obolorum precio grauem eoꝝ
traderēt disciplinā:abigerentq̄ a corporibus
dęmones,& morbos pellerent, reuocarētq̄
ad superos heroū animas: cœnasq̄ lautiores
& mensas,libaq̄ & ciborum condimenta pręe
ferrēt insolita: mētirēturq̄ & beluarū motū
quę in vero minus cōstarent: & alioquin hu
iusmodi viderētur,& visum præstigiis falle-
rēt.Cum itaq̄,inquit, hæc faciāt illi,nū erit
necesse dei hos filios ducere?vel nō poti⁹ ar-
tes quasdam quę gesserint nuncupare homi
nū sane perditorum & infeliciū? Vides ne vt
ex his fere magicam astruat Celsus?Nec sane
intelligo vtrū hic ille fuerit, qui ipsam hanc
impugnādo q̄ multos cōscripserit libros:ve-
rūtamen quia probare videtur quę ante pro
posuit,magicis comparat rebus quæ de Iesu
scribūtur.Et essent forsitā comparanda, si vt
magici solent,pręstigiis ille quę gesserit prę-
cēdisset:nunc vero magorū nemo per ea quę
facit ad morum immutationē spectatores in
uitat,nec eos deum vt vereanē instituit, qui
eius spectacula demirentur: nec nititur qui-
dem his ita vt viuant persuadere, qui spectā
do assistūt, vt iustū a deo iudicium sint pro
meritis relaturi.Ergo nil horū effecerint, qa
nequeūt,magicę artis sectatores,vel forte no
lunt quæ homines moderantur &,corrigūnt
exercere:vt qui haud secus ac cæteri sint fœ-
dissimis ac sordidissimis facinoribus obuolu
ti:At Iesus ex rebus ipsis mirandis quæ facti E
taret ad morū castigationem omnibus inui-
tatis q eius facta intuerentur:quo pacto non
erit existimādus nō modo suis discipulis,sed
& mortalib⁹ cæteris optimæ vitę exemplum
exhibuisse?ita vt discipuli ipsi ad homines p
dei arbitrio edocendos incitarentur: & cæte
ri omnes vbi ex Iesu cum dictis,tū moribus,
tum mirabilib⁹ factis , quemadmodum esset
vita ducenda perdidicissent:æque omnia fa-
cerent,omnipotenti deo vt gererēt morem.
Qꝫ si Iesu vita erat huiusmodi, cur quispiā
hūc cum magicis hisce nefanda patrantibus
iure cōtulerit?& non potius secundum diui
nam illam promissionem Deum esse credide-
rit,qui & in humano visus sit corpore,vt ge
neri nostro conduceret? Deinde confundens F
Celsus sermonem,hęretica quędam dicta ve
luti ad communem Christianorum crimina
tionem inducens,sic inquit. Nō enim dei est
corp⁹ quale tuū hoc est.Nos vero ad hæc sic
respōdemus:Corpus quidem hunc accepisse
humanū,vt a fœmina genitum , vbi ad vitā
hāc demigrauit,& mortis humanę suscepti-
bile.Quocirca fatemur & inter cętera,huma
ni hui⁹ suscepti corporis gratia acerrimum
effectum esse hūc certatorē,fuisseq̄ & in cū-
ctis vt cęteros homines pertentatum, nec ta
men mortalium more,vt peccato obnoxium
sed cuiusuis criminis prorsus expertem.No-
bis enim iam liquido patet,ꝙ nihil commise
rit,nec inuētus sit dolus in ore eius,nec pec-
catum cognouerit:& quemadmodum vt pu
riorem hūc tradiderit deus pro omnib⁹ qui
deliquissent,satis est cognitum. Infert dein- G
ceps hęc Celsus. Nō em̄ fuerit id dei corpus
qd ita sit vt ipse fuisti o Iesu proseminatum.
Suspexit tamē ꝙ si quemadmodū scriptū est
ille est genitus, posse & eius id corpus p di-
uino apud multos haberi vel ex certioribus
argumentis,quib⁹ dei id esse corpus consta-
ret.Sed nullam his Celsus adhibet fidē quæ
de Iesu ex spiritu sancto cōceptione scribun-
tur,eoq̄ & illud intulisse videtur.Non enim
fieri potest vt dei sit corpus qd ita fuerit pr̨

A seminatū, vtí ipse fuisti. Sed de his satis. Affirmat preterea diuina hmōi corpora nec ali cibo, queadmodum posse se dicit ex euangelicis scriptis ostendere Iesu corpus & cibo nutritum, & quibus vesci sit solitū. Sed esto, dixerit Iesum cū discipulis pascha fecisse: nec solū illud eē pſatū, Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscū, sed cū his vna esitasse: dicat insup vel sitibundū ad Iacob fontē bibisse: sed parua quedā hec fuerint, si cū his q̄ de Iesu corpore nos ipsi fatemur, iā cōferantur. Liquet eñ vbi iā resurrexit, in esum piscē cepisse: nimirū q corpus ex fœmina genitū nostro
B huic simile desumpsisset. Sed dicet Celsus: nō eñ humana hac voce vteē diuinū aliqđ corpus, neq̧ pſuasionib⁹ niteē hmōi. Sed hec qui dē parui momēti sunt dicta, & admodū contemnēda. Poterit uāq; huic rñderi, vel Pythiū illū Apollinē, q apud grecos crediē Deus, vel Didymeū voce hac vsos, qua vsa sit & Pythia vates, siue q̄ Mileti vaticinata est: haud tñ idcirco vel Pythius ille p grecos diuinitatis expers arguiē, vel alius quispiam græcorū deus q aliquo vno in loco pſideat. Erat aūt hoc lōge rectius, vt verus deus voce hac vtereē, quę vi sua quadā efficeret, vt pronūciando ineffa
C bilē in modū auditoribus suaderet. Deinceps Iesu ipsi cōuitiatus, ad hoiem inqr Celsus illud spectare, q & deo fuerit infensus, & impro bus magicę artis sectator: cū ipe potius ob ei⁹ impietatem, & prauas opiniones sit deo infensior: tametsi vel noīa ipsa & res vti se habēt si ingranē: nec dari qdę poterit homo quē oderit deus, q̄nquidē amet ille q̄ sunt vniuersa, & nihil respuat eoꝝ quę fecerit. Nō eñ quippiā cōdidisset qđ ipse haberet inuisum. Q; si prophetica dicta nōnulla illud prætendāt, odisse deū q̄ fecerit: explicaē tñ p alios cur illud prętenderint: nā & sacræ literę frequēter de Deo ita loquunē, p̄inde atq; obnoxius sit humanis
D affectib⁹. Sed qđ erit huic rñdēdū, q ī his suis demōstratiuis (vt ipe affirmat) & veris sermo nib⁹ arbitreē vtēdū esse cōuitiis & maledictis perinde acsi cōtra Iesum is agat vt magū aliquē & perditū hominē: qđ sane nō argumentū est rem demonstrātis, sed imperiti & insulsi hois vitium id patiētis. Pōt uāq; qui de re aliqua differit, placide illam inuestigare, & scrutari p virib⁹, & edicere quę hāc subsequūtur. Sed cū in his desinat Iesum alloqui apud Celsum Iudęus, & nos itē primo quē ad hūc scribimus libro, finē iam facim⁹: ne & ipsi hui⁹ dicacitatem imitādo dum meras ineptias refutamus, longiores forte q̄ dicēdi ars postulat, simus. Deo autē veritatē probante, quę falsos perdat, pro prophetica optione illa, Sermones disperde illos dñe, secundo facturi libro initiū sumus, quo & secūdam Celsi refutabimus fictionem: in qua Iudęus inducitur alloquēs in Iesum credentes, quę deinceps sequuntur.

LIBER SECVNDVS.

PLACEAT Secundū hūc primo & superiori libro subiungere: quo Celsi dictis respōdimus, q̄ ille Veri sermonis titulo annotarat. Nā vbi satis scribēdo cōplexi in eo sumus E
quę necessaria videbātur, ad eū vsq; locū pdu xim⁹ quo Celsus ipse Iudęū cōfinxerat Iesum dñm alloquentem: ad eas deinceps calumnias responsuri, quas ille Iudaico populo in Christum credenti est obiecturus. Et illud equidē in primis exegerim, Cur Celsus q semel confictas personas in animū induxit producere, nō in pręsentia & Iudęū cōmētus est, qui ex gentibus fideles appellet: sed eos duntaxat impugnet, q ex Iudæis Christianā sint fidē sectati. Sic forte pſuadendi vim maximā viderentur habere, q̄ ipe cōscriberet. Verū qui cūcta scire se pſiteē, quę essent Iudęo vt diceret cōsentanea, haudquaq̄ pspexit. Cuiusmodi igiē Celsi Iudęus ad eos edisserat qui ex Iudęis credide rāt, noscēda iā sunt. Ait. n. relictis hos patriis F
legib⁹ p Iesum illectos, ridicule admodū fuisse illusos, & vltro ī nūcupationē aliā cōcessisse, & aliā vitā: cū min⁹ intelligat, Iudęos q Iesum fide & credulitate susceperant, nil patriā legē deseruisse, quippe q secundū hāc viuerēe, & ex legis hui⁹ paupertate denominenē. Apud Iudęos uāq; Ebiō paup diciē, & Ebionei vtiq; nuncupanē, q ex Iudęis Iesum vt Christū admiserant. Et Petrus qdē videē Iudaicos iuxta Moysen rit⁹ seruasse, vt qui nōdū a Iesu pdidicisset a legis litera ad spūs legē transcēdere vti Apostolorū ex actis didicim⁹: postera autē die iter illis faciētib⁹, & appropinquātibus ciuitati, ascēdit Petrus in superiora vt oraret circa horam sextā, & cū esuriret voluit gusta re: parātibus aūt eis, cecidit sup eū mentis excessus, & vidit cælum apertū, & descēdēs vas quoddā velut linteū magnū quatuor initiis summitti de cęlo ī terrā, in quo erāt oīa quadrupedia, & serpētia terrę, & volatilia cæli: & facta est vox ad eum, surge Petre & occide & mādu ca: tū ille, absit dñe, quia nunq̄ manducaui omne cōmune & immundū. Et vox iterū secundo ad eū: qđ Deus purificauit, tu cōmune ne dixeris, hoc est īquinatū. Aduerte itaq; queadmodū ex dictis hisce Iudaicos pferant ritus: si qdē Petrus q mūda essent, atq; imun

da,adhuc obſeruaret.Quinetiã ex inſequenti
bus demõſtrat,viſione ipſum indiguiſſe, qua
moneret vt Cornelio q̃ ſcd̃m carnem Iſraeli-
ta nõ eſſet,& his q̃ cũ eo vna verſarent, fidei
verba cõmunicaret:vt q̃ vel ad id tẽporis Iu-
dęus exiſteret,& p̃ Iudaicis traditionib9,con-
tẽptis cęteris q̃ extra Iudæorum̃ eſſent religionẽ
iã viueret.Nec ſec9 & Paulus ĩ ea quã ad Ga-
latas cõſcripſit epiſtola,id patefacit:prius em̃
q̃ venirẽt quidã ab Iacobo,cũ gentib9 edebat:
cũ aũt veniſſent,ſubtrahebat,& ſegregabat ſe
timẽs eos qui ex circuncĩſione erãt:& ſimula-
tioni eius cõſenſerũt cæteri Iudęi:ita vt Bar-
nabas duceret ab eis in eã ſimulationẽ:& erat
ſane id cõſentaneũ,vt q̃ ad circũciſionẽ eſſent
tranſmiſſi, ne a Iudaicis deſciſcerent ritibus:
ſiqdẽ qui columnę eſſe videbant dexterã Pau
lo dediſſent & Barnabę ſocietatis,vt ipſi ĩ cir
cũciſionẽ abirẽt,hi vero gẽtibus p̃dicarẽt.Sed
qd dixerim,q̃ circũciſis p̃dicãdi id mun9 ſuſce
perãt, a gẽtibus ſe ſubtraxiſſe: cũ Paulus ipſe
Iudęis ſit Iudęus effectus vt hos lucrifaceret?
quocirca vt ĩ ipſis Ap̃lorum̃ actis eſt ſcriptũ tradi-
tũ:& oblationem ad altare eis offerebat,vt Iu
dęis pſuaderet a lege ſe nil deſciuiſſe. Qꝫ ſi te
nuiſſet hęc oĩa Celſus, nũq̃ p̃fecto Iudęũ itro
duxiſſet,Iudęos fideles hm̃õi alloquẽtẽ. Quo
em̃ malo exagitati o ciues patriã legẽ deſerui
ſtis,& ab eo cũ quo nup̃ diſceptabamus illecti
ridicule a deo eſtis iã circumuẽti,a nobiſq; vl
tro abalienati,ĩ aliã quãdã denoĩationẽ,& vi-
G tã aliã cõceſſiſtis? Verũ vbi ſemel ad Petri mẽ
tionẽ deuenim9,& eorum̃ q̃ in circũciſiõe Chri-
ſtianã religionẽ docerẽt:haud ſane abſurdum
fore iã duximus,vel Ieſu dicta nõnulla p̃ eorum̃
interp̃tatiõe in Euãgelio Ioãnis p̃ferre. Scri-
ptũ eſt em̃ Ieſum ita p̃fatũ. Adhuc multa ha
beo vobis loqui, ſed non poteſtis portare mo
do:cũ aũt venerit ille ſpũs veritatis, deducet
vos in omnẽ veritatẽ.Nõ em̃ loquet a ſemet-
ipſo,ſed q̃cũq; audiet loquet.Et quęrim9 quę-
nã eſſent hęc m̃lta, q̃ Ieſus haberet ſuis diſci-
pulis dicere,& illi haudquaq̃ poſſent tũc fer-
re:& dixerim equidem, nõ illud Ieſus Apoſto
lis,tanq̃ Iudæis Moſaicę legi ſecũdũ literã aſ-
ſuetis & alitis,qđ diceret habuit:quęnã ſcili-
cet vera lex eſſet,& quorum̃ cęleſtiũ vel demon-
ſtratione,vel vmbra Iudæorum̃ cultus p̃ficeret?
aut quorũnã futurorũ bonorum̃ vmbrã lex ipſa
cõplecteret,q̃ de eſcis & potu,ſolẽnitatibuſq;,
calẽdis inſup̃ & ſabbatis ipſis caueret?Et fuiſ-
ſent hęc ſane q̃multa quæ haberet hic dicere.
Sed cũ p̃ſpiceret graue admodũ eſſe ex morta
liũ animis dogmata quędã, & opiniones erue
re:q̃ p̃pemodũ & his eſſent ĩgenita, & vſq; ad
virilẽ coaluiſſent ſimul ætatẽ, ita vt pſuaſum
iã habeãt diuina hęc eſſe, & ab iis ipſis diſce-
dere impiũ fore,& eadẽ hæc ex excellẽti illa ſe
cũdũ Chriſtũ,hoc eſt veritatis cognitione ar
guere nullius eſſe momẽti,ſed damnoſa & in-
utilia,id ipſumq; auditorib9 pſuaderi: ĩ aliud
qdẽ & cõmodi9 tẽpus ſeruauit,hoc eſt vbi &
paſſus eſſet & reſurrexit.Fuiſſet em̃ haud du
bie nec opportune pręſtitũ his auxiliũ,qui nõ
plicemus.Et ſi oēs homines(inqt)Chriſtia-
nos eſſe ſe malint,haudquaq̄ ęquo id animo
tulerint.qđ vtiq; falſum eſſe, illud coarguit,
ꝙ nil ꝓorſus negligāt,quātũ in ſe eſt,Chri-
ſtiani,quo min⁹ vbiq; terrarũ,cũ verbũ,tum
vero doctrina diſſemineт̄,& ita vt pleriq; ope
ręprecium ducāt nō modo ciuitates & vrbes
adire,ſed oppida,vicoſq;,& cōciliabula,vt ali
os reddāt veri dei cultores.Nec dixerit aliqs
opum aſſequēdarũ gratia eos id agere,nimi-
rum qui pleriq; ne ad victũ quidem neceſſa-
ria capiāt: & ſi forte aliquid pręter rerũ inopia

capere quandoq; coguntur,ſola ſunt neceſſi
tate contenti: tametſi peruelint ꝑmulti his
ipſis ſua cōmunicare,& ea cōferre quæ vitæ
neceſſitatē excedant.Nunc vero cum ingens
hominũ multitudo ad Chriſtianā doctrinā
acceſſerit,& prædiuites qdā, & ex his aliqui
qui geſſerint magiſtratus,& matronæ inſuꝑ
opulētę & nobiles, Chriſtianę huius diſcipli
nę excipiant ſectatores:audebit ne aliqs glo-
rię cupiditate hos illoſve affirmare Chriſtia
nę religionis antiſtites fieri?Nec in huius q-
dem primordiis,cũ ingens his diſcrimen im
penderet,& ipſis pręcipue inſtructoribus,iu-
re quis poterat id ſuſpicari:& nũc qdem glo
rię contēptus longe pluris apud cæteros du
citur,q̄ eorum ſit gloria,qui dignitate pares
exiſtimant̄,cũ tamen is honos non omnibus
deferatur.Erit igitur id mendaciſſimũ quod G
Celſus intulerat:vel ſi omnes hoīes Chriſtia
nā religionē appeterent,hos tamē qui in præ
ſentia ſunt Chriſtiani id minime cupe. Cui⁹
rei aduerte qđ eſſe aſſerat argumētũ.Nā ini-
tio,inquit,perpauci erāt,& vnũ inter ſe ſen-
tiebant:at vbi in multitudinē euaſere,diſꝑ
ſi iterũ atq; iterũ ab inuicē abſcinduntur, &
factiones priuatas habere ſinguli volunt, qđ
vt facerēt a principio erat neceſſe.Q; autem
cōparatione inſequentis in poſterũ multitu-
dinis Chriſtiani perpauci eēnt tum primum
cũ Ieſu doctrinā exciperēt,ꝑſpicuũ eſt:tam
etſi nec ea omnino paucitate fuiſſent.ſiquidē
qđ & Ieſu feciſſet inuidiā,& Iudæos vt huic
molirentur inſidias concitarit, vis illa homi
num fuit & copia,qui eum ſunt in deſertum
ſecuti:quandoquidē ad hominũ quinq; milia
vel vt min⁹ dixerim,milia quatuor,Ieſũ do-
minum ſequebātur,fœminarũ numero dem-
pto & puerorũ. Nā tātus inerat Ieſu ſermo-
nibus lepos,& alliciendi vis quędam, vt non
modo viri hunc ſequerētur vel in eremũ ab
euntem,ſed fœmellæ,quas nec muliebris in-
firmitas moraret̄,neq; innatę fragilitatis pu
deret,nec verecundia vlla vel pudor retraxe
rit,ꝙ pręceptorē ſequi in erēmũ viderentur:
& pueri item cuiuſuis labis experres,ſiue ge-
nitores ſectati,ſiue Ieſu diuinitate ducti , vt
& his ſanctitas īſpergeret̄,parētib⁹ Ieſum ſe
quētibus inhęſerũt.Sed eſto,fuerint illi ini-
tio pauci:quid tamen id ad eam rem fecerit,
quam pauloante intulerat,non æquo animo
Chriſtianos laturos,ſi Ieſu doctrina vniuer-
ſis ſuaderet̄ mortalib⁹?Dixit ꝑterea & vnum H
om̄es tunc primũ ſenſiſſe,at vbi in multitu-
dinem euaſerunt diuerſa:cũ nihil interea vel
ea in re animũ ipſe intendat, quandoquidem

varie vel a pricipio de his senserit Christiani, quę libris quos sacros nuncupát tradita sunt. Quin & Aplis pdicátib⁹, & Iesu qué ipsi spectassent doctrina alios instruétib⁹, non parua inter eos q ex Iudæis crediderát oborta qstio est de gétib⁹ ipisq ad christianā religionē cōcederēt: vtrū his essent iudaici ritus seruádi, an de mūdis & immūdiorib⁹ escis p eos esset vt nimis graue qd iudaice caueret, tollēdū, qui relicta patria ex gētili cōsuetudine in Iesum tunc crederent. Nec secus & in Epistolis Pauli, qui eorū tépore fuit q Iesum vidissent, dicta quęda reperiūtur a nōnullis perinde pro lata ac de resurrectiōe quęrētibus, & vtrū illa facta iā sit, & de die dñi, vtrum instet an minime. Nec secus & illud qd Paulus Timotheo iniungit hoc modo: Deuitans pphanas vocū nouitates & oppositiōes falsi nois sciētię, quā quidā pmittentes, circa fidem exciderūt: plane designat vel tū primū varias fuisse opiniones, cū nōdū vt Celsus existimat, pmulti essent qui crederent. Proinde Christi doctrinam hic carpēs, Christianoꝝ nobis hæreses exprobrā-
A do sic inqt. Vbi vero in multitudinē excreuerūt: & iterato dispersi sunt, & discissi ab inuicē, & factiōes singuli habere priuatas volūt. & illud sic infert. Et prę multitudine rursum ītet se dissidētes seipsos coarguūt, nomē dūtaxat, vt ita dixerim, cōmune sortiti, si mō cōmune id faciūt, & illud tū relinquere pudet: cætera vero aliter alii atq alii sortiunt. Ad hęc illud dicturi nos sum⁹, nulla vnq ex re cui⁹ principiū nō elegās fuerit, vel vitę cōducerit, hæreses varias pdiisse. Cū.n. medendi ars perutilis humano generi sit, & admodum necessaria: & multa in ea qrant de modo, qualis sit curādis corporibus adhibendus: idcirco & opiniones varię apud gręcos, & plauę ea in arte obortæ, & plurimę qdē reperiūtur: vel apud Barbaros ipsos vt arbitror, q arte hac ipsa vti se pfitētur. Quinetiā & I phia q de se & veritatē subsistētiū rerū pmittit & notionem, & quéadmodū viuēdū sit suggerit: & his nititur nos instituere, q nostro generi prodesse queant: magni profecto momēti sunt q a multis qrunt. Vnde & sectas cōplures in phia fuisse sat constat: quarū quędā insignes sunt & pręstantes, quędā vero nequaq his similes. Quin & Iudęi hęresum causam habuere Moysi scripta, & dicta prophetica, quę vario captu ab his legerētur. Sic igit quandoquidē elegans & pcipuū aliqd esse mortalib⁹ visa est christiana religio: non modo ad Celsi opinionē seruiles qdā & iperiti, sed Gręcoꝝ plerią eloquētię deditī & peritissimi viri necessario hanc subiere: nec tū per seditiouē & cōtentiosas hęreses, sed quia philosophi fere oēs studerēt vt earū rerū cognitionē assequerentur, quibus christiana religio niteret. Vnde & subsecutū est, vt cū oēs diuinā hanc esse disciplinā admitterent, hęreses & sectę oborirent: quæ ab his & nomē sibi desumerēt, qui eius quidem doctrinæ principiū de mirari, vtcūq postmodū vt ab inuicē dissentirēt, suasionib⁹ qbusdā inducebātur. Sed nec medicinę artē qs iure defugerit, quia opiniones in se varias habeat: neq philosophiam is auersabit qui qd decoꝝ est cōtéplet: qa suß di uersarū sectarū ptextu affirmet se hāc auersari. Sic item nec ex Iudæoꝝ opinationibus varie sentientiū, dānanda sunt sacra Moysi scripta & pphetarū. Q̄ si hęc ita se subsequūtur: cur eadē nos ratione christianorū hæreses nō excusabimus? de qbus Paulus mirifice dixisse videt, cū inqt. Oportet autē & hęreses esse, vt qui pbati sunt manifesti fiāt in vobis. Vt eñ in medicina ille pbatior erit, q vbi ī disceptatiōnib⁹ variis fuerit exercitatus, & maiorē in parte multoꝝ opiniones discusserit, pstātiorē mox eligat cōsectādā: q ī philosophia, cū multarū rerū cognitiōe pfecerit plurimum, tum quia is plus aliqd impēderit studii, ita vt potiorib⁹ dictis inhæreat: Sic & hūc equidem sapiētissimū dixerim q christianæ & iudaicæ religionis hęreses & sectas peruiderit. Qui vero christianā doctrinā idcirco incuset quia hæreses habeat: necesse est vt & Socratis coarguat disciplinā: cuius ex schola & alioꝝ plæraꝝ p prodierint nō eadē sentientiū sectę. Nec secus & Platonis insimulaturus est aliqs dogmata: qa Aristoteles noua quędā ex ea adinuenerit: vbi huius ex literario ludo discesserat: de quo etiā supra meminimus. Videt autē Celsus hæresum aliarū habuisse cognitio- B nē, q nec Iesu nomē nobis cōmunicatēt. Forte eñ ad eū delata ē hæresis quæ Ophianorū quorūdā & Cainanorum est dicta, vel alia huiusmodi quędā quę ex Olorū schola profluxerit, & pro Iesu sentētia falso afferta fetatur: cū illud tamē nil fecerit, vt incusanda idcirco sit christiana doctrina. Deinde sic Celsus. Eo aurem istorū cōuentū maiorē in modū, vt parui C momēti nos demiramur, quo nulla re dignior cōstare arguit: sed factiones & quicquid ex his vtilitatis obuenerit, & externū timorem pro re pcipua ducūt. Hæc uāq his fidē stabiliūt. Vel ad id quidē sic respōdebim⁹. Adeo aūt ex re aliqua vel diuina potius operatione cōuētū nostrū cōstare hūc dixerim, vt huius pricipiū sit & in pphetis auctor deus, q hoies doceat Christi aduentū sperare, q mortalibus

sit allaturus salutẽ: & quãtũ noster iste cõuen
tus in vero nil põt coargui, etsi ab ĩpiis coar-
guatur, tantũ christiana doctrina, vt per deũ
iã tradita, cõfirmat & inualescit: & Iesus qui-
dẽ vel anteq̃ carnẽ susciperet, vel post carnem
susceptã, dei filiꝰ demõstrat. Quin & illud as-
seueranerim, queadmodũ vbi hõ hic redditus
est, ab his q aĩe oculis vt perspicaciores pluri-
mũ valent, deo dignissimus inuenit, & a deo
plane cõpertus ad nos descẽdisse, nec ex huma
na sapiẽtia habuisse pricipiũ, vel eo quę prici
piũ id subsequũtur: sed ex dei apparitiõe mul
tiplici sapiẽtia quadã, & virtutibꝰ variis, Iu-
dęorꝫ primo, & Christiauorꝫ deiceps cõfirmã
tis religionẽ. Ostẽdimus itaq̃ quas Celsus di-
xerat factiones, & quæ ex his cõmoda seque-
rẽtur, ei fuisse pricipiũ, q sua doctrina tot ho
mines ad se cõuertisset, effecissetq̃ etiã melio-
D res. Q2 aũt nec externo timore vllo teneatur
noster iste cõuẽtꝰ: ex eo liquet, ꝙ vel deo pla-
citũ est vt formido illa cessarit iãdiu, q̃ diue-
xare nos videbat: & ęque futurũ sit vt ĩ poste
rũ cesset, fidelibꝰ ipsis nihil huic vitę verenti
bus. Sed qbusuis modis christianæ doctrinæ
& nõis detractores, nostri tã diuturni status
& in tanta fideliũ multitudine, causam forte
existimauerint: quia nõ a principibꝰ impugne
mur vt olim: ipsi tñ a Iesu verbo didicimus,
nec in pace resolui, & quieti nos dedere, nec
cũ oppugnamur a mundo, deficere, nec a Dei
oĩpotẽtis ĩ Christo Iesu desciscere charitate.
Atqui liquido nostri principii magnitudinẽ
patefacimus, nõ vt Celsus existimat, occulta
mus: vbi recẽs ad religionem inductis, & ido-
lorũ cõtẽptũ & simulacrorũ ingessimus, & il-
lorũ pręterea mẽtẽ a creatarũ rerũ cultura, cũ
deũ colere debeãt, ad eũ erigimus qui condi-
dit vniuersa, & hũc sedulo demõstramus quẽ
prophetę vẽturũ ꝓdixerit: & euãgelica dicta
& Aplorꝫ voces ꝓferẽdo accuratiꝰ his aperi-
mus, q prudẽter audire hęc quiuerint. Verũ
quanã ipsi formidine cõtrahamur, vt Celsus
nil euidẽtius scribit, q velit ostendat: ni forte
formidolosum illud cõfingi, & eiꝰ teneri nos
formidine dixerit, qđ de futuro dei iudicio
cõmemoremꝰ, queadmodũ hoĩes sint de his
quę gesserint ꝑ hũc iudicãdi. Et id sane varie
cõfirmamus cũ sacris ex literis, tũ decenti ali-
qua ratione: quippe quibus amica sit veritas.
E Subiũgit demũ hęc Celsus. Nõ eñ vel isti po
terũt, vel ipse ego, vel mortaliũ alius quispiã,
ea de re aliquid definite, ꝙ iniqui sint crucia-
tu afficiendi, & præmiis iustiores dignandi.
Quos igit metus cõmẽti nos sumus vt hoĩes
cõtrahamus, si futuri cruciatus rationẽ & de-
creta sustuleris! Enimuero cũ inquiat etiã ve-
teris dicti falsas auditiones nõnullas nos fin-
gere, & hoĩes istis ꝓoccupatos istruere: nec se
cus ac solẽt q ꝑ Corybãtes aris circũagũtur:
ad hęc sic respõdebimus. Quas eñ veteris di-
cti inanes auditiones hic refert! siue.n. priscis
illis gręcorꝫ dictis hęc inquiat, subterranea q̃-
dã iudicii loca esse docentiũ, siue de iudaicis
ipsis iudicii iãptidẽ denũciatis, & eo ꝓsertim
qđ de vita illa post hãc oĩno futura prędicit:
nequaq̃ poterit vllis aliq̃ñ argumẽtis ostẽde-
re, vanis qbusdã auditionibus veritate omissa
nos inuersari, & ad decreta huiusmodi viue-
re, quicunq̃ nõ temere sed ratiõe nitimur ad
fidẽ accedere. Quæ vero nostræ fidei sunt, cũ F
Aegyptiorꝫ rebꝰ cõferre vult Celsus: quos ad
eunti ꝑmagnifica tẽpla & lucus propylęorũq̃
moles & ornamẽta mox offerunt: delubra in-
sup admirãda, tabernaculis obducta supbiori
bus, deorũq̃ supstitiosissimi cultus. Vbi vero
ad penetralia ipsa puẽtũ est, Crocodilũ, canẽ,
hircũ, vel simiã, & hmõi alia adorari mox qs
cõspicabit. Qui igit poterunt isti ægyptiorũ
oblati primo aspectu adeuntibꝰ permagnifici
apparatus, cũ nostris rebꝰ cõferri! Aut quota
erit ista ꝓportio, si post ingẽtia illa propylęa,
in templorꝫ penitissimis locis, brutis his ani-
mãtibus diuini deferant honores! Nũ ꝓphe-
tias ipsas, & deũ oĩm cõditorẽ, & quę vana si-
mulacra ista oppugnãt & perdũt, cũ his duxe
ris cõparãda, q̃ vtiq̃ tãti apud te fiunt! Iesum
vero cruci affixũ, cũ aĩali ratiõis experte & qđ
adorãt ægyptii, cõferẽdũ! Q2 si id affirmaue-
rit Celsus: nõ eñ id ꝓter aliud, vbi nostris il-
le occurret, dicturum existimo: sat illa fuerint
ad hũc refellẽdũ, q̃ nobis superius sunt in eo-
rũ cõfirmationẽ iã explicata, q̃ Iesum attinge
rẽt: queadmodũ quæ illi humanitus accidisse
sunt visa, vniuerso mũdo cõtulerit plurimũ,
& salutaria fuerint. Proinde & ea quæ gloriæ
ducũt ægyptii, & quæ de brutis meminimus
animantibꝰ, quęve illi siue dei pręferre signũ
affirment, siue vtcunq̃ istorum vatibus vati-
cinãdo appellare collibuit: imaginationem ait
quandam immittere se perdiscentibus, nil esse
hos frustra initiatos: quæ vero nostræ sunt
disciplinæ, eius virtute, quod Paulus donum
appellat, per spiritũ in sapientię verbo cũ con
stent: & in eo qđ secundũ spiritũ est scientiæ
verbo in Christiana doctrina peritiores effi-
ciãt, haudquaq̃ imaginatus fuisse Celsus vi-
detur. Qđ vtiq̃ nõ modo ex his intelligi po-
test: sed ex insequẽtibus ipsis, quę Christiano-
rũ ecclesiã criminando subiecit, cũ inquit. Hi
eñ ab ea quam credũt & prędicãt disciplina,

oém abigũt sapiẽtẽ, stultis dũtaxat & seruilibus cõuocatis: de qbus cũ opportunũ fuerit,
A & se loc⁹ obtulerit, dicturi sum⁹. Subiĝit & ægyptios nos irridere, tametsi ænigmata nil vana & multa exhibeant: ſiqdẽ Ideis qbusdam æternis, nõ animãtib⁹ ad diẽ victuris, edocẽt ista i honorẽ deferri. Christianos vere isanos affirmat, & stultitiæ arguit: veluti q̃ I Iesu rerũ gestarũ narratiõe nihil induxerit, qđ ægyptiorũ sit canib⁹ vel hircis pstanti⁹. Sed heus o elegans tu & strenue vir, illud ergo collaudas & verbis extollis, q̃ supuacua qdã ęnigmata pducãt ægyptii, & obscura pmulta de suis animãtib⁹ narrẽt. Et sane indecenter id agis, qñ in eo nos plane coarguis vt certior factus & psuasus, nos demũ nihil afferre nisi q̃ vanioa sint, & nulli⁹ momẽti: cũ pro verbi sapientia de Iesu permulta illis insinuamus, quos in Christiana religiõe pfectiores esse cõperimus, de qbus apud eos q audire hui⁹ religionis sapiẽtiã possunt, sic docẽs Paulus differit. Sapiẽtiã aũt loqmur ĩ pfectis, sapiẽtiã vero nõ huius seculi nec pricipũ hui⁹ mũdi q̃ destruunt: sed loqmur dei sapiẽtiã in mysterio qđ abscõditũ ẽ: qđ pdestinauit de⁹ ante secula, ad gloriã nostrã: quã nemo princeps mũdi hui⁹ cognouit. Vel eundẽ in modũ, q̃ cũ Celso senserit, hęc ipsi affabimur: dicemusq̃ nullã Paulũ excellentẽ sapiẽtiã imaginatũ, promisisse se imperfectiorib⁹ loqui. Qz si pro eius impudẽtia id dixerit Celsus, illũ idcirco fuisse pollicitũ, quia nihil haberet ad explicandũ qđ pre se sapientiã ferret: his dictis sumus sic occursuri, & ĩ primis illud dicturi. Heus tu, explana ei⁹ q hęc dicit, epistolas: & vbi istarũ quid sibi dictiões singulę velint aduerteris, epistolarũ dico, siue quas ad Ephesios ille pscripsit, siue ad Colossenses Thessalonicosq̃ & Philippenses dederat & Romanos: vtrũq̃ id arguas velim, & q̃ Paulũ supes in dicendo, & q̃ demõstrare hos queas stultos fuisse & isensatos, ad quos ille literas dederit. Nã si diligẽter Celsus Pauli scripta plegerit, fururũ haud dubie scio, vel hoĩs sensa vt hic demiref, q in eo suo dicendi genere magna qdã sit & pfundiora cõplexus: vel si viri admiratiõe nil moueat, ridicul⁹ plane appareat, siue qa viri sensum pinde ac p se cõceptũ explicuit, siue qa obuiã ire & cõfutare tẽtauerit, q̃ se itelligere fuerat imaginatus.
B Ipse vero nondũ ea ptulerim q̃ in euangelicis scriptis sunt obseruãda, quorũ singula & sentẽtię plurimũ in se cõplectunt, & ea afferuñt q̃ nõ solũ multis cõtẽplatiõe & captu difficillima sunt, verũ & e sapientũ nũero paucis admodũ intellectu facilia: quippe q̃ & altissimis sensib⁹ parabolas narrẽt, & dictis pfundioribus: quas vtiq̃ Iesus his q exteri⁹ essent, publice loqbat, illis tñ dũtaxat explanatiõe seruata, q̃ exteriorẽ audirũ excederent, & seorsum ad se domũ venirent. Admiratiõe aũt qs pculdubio capieť, vbi plane cognouerit, qua rõne exterius esse dicti sunt qdã, & alii domi. Quis ptterea non obstupescat, q̃ possit Iesu secessus aio cõtẽplari, dũ mõtẽ ascẽderet vbi verba esset tã ingẽtia editurus, & opa tã mira facturus, & demũ fururũ vt seipm transfiguraret: inferius vero dũ ĩfirmos curaret, q nec eo cõscẽdere potuissent, quo se discipuli sunt cõsecuti. Velle aũt q̃ euãgeliis isunt pcipua qdem & plane diuina vl' de Christo, hoc est sapiẽtia ipsa & verbo, qđ sentiat cũ differit Paulus, explicare, nulla ĩ pñti offertur occasio: sed satis sint ista q̃ diximus ad stultã Celsi irrisionẽ, q ea q̃ ecclesię sunt arcana & mystica, ægyptiorũ Crocodilis hircisq̃ & canib⁹ simillima fecerit. Nec vllã qdẽ contumelię speciẽ aut irrisiõis, scurra Celsus & nebulo ĩ his reliquã faciẽs qbus ĩ nos praue ĩuehit: Dioscuros, Herculẽ, Asclepiũ, & Dionysiũ nũcupat, qui apud grecos crediti sunt dii fuisse: atq̃ neq̃ id quidẽ nos æquo aio ferre, a grecis illos, deos existimari, q hoĩes olim fuissent, etsi cętera pstãtiores qdam, & plęraq̃ mortaliũ gsta & fortiã gesserint: Iesum vero morte affectũ, suis cõterri pudiatorib⁹ & visum eẽ nos affirmare, cũ vmbrã eẽnt forsitan cõspicari. Vel ad hęc qdẽ sic respõdebim⁹: Enimero idcirco Celsus apte qdẽ, nõ tñ aprius se nõ hos colere vt deos ostẽdit: qa eoꝝ forsitã verebať iudiciũ q̃ sua eẽnt scripta in posterũ plecturi, ne deos negare his videref. Si.n.is qđ verũ eẽ iã crederet, tueref pfecto nihil dissimulasset & se deos hos crea dere. Sed age & eos q deos hos eẽ nil putẽt sic alloquamur: num a principio hi extitere? sed queadmodũ de hoĩs aĩa sentiũt multi, q̃ mox corrũpať, ita & istorũ corrupta est & euanuit aĩa? an p eorũ opinione q pmãsurã hãc dicũt vel ĩmortalẽ, & hi adhuc pstãt, vl' sunt ĩmortales, cũ dii nõ sint sed heroes quidã, & forte nec heroes, sed simpliciter aiæ? Si igiť minus cõstare hos arbitramini: erit pfecto qđ prius de aĩa dicẽdũ nos duxim⁹, cõfirmãdũ: sin vero pstare hos dicitis, vel sic qdẽ qđ de ĩmortalitate iã diximus est admittẽdũ: nec solũ qa de hac optime græci differuerũt, sed quia id ipm & sacrę literę velit. Quietiã plane ostẽsuri nos sum⁹, hos q tã multi ĩ deos relati sũt nec locũ qdẽ nec partẽ potiorẽ aliquã eẽ fortitos, vbi ex hac vita migrarũt, qñ & secũ vel suas res gestas detulerint, q̃s historię narrãt:
D
C

inqbus nimirũ & effusior illa Herculis lasci-
uia memoriæ ꝓdit, & q̄ fuerit adusq; vesaniã
adamatę Omphales muliebriter seruitute ob-
strictꝰ: & q̄ de Asclepio itẽ ꝓdũt, vt a Ioue sit
fulmine ictus. Explicant p̃terea & q̄ de Pollu-
ce habent & Castore, vti alternis viuerent al-
ternisq; morerent: vñ sint & honores sortiti
q soliti eẽnt & diis deferri, qa mortẽ obierint.
Qui ergo poterit istoꝝ q̄spiã dici vel iure deꝰ
vel heros denoĩari? Nos vero q̄ de Iesu narra
mus ꝓpheticis dictis ostẽdimꝰ cõfirmata: nec
secus & q̄ de eo veriora ꝓnũciãtur, cũ illoꝝ
gestis si cõferamus: pro indubitato astruimus
nil ei fuisse cõmissum, vel historię proditũ, qđ
incõtinentiã p̃ferat aut lasciuiã. Siquidẽ nec q
insidias huic molirent, & falsum aduersus eũ-
dẽ testimoniũ cõquisissent, nec veri qdẽ simi-
lia, sed falsa enixe testificãdo adinuenerũt, vt
alicuiꝰ saltẽ facinoris insimularẽt: quin potiꝰ
hoĩm ille insidiis morte affectꝰ est, nec sane in
se quippiã habuit, qđ eẽt cũ Asclepii fulmine
E cõparãdũ. Verũ quid in se habuit grauitatis
Dionysius ille Menolas, habitu muliebri ami
ctus, vt tanq̄ deus adoraret? Qꝫ si hi q istorũ
malefacta excusant, ad allegorias cõfugerint:
erũt hę qdẽ seorsum examinãdę, verũ sani qđ
habeãt: & seorsum dii hi expẽdẽdi, verũ sub-
sistant, & digni sint q colãtur, qñ & a Titanis
bello superati sint, & cælo turpiter deturbati.
At noster Iesus, vbi suis apparuit tripudiato
ribus (vtar eñ & Celsi vocabulo) in vero est
visus: quẽ Iesum simul & verbũ Celsus calum
niat, cũ eiꝰ vmbrã dicit his obuersatã. Sed cõ
ferant illoꝝ res gestæ, cũ his q̄ de Iesu narran
tur: an illa vera esse vult Celsus, nr̃a vero hæc
falsa & cõmẽtitia, q̄ per hos plane sunt & con
scripta & visa, & re ipsa sic p̃ se tulerit, vt cla-
re possit intelligi, hæc eos spectasse? vel ex his
etiã q̄ ꝓ Iesu doctrina ꝓpessi sunt, aĩo prõptio
re mẽtis affectũ p̃tẽdũt? Verũ qs vnq̄ q oĩa ve
lit ad ęquũ expẽdere q̄ de illis narrant, vel ad
vnũ vniuersa admiserit? his vero q̄ de Iesu le-
F gunt temere & re ĩdiscussa diffidat? Quinetiã
qđ de Aesculapio ferunt, multos mortaliũ tã
gręcorũ q̄ barbaroꝝ hũc persępe vidisse, & ad
id tp̃is nõ vt apparentẽ imaginem, sed ipsum
hũc medicãtẽ & bñficia cõferentẽ & p̃dicentẽ
futura spectare, dignũ iudicat Celsus vt & ipi
credamꝰ: ꝓinde ac de cętero nihil ĩcusaturꝰ q
& Iesu fidẽ p̃stiterit, vbi his crediderimꝰ: vbi
vero cũ discipulis ipsis q Iesu miracula ꝓuide
rũt, & apertius suę cõscientię p̃ferũt rectitudi
nẽ, vna cõuenerimꝰ, spectata illoꝝ suis ex scri
ptis, quãtũ ex illis cõprehendi põt, simplicita
te, vesani qdã ꝑ Celsum vocamur: qui minus

interea queat quã gręcoꝝ & barbarorũ multi
tudinẽ dicit, q̄ Aesculapio fidem p̃stet, ꝓduce
re. Nos vero, si modo id Celsus operępretium
duxerit, clare mõstrabimꝰ tã graecorũ q̄ bar-
baroꝝ vim eã ĩnumerabilẽ in Iesum iã crede-
re: cuius credulitatis gratia, quidã accepisse
se aliqd admirandũ, signa hęc p̃ferũt, ꝙ alios
curãt nihil aliud sup his ĩuocãtes q curatiõe
hac indigent, p̃ter dei nomen oĩpotentis & Ie
su, cũ earũ rerũ quas mirabiliter gessit, narra-
tiõe. His eñ & nos perq̄ multos vidimus gra
uioribꝰ nõnullis calamitatibꝰ erutos, & demẽ
tię morbo, & furiis, & malis innumeris aliis li
beratos: q̄ vtiq; nec hoĩes nec dęmones ipsi cu
rassent. Vt aũt & illud cõcesserim, dęmonem G
aliquẽ medẽdi peritũ posse corporibꝰ medica-
ri, q Aesculapius vocitet: ad eos equidẽ dixe-
rim qui hæc demirent, vel Apollinis oracula
obstupescãt. Si.n. corpoꝝ medicina res quædã
media est, q̄ nõ modo in probos, verũ & ĩ pra
uos aliquos cadat: & mediũ aliqd sit p̃scientia
futurorũ (nõ eñ prorsus q futuri p̃scius est,
ꝓbitatẽ p̃tulerit) vestrũ sit nũc illud arguere,
cur nõ ĩprobi sint q medent, & q futura prędi
cãt? At probi qdã mõstrant, & ita vt nõ longe
absint, quin dii putent. Sed nequaq̄ poterunt
hos ꝓbos ostẽdere q alios curẽt, & vẽtura pręnoscãt: cũ multi vel vita indigni dicant cura-
ri, quos vtiq; nec medicꝰ qdẽ q sapiẽs fuerit,
curãdos duxerit, qñ indecẽter & turpiter vi-
uãt. Quinetiã in Apollinis Pythici vaticiniis H
nõnulla cõpereris inique iniũcta: e quibꝰ duo
quędã in pręsentia explicemꝰ. Cleomedi.n. pu
gili cuidã, diuinos iussit hic deus honores de
ferri. Nescio eñ quid in eiꝰ pugili arte perspe
xit qđ elegãs esset: nec sane Pythagorę illi vel
Socrati hos detulisset, qbus pugilẽ hoĩem af-
fecisset. Nec secus cũ musarũ cultorẽ dixisset
Archilochũ, virũ sane q in pessima quadam &
perditissima materia suã poeticã ostendisset,
moresq; flagitiosos & impuros præ se ferret:
quia musarũ pronũciauit cultorẽ, quę & dea
rũ sunt nomen sortitę: piũ aliquem esse & ꝓ-
bũ testificatus est. Nec plane intelligo verum
aliquis piũ quẽpiã dixerit, si nõ modestia fue-
rit & virtute quauis ornatus, qui vel talibus
sit dictis ꝓsecuturus qualia elegantes illi Ar-
chilochi cõtinent iambici versus. Si igitur ex
hac Aesculapii medẽdi arte, & Apollinis va-
ticinio, qđ diuinũ sit nihil profert: quo pacto
vel habere se ita id cõcedat, iure quispiam vt
deos & puriores quosdam istos coluerit? pręsertim cũ Pythicis faucibus insidentem illam
quã vatem dicunt, per muliebria Apollineus
spiritꝰ fatidicus ille inuadat, terreni prorsus

corporis expers. Nos vero de Iesu nihil hmôi deq; ei⁹ virtute sentim⁹: qđ eñ fuerat ex virgine corpus ꝑgenitũ, ex humana cõstabat materia, humanorũq; vulnerũ mortisq; susceptibile. Sed videamus qd post hęc inferat Celsus, cũ ex historiis mira q̃dã pducat, q̃ etsi p se rebus incredibilib⁹ simillima sint, ipse tñ vt eius ex dictis ostendit, pro veris ducit: & ea in primis q̃ de Aristro quodã Proconesio ita ferun-
A tur. Deinde Aristeũ quidẽ Proconesiũ illũ ex hoim cõspectu sic abiisse mirabiliter inuisibilẽ ferũt, & rursum aperte comparuisse, & sępe in posterũ ad varia loca terrarũ orbis migrasse, & mira q̃dã denunciasse: nec tñ vel Apolline ipso q Metapõtinã rem pcuraret, ĩ deoꝝ partẽ manere Aristeũ asseuerante, hunc quépiam adhuc deũ existimasse. Videt aũt hanc ipsam historiã a Pindaro & Herodoto is desumpsisse: sed sat hęc in pñtia fuerint, si ea q̃ in quarto Herodori historiarũ libro legunt, mox adiecerim⁹, hũc in modũ de Aristeo conscripta. Verũ vnde originẽ duceret Aristeus q ista ꝑtulerit, dicim⁹: q̃ aũt dici de eo in Proconeso & Cyzico acceperim explicabo. Aristeũ ferunt cũ genere eẽt ciuiũ nullo inferior, fullonis tabernã igressum vitã finiuisse, clausaq; fullonẽ taberna iis abiisse id nũciatũ, q mortuum contingerẽt sanguine: ita vulgata p vrbẽ iam fama Aristeũ occubuisse, venisseq; id i certamẽ nõnullis tradẽtib⁹ hoiem Cyzicenũ venisse ex Artace oppido, q diceret Cyzicũ sibi eunti quépiã occurrisse q ab infetis pdiisset, idq; & cõtẽdere sedulo, & mortuũ se plane astruere: mortui vero ꝑpinquiores q̃primũ fullonica taberna adita, delatis secũ ad funus etiam necessariis, vt eũ efferrẽt pcessisse: deinde domo reclusa, nec viuũ quidẽ nec mortuũ Aristeũ cõparuisse. Post annũ vero septimũ vbi i Proconeso visendũ se prębuisset, carmina edidisse quę a gręcis Arimaspia dicerent: qbus sic editis iterato euanuisse. Huiusmodi igitur ciuitates hę prędicant. Hęc aũt de Italicis cõperta a Metapõtinis habeo, vbi secũdo Aristeus euanuit ãnos fere ducentos & quadragita, quãtũ in Proconeso potui cõiectura & Metaponto colligere. Metapõtini ferunt Aristeũ sibi hunc visum iussisse, Apollini i vrbe arã erigerent, &
H Aristeo statuã Proconesio cognomẽto ponerẽt: enũciasseq; ad se dũtaxat Apollinẽ & eoꝝ loca, vt ex Italia vnicos peruenisse: seq; qui nũc Aristeus sit Apollinẽ hũc ipm sectatũ, & tũc sane se coruũ fuisse, cũ Apollinẽ sectaret, q vero ista renũciasset cõfestim euanuisse. Se autẽ Metapõtini affirmãt Delphos misisse, qui deũ rogarẽt, quidnã hoĩs ostẽtũ illud portẽderet: Pythiã vero mãdasse ostento parerẽt, paretib⁹ res meliores fore: seq; vt erat iniunctũ rite oĩa peregisse. Et nũc qdẽ erecta statua est cũ Aristei titulo apud Apollinis ipsi⁹ simulacrũ, & circa id lauri extãt, simulacrũ vero in foro est collocatũ. De Aristeo hęc hactenus. Dicendũ B
aũt ad hãc Aristei historiã, q̃ si Celsus historię loco hęc explicauit: nec tñ quoq; pacto prę se ferre appareat id assentiri vt p vera historia hãc ipam susciperet: aliter pfecto ei⁹ dictis occurrissem⁹. Sed cũ diuinit⁹ & mirãdũ ĩ modũ, illũ & euanescere ingat, & rursum apetri⁹ cõparere: & vbi ad multas orbis terrarũ ptes se cõtulisset, mira quędã denũciasse, editumq; Apollinis esse oraculũ Metapõtinos pcurãtis vti ĩ deoꝝ sorte, quãtũ ĩ se rifet, ducerẽt Aristeum: & hęc oĩa vt certiora existimet Celsus q̃ de Aristeo narrant: Cur ergo vt cõmẽtitia ducit q̃ de Iesu miraculis discipuli cõscripserũt: & q fidẽ his exhibent criminat: q̃ vero de Aristeo ferũtur, nec prodigiosa existimat, nec plane cõficta? Cur inquã q aliis crimini dederit q̃ temere credãt Iesu miraculis, ipse tantis his rebus pstitisse fidẽ arguit, cũ nulla interea vt gesta hęc sint, vel argumenta, vel cõfirmationes ptulerit? An forte Herodot⁹ quidẽ & Pindarus scdm te vera narrasse sunt visi: qui vero p Iesu doctrina ĩ animũ enixe induxerãt vel mortẽ oppetere, & ea q̃ certiora esse crediderãt scribẽdo posteris traderẽtur, pro vanis & mendacib⁹ duxeris, & pdigii loco habẽdis: cũ tãtũ certaminis suscepissent, vt tutandę fidei gsa viuere cũ discrimine mallet, & morte violẽta perire? Sed age & his q̃ de Aristeo seri C
bunt, & q̃ de Iesu narrãtur te intermediũ statue: & cõteplare vel ipso rerũ euentu, & vtilitate, qua & mores hoim deprauati, emẽdatiores sint redditi, & q̃multi ad id tandẽ redacti deũ vt vereant, quẽadmodũ illud oĩno sit dũtaxat iã affirmãdũ, fidẽ esse his adhibẽdã quę nõ temere & sine deo p Iesum facta esse tradũtur, & his prorsus demẽdã q̃ de Aristeo hoies fabulant. At nihil habes qd afferas. Cur.n. diuina puidentia illa curę habuerit Aristei mirãda? vel qd ex his cõmodi afferre hũano generi voluisset, si ad tuã opinionem tanta hæc ostẽtasset? Nos vero cũ de his q̃ gesserit Iesus D
narrãdũ aliqd fuerit, nõ cõtẽnendã afferimus cur gesta sint rationẽ, cũ deo asserimus collibuisse p Iesum doctrinã vt salutarem allatam mortalib⁹ cõfirmare, & ab Aplis qdẽ afferrã, perinde ac fundamẽtis qbusdã altius iactis ad christianę religionis ædificia sustinẽda, & posteris deinceps tẽporib⁹ augẽdã: qb⁹ haudquaq̃ paucę siẽt in Iesu hoc noĩe curatiões, & mi

ta qdā edēda sunt & nil aspnāda. Apollo aūt Metapōtinis reb⁹ optime cōsulēs si Aristeū in deū retulerint,cū id agit,qd sibi velit nō satis intelligo:vel quid vtilitatis ex hmōi illi delatis honorib⁹, Metapōtinis parauerit:quidve his ipsis cōduxerit, vbi vł eūdem illū hoc tpe inter deos relatū crediderit, si paulo ante hominē fuisse,nūc deū existimēt.Ipse vero Apollinis quē oēs dæmonē scimus, sacrificia illa & odoramēta quæ fuit idcirco sortitus in pmiū quia Aristeū p deo astituisset,magni momenti pculdubio feceris: dei vero omipotentis & sanctissimoꝝ angelorū oblationes & munera, de quibus non post Iesu natiuitatē,sed anteq̄ ad hoīm vitā is cōcessisset, pphetæ pdixerāt: nihil te mouēt,vt & pphetas q diuinū suscepꝫint spiritū demireris, & eū q ab his fuerit denūciatus:cuius ad hāc vitam aduentus sic multis ante tēporibus contigit multipliciter prędicari,vt Iudæorū gens tota,eius expectatiōe erecta quē vēturū sperarēt, inter se quærerent vtrū aduenerit, cū Iesus iā aduenisset. Et cōstat sane istorū maximā multitudinē illud asseruisse,& credidisse hūc esse de quo sit ante pphetatū.Qui vero nil credidissent,aspnati eoꝝ mansuetudinē q Iesu doctrina optime instituti nil prorsus p seditionē moliri voluerant:ea in Iesum sunt ausi, q̄ & vere & rectius ei⁹ discipuli literis pdidere:nihil ex his subtrahētes q̄ in eū sunt mirabiliter gesta, & ad multoꝝ opinionē videnť ignominiā Christianę religioni afferre.Et Iesu quidē id libuit
E & eius discipulis, vt nō solū ex ei⁹ diuinitate & reb⁹ mirifice gestis, sic crederēt se adeūtes, vt diuinitatē huiusmodi nil ex se habere existimarēt cū humana natura cōmune:nec suscepisse solū hoīm carnē, q̄ aduersus aiam concupiscit, sed etiā ad hūanā naturā hāc descendisse,humanotiūq; discriminū virtutē & tolerātiā,& aiam suscepisse hūanā,& corp⁹ mortale,vel ex eo cōtēplabanť,qa haud dubie crederent immixtā illā diuinitati fuisse naturā, vt esset credētibus salutaris,nil ignorantibus ex Iesu cœpisse diuinā simul & hūanā naturā cōsociari, vt humana illa quia diuinæ cōmunicaret,diuina simul efficereť:nec solum in Iesu,sed in oībus q post fidē susceptā,& id vitæ genus susceperint peragendum,quam & Iesus edocuit:& eū traducat cum deo ad amicitiam ineūdā,& cōmunicationē bonoꝝ,q p Iesu instructiōib⁹ duxerit vitā.Atqui vt Celsus sentit,Apollo Metapōtinos vult deoꝝ in sortem Aristeum vt ducant: Metapōtini vero vbi de Aristeo,vt nō magni momēti hoīe, ita nec diuinis honorib⁹ digno,qd ipsi sentirēt,oracu-

lo ptulissent, haudquaq̄ Apollini paruerunt: ita effectū est vt nemo in deū Aristeum retulerit.Iesum vero dixerim equidē deū eē, qa humano gnī cōduceret plurimū, si ipm vt dei fi liū admitterēt hoīes,q iu aia venisset hūana, & corpore hoc ipso mortali. Nec tñ eft luxuriosę dęmonū appetētię, q corporū studio de- F
tinenť,id visum,& eoꝝ q deos hos putār,qui vt istis obsequereuť & colerēt, intercipere Iesu doctrinę pabulū nitebauť. Videbāt.n.sacrificia illa & nidores,qbus appetētius ipsi oblectarenť,si Iesu instructiones sualuissent,sublatū iri.De⁹ vero q Iesum misisset, dęmonū prorsus solutis isidiis,effecit plane, vt euāgeliū Iesu vbiq; terrarū victoria potireť:vt hoīes tādē ex deuiis illis anfractibus ad viā redirēt,& passim fideliū cōuentus coirēt,q vitā ducerēt ab eoꝝ cœtib⁹ alienā,q & negores essent & pditi,& vanis supstitiōib⁹ inhęsissent.Sunt em̄ eiusmodi,& taliter degūt, vrbiū populi nūerosi.At dei p Christū institutę ecclesię,si forte expēsę cū alioꝝ populoꝝ multitudine cōferārur: veluti luminaria qdā & plucētia i mūdo futurę sunt.Quis.n.nō id fateať, vel deteriores quosq; nrę ecclię,q potioꝝ respectu isterio res sint,nō lōge plurimū bonitate pstare alioꝝ
rū populorū multitudini! Extat em̄ Athenis G
(vt ita dixerim)dei ecclīa,mansuetior qdā & optime istituta,vt q̄ deo velit oipotēti cūctis in reb⁹ sese morigerā exhibere:est cōtra Atheniēsiū ipsa respublica seditiosa quidē, & q̄ nil prorsus cū dei eadē fuerit ecclesia cōparāda. Haud sec⁹ de dei alia quadā ecclesia dixeris, quę Corinthi sit vł Alexādrię cōstituta, & ea quā seorsum habeat istarū vrbiū pp̄lus.Vñ si ęgor fuerit q id audierit,& veritati studēs res ipsas disqrat: eū pfecto admiratiōe dignū existimabit,q & cōsilio & ptāte valuerit dei vbiq; ecclesias cōstituere, q̄ & pximę singularū vrbiū & populoꝝ ecclesiis sint.Nec sec⁹ & si cōsilia ipa dei ecclesię, cū alioꝝ populoꝝ cōsiliis examinādo cōtuleris:haud dubie cōperturus es qnā ecclię digni sint cōsultores,vł siqua est vbiuis ciuitas,q̄ in dei ciuitate degere queant: alii vero q vrbib⁹ suis cōsiliis videnť pspicere,nihil pfecto sui stat⁹ pstātia dignū, quo cęteris ciuib⁹ credunť pcellere, suis ex moribus prę se facile tulerit.Sic itē & Antistitē ecclesię H
quēpiā cū pside aliquo velim cōtuleris & ciuitatis pricipe:vt plane itelligas vel in defectiorib⁹ qdē dei ecclię cōsultoribus,etsi primariis viris,q vel negligēti⁹ viuāt, & pter solertissimorū quorūdā & Christianoꝝ cōsuetudinē: nil minus deprehēdi posse, q̄ ex virtutū pfectu vt se cęteris pferant.Qd vtiq; preter eoꝝ

est morē qui & vrbib⁹ cōsulūt & dominātur.
A Q; si hæc ita se habēt:cur non æquius fuerit de Iesu q̄ tāta hæc cōstituerit,ita oēs existima re, vt nō leuē ī eo diuinitatē fuisse affirmenē Aristeum vero nihili ducere,vel si hunc velit Apollo in deorū sortē referri:& in aliis nihil fuisse diuinitatis, in qbus alioquin fuisse Celsus sic dicēs cōmemoret.Nec Amarim Hyperboreū illū qs deū esse crediderit, cui tātū virīū esset, vt cū velocissima simul sagitta eueheret.Quid.n.tribuebat Amari Hyperboreo illi diuinitas ista valebat, qa sagittam velocitate æquaret?Id sane,ea re tāta hic donabatur, vt hoīm generi sua pnicitate pdesset:nū pptereа cuiq̄ is aliqd cōtulit, dū sagittę similis euo laret?vt cōcedamus etiā nil fabulosa hęc esse, sed dęmonica poti⁹ opera quadā effecta.Si eñ meus Iesus sublat⁹ fuisse ī gloria dicit, video plane dispēsatione quadā id factū,vt deus qui ista operaret,pręceptorē discipulis in sublime elatū cernētibus cōmēdaret: & queādmodum nō hūanę sciētiæ gratia,sed diuinę certarent: vt omi nisu oipotēti deo se dederēt, & p illi⁹ volūtate cūcta pficerent,tanq̄ p meritis in diuino iudicio p his recepturi, q̄ recte praueq̄
B in vita gessissent.Sed cum deinceps Celsus de Clazomenio quodā sit mentionē facturus,ad ei⁹ historiā & illud adiecit,vti illi⁹ aīa corpore sæpe relicto vt incorporea vagaret, nec tñ hunc hoies deū existimasse. Ad hæc dixerim equidē iputos forsitan dæmones aliquos hæc vt scriberent molitos: nec tñ crediderim non illorū opa factū vt q̄ de Iesu fuerāt p prophetas olim denūciata,periāde ac ficta & cōmentitia,& illis simillima quę de Clazomenio illo tradunt,incusarēt nōnulli & carperēt:vel vbi prę cæteris Iesum habere nihil ostēderēt,huius admiratiōe nō multū hoies caperētur. Dicebat.n.noster hic de eius aīa Iesus,nō qa pro hūano debito seiūgeret a corpore,sed pro admirabili sibi tradita ptāte: Nemo tollet aīam meam a me,sed ego pono eā a meipso: & ptātē habeo ponēdi eā,& iterū resumēdi.Cū igit ponēdi aīam haberet hic ptātē, eā tūc posuit vbi illd mox ptulit:Pater vt qd dereliqsti me? Et clamās voce magna dimisit spūm: carnifices ipsos pueniēs q in crucē eē sustulissent,& eoꝝ crura cōfrīgerēt,q secū eēnt suffixi patibulo.Et sane hos constat idcirco illorū crura fregisse,ne diutius luerēt cruciat⁹.Resumpsit aūt aīam Iesus, cum discipulis suis apparuit: qua de re & Iudęis sibi nihil credētib⁹, hūc in modū pdixerat.Soluite templū hoc,& ego in triduo excitabo illud. qd vtiq̄ de suo corpore dixit,& pphetę plurib⁹ vaticinati sunt,vñ & illud habet: Et caro mea requiescet in spe, nec relinques aīam meā in inferno,nec dabis sanctū tuū videre corruptionē.Ostēdit præterea C Celsus pmultas se græcas legisse historias,cū illud subiecit qd de Astypalęo quodam Cleomede narrat:quē refert ligneū orbē īgressum & arculā,vbi sese īteriorē ī ptē insinuasset,nō fuisse intus reptū,sed exteri⁹ sorte quadā mirāda mox euolasse:vbi eū phensuri gsa arcu lā quidā cōciderēt.Vel id qdē etsi cōmentitiū sit & fabulosum,vt eē videt, nequaq̄ cū his q̄ gesserit Iesus est cōferēdū:nimirū cū Astypalęo illi ad astruēdā diuinitatē,nihil dū ī hūanis ageret editū reperiat:cū Iesu ecclię extent pmultę,& hoīm coet⁹ q ī his plurimū pfecerūt,& de eo pphetię pronunciatę,& eiusdē in noie curatiōes effectę:& iuxta hūc ipm cū sapiētia sit cōiuncta sciētia, & doctrina insuper apud eos iuēta, q a fide simpliciore ascendere ad altiora cōtendūt:& sacrarū literarū p Iesu traditionib⁹ sensus scrutari,cōmonefacientis id sedulo,Scripturas scrutamini:& p Apli nutu docētis,esse cuiq̄ vt oporteret respōdendū:nec secus & p ei⁹ hortatu agendū q ingt: Paratiores semp estote ad respōdēdū vnicuiq̄ petenti vos rationē fidei q̄ in vobis est. Q; si Celso illud cōcedi libuerit,nil eē.f.fabulosum & fictū qd de Cleomede illo historię pdit: dicar quāobrē vis ea q̄ supra hoiem esset,illū esfecerit,vt sorte quadā (vt ingt) diuina e clausa arca mox auolauerit.Si.n.pcipuū aliqd iste ptulerit,& qd dei nutu sit dignū, q tanto munere Cleomedē illū donauerit,iudicabim⁹ qd illi sit respōdēdū: sin vero vel rogat⁹ ignoret simile veri quippiā suo loco pferre, liqdo patet, qñquidē qd dicat nil habet, futurū oīno vt vel hos incusemus q diuinā virtutē minus admiserint,& mēdacii historiā arguamus vel dęmonicū aliqd esse asseuerem⁹ magicis præstigiis simile,qd intuētiū oculos plane pstringat:idq̄ & ī Astypalęo cōtigisse, de quo Celsus existimat veluti oraculū aliqd pcinuisse quia ex arcula perinde ac diuina quadā sorte is euolasset.Equidē reor,de his solū quoꝝ & D meminit,cōperta habuisse hæc Celsum:& vt videret vltro & alios omisisse, intulisse & illud,& alios posse hmōi quępiā cōmemorare. Sed esto, fuerint istiusmodi plurimi,& alioquin nihil mortaliū vitæ pfuerint: quotusnā horū quisq̄ reperiet, si eorū res gestæ cū Iesu operib⁹ & miraculis cōferant? de qbus hactenus satis.Exinde haud secus nos facere,qa cōprehensum & mortuū colimus,pro eius sententia Celsus existimat,ac Getę faciūt,q Zamolxim adorāt & colūt,& Cilices q Mopsum

& qui Amphilochū Acarnanes, & Amphia-
raū quēdā Thebani,& Lebadii Trophonium.
Et ex his qdē hunc refutauimus, ostēsuri nil
merito nostra his cōparasse quos dixim⁹, qñ
hi qdē delubra his & simulacra,quoꝝ memi-
nimus cōstruxerūt:nos vero ab ea diuinitate
q̄ ita colať,honore sublato,q dæmonib⁹ con-
gruat potius, erectis nescio quō aliquo vno
in loco & obfirmatis, quē ipsi siue situs & re-
giones pöccupādo,siue sacrificiis, siue magi-
cis qbusdā adacti carminibus habitāt: Iesum
miramur & obstupescim⁹,q mētē nobis a sen-
sibilib⁹ hisce auertit, q̄ nō modo corruptibi-
lia sint,sed corrūpenda oīno & deo ipsi oīpo-
tēti ad deferēdos honores nos erigit, quos re-
ctiore quadā,cū vita,tū pcibus illi offerim⁹,q
ingenitę naturę sit itermedius,& eius naturę
qua vniuersa sint condita, & a pse deferat ad
nos būficia,& in pōtificis morē nostra ad deū
E & vota deportet. Sed vellē equidē ad eū q ea
nescio quo pacto ptulerit,hmōi quędā,& sibi
admodū cōgruētia,respōdere.Ergo nihil esse
hi arguūtur,quos supra cōmemorasti:nec in
Lebadia vim vllā habere quem colūt illi,Tro
phoni⁹,nec Thebis Amphiaraus,nec Amphi
loch⁹ Acarnanię, nec demū i Cilicia Mopsus.
Nā aliqs iter hos fuerit,siue dęmon,siue he-
ros,siue forsitan deus q aliqua opereť q̄ supra
hominē sint? Qꝫ si haudquaq̄ his ipsis inesse
aliqd demū affirmet, qd vel dæmonis vel di-
uinitatis pferat speciem:at saltē nūc fateať qd
sentiat Epicure⁹ hō,q cū ceteris grecis nō ea-
dem opineť,vt q nec dæmones sciat,nec deos
colat, vt græci: & arguať plane nec ea qdē p
veris admittere,q̄ superius ptulit,& deinceps
est allatur⁹.Qꝫ si dixerit vel dęmones esse vel
heroas vel deos forte,quo āte cōmemorasset:
caueat ne qd maxime nolit, ex his q̄ dixit su-
perius,Iesum astruat talem fuisse,quales & hi
quos supra pdixerat extitere: quia & plerisq
hominū potuerit aptius demōstrare,diuinit⁹
se aduenisse ad gen⁹ hūanū.Qꝫ si semel id ipē
admiserit:aduerte vt eundē cogať fateri lōge
his eē potētiorē,qbuscū antea dixit annūerā-
dū.Siquidē quo min⁹ aliis deferanť honores,
illorū phibet nemo:is vero vt sibi ipsi confi-
sus,& his oīb⁹ lōge potētior, istorū vt pdito
rū dęmonū nutus repudiat , q & loca i terris
præoccupariut , cū nequeāt puriorē terrā illā
& cælestē attigere : ad quā nec terrea ista nec
malorum q̄ his in sūt crassitudines, qñq pue
niūt.Sed cū deinceps de Adriani amorib⁹ di-
F cturus sit Celsus,quēadmodū scilicet in ado-
lescētē Antinoum quē deperibat , se gesserit,
& quales ægyptii honores illi detulerit, & ni-
hil hos esse illis iferiores quos Iesu ipsi defe-
rimus,sit assertur⁹:vel id qdē vt odii,& inse-
ctādi studio dictū,coarguam⁹.Quid.n.vita il
la quā i adamādo Antinoo duxerat Adrian⁹,
qñquidē nec virilē sexū a morbo fœmineo ser
uauit immunē:cū Iesu graui & modestissimo
viro cōmune habuetit?quē vel criminatores
ipsi cū innumeris modis incusare aditereuť,
& falsa de eo q̄ multa effunderent,nil tñ vnq̄
inferre potuerint,quo ille argueret vel mini-
mū quiduis ipudicitię degustasse.At si ad ve-
rū qs velit,& itegre Adriani hui⁹ facta inue-
stigādo expēdere:ægyptioꝝ pstigiis & magi-
cis qdē in Antinoo Adrianū gessisse q̄ gesse-
rit, plane itelliget : & ei⁹ post obitū, qd vtiq
& in aliis phanis spectať, ab ægyptiis ipsis,&
aliis ei⁹ rei peritis effectū esse, vt dæmones q-
busdā i locis affixi obfirmarenť, q vel oracu-
la ederēt,vel morbos curarēt,& affligerēt sæ-
pe q excessisse forte sunt aliqd visi in cibatibus
qbusuis desumēdis, vel q hūanū cadauer ali-
quod attrectassent: vt formidini esse his vide
renť,q vel iussa excederēt,nec modestię quip-
piā vel pensi haberēt.Istiusmodi itaq erit & q G
in Antinoo ciuitate illa ęgypti q ex Antinoo
adamato nomē accepit, iter deos relatus est:
cui⁹ virtutes vel qdā turpiter vitā degentes,
ementiunť:nec secus & alii a dæmone eodē in
loco collocato & præsidēte, vt circumuēti,&
quos partim imbecilla redarguit cōscietia,pu
tāt sibi illatas diuinit⁹ ex Antinoo pœnas ,&
idcirco eas se luere. Huiusmodi sunt istoꝝ dę
monū factitata mysteria, & apparētia vatici-
nia:a qb⁹ lōge sunt alienæ p Iesum res gestæ.
Nō.n. inuicē cōuenietes magicæ artis periti,
vt regi aliqd ipetrāti gratificenť,vel ducis cu-
iuspiā iussa vt exequanť,effecisse hūc deū sūt
visi:sed ipē rerū oīm cōditor p ei⁹ suadēdi vir
tute & mirabilib⁹ factis,Iesum dñm cōfirma-
uit vt honore dignissimū : neq apd hos solū
q recte sapere volūt,sed apd dæmones ipos &
iuisibiles alias ptātes,q̄ vel ad id tpis p se aper
ti⁹ ferūt & Iesu nomē horrescere vt sane pstā-
ti⁹,vel ipm venerabūde suscipe, vt q legitime
in se iperiū habeat.Si.n.nō diuinit⁹ eēt hic ea
potētia stabilit⁹: haudquaq̄ vel dæmones ipsi
hui⁹ noīe nūcupato,ab his se subtrahēdo abs
cederēt,quos ātea occupassent.Deiñ hęc Cel- H
sus.Aegyptii vero Antinoū quēdā colere isti
tuti,si cū eo Apollinē ipm vel Iouē cōtuleris
ęquo aio ferāt,maioris idcirco Antinoū faciē
tes,qa tātis sit diis annūerat⁹:Si vero cū Iesu
vl' Apollinē vl' Iouē cōtuleris, nō ęquo laturi
sunt aio christiani.Et sane nil mirū:qppe q &
istituti sūt,& certiores effecti, i veri & omipo-

tentis dei cognitiõe, ꝑpetuã vitã illã cõstare:
& ĩ Christo ꝑcipue quẽ ille ad terras demisit.
Q: si cũ hoc vel Apollinem vel Iouẽ ipm vel
deorũ hmõi aliũ quẽpiã cõferas, cuius cultus
nidore & sanguine & sacrificiis cõstet: tã sce-
lus nefandũ nostri nil tulerint: qppe q gentiũ
deos didicerint dęmones esse immolationibꝰ
deditos, & sanguinũ auiditate detentos, & ab
ipsis sacrificiorũ cõfestim oblationibus ad eos
circũueniẽdos proruere, qbꝰ nullũ sit ad deum
oĩpotẽtẽ ꝑfugiũ. Dei aũt angelos & sanctita-
te & diuinitate ꝑcellere, & alia quadã esse na-
tura & volũtate, ac dęmões sint q ĩ terris ver
sanĩ, & illos qdẽ ꝑpaucis cognitos eẽ: hi pla-
ne intelligũt q hmõi sapiẽter & studiose ꝑqui
rũt. Tãetsi Christianorũ nõnulli qa & simpli-
ciores sint & minꝰ versuti, eorũ q̃ fecerit red
dere rõnẽ ignorẽt: dũ alioquĩ q̃ ab aliis cœpe-
rint recte obseruẽt: qdã vero rõnibus dictis ve
nil aspuãdis, sed ꝑfundioribꝰ hęc ipa astruxe
rint, & vt gręcorꝫ aliqs dixerit, ĩtimis qbusdã
& ꝑspicacioribꝰ, ĩ qbꝰ & plurimꝰ insit de deo
sermo: & de his insup quos deꝰ ꝑ vnigenitum
verbũ honore ꝑsequitur, cũ diuinitatis ꝑtici
pes, tũ oĩs fecerit: & ꝑ multa ꝑterea de ange
lis ipsis cælestibꝰ sint, deq; aliis veritati obstã-
tibus dicendo cõplexi: q vt falsi, ita vt & alios
fallãt, vel deos se mẽtiunĩ, vel dei angelos vel
dęmones bonos, vel ex rectiore humanæ aĩæ
quadã ĩmutatiõe se heroas factos affirmant.
Christiani vero hmõi, vel illđ sũt asserturi, ꝙ
quẽadmodũ ĩ ꝑlia pleriq; ꝑ veris & certiori-
bus duxerit qđ semel sint opinati, siue seipsos
rõnibꝰ ad suadẽdũ validioribꝰ fallãt, siue alio
rũ dictis & inuẽtis assensi sint ꝑtinaciꝰ: ita &
ĩter aĩas eẽ & angelos & dęmões cõstat, q sua-
delis qbusdã trahãtur vt se deos appellẽt. Et
qm̃ q̃ ꝑ hoĩes afferunĩ, certiora iueniri & ꝑfe-
cta nil possunt: tutiꝰ diciĩ vt hõ q sit, se nemi
ni credat enixiꝰ, q̃ deo, & Iesu ipsi q oĩbꝰ pręsi
det, & moderaĩ, & altiꝰ ꝑspicit, & paucis hęc
A ipa tribuit cõtẽplãda. De Antinoo igiĩ vł alio
quouis hmõi, siue apud Aegyptios, siue apud
Gręcos q̃ habeĩ credulitas (vt ferũt plæriq;)
infelicior est. Fides vero q̃ Iesu pręstaĩ, etsi in
discussa pq̃ multis felicior, ꝑpaucis tñ si ꝑ tor
mẽta exigiĩ, felicitatẽ hãc patiĩ: tãetsi fidẽ ali
quĩ & dixeri ad multorũ opinionẽ felicẽ: alio-
quĩ id dictũ ad deũ retuleri, q eorũ & causam
nouit q̃ cuiq; ad vitã hãc prodeũti sint distri
buta. Et Gręci qdẽ asseuerauerint, vt sapien-
tissimi quidã existimentur, ꝑsperiorẽ fortunã
causam esse, cũ vt ꝑceptores & sapientissimos
sortianĩ, tũ ad ea q̃ potiora fuerint accedant:
qñ & alii sint qui ab his lõge diuersa ędocẽãt
alios cõsectari, & melioribus vt insuescant, &
rectiꝰ educenĩ. Nã & educatio ipa ĩ multis ef
fecit, ne imaginatione qdẽ inducerenĩ vt ea q̃
potiora essẽt susciperẽt: vt q semꝑ a primęua
ętate vel ꝑditissimorũ hoĩm, vel ĩpurissimorꝫ
pricipũ sese libidinibꝰ addixissẽt: siue quouis
alio sint infortunio ĩtercepti, quo minus aĩo
resipiscerẽt. Quorꝫ oĩm causas ĩ his q̃ de ꝑui
dẽtia asserũĩ, par est vt cõsistere arbitremur:
q̃ tñ vt ĩ hoĩes cadãt difficile ẽ. Hęc vero no-
bis sunt visa, veluti ĩ oratiõis digressu ĩterpo
nẽda: vt ostẽderemꝰ quãtũ valeat fides vtcũ-
q; præsumpta. Sed necessariũ erat vt ꝑ varia
hoĩm educatiõe & assuetudĩe, vel susceptæ a
mortalibꝰ fidei discrimĩa ꝑmere, qnã istorꝫ fe
liciꝰ vel ĩfeliciꝰ credãt: deĩde ad illđ trãscẽde-
re, qdnã sentiãt ea in re studiosi & sapientes:
vtrũ felicitas an infelicitas conferat plurimũ,
vt potioribꝰ plęriq; decretis se applicent. Sed B
de his satis: q̃ vero deinceps dicturꝰ ẽ Celsus
noscẽda sunt: in qbꝰ & infert: Fidẽ ipsam ani-
mũ in nobis pręoccupãtẽ plane efficere vt Ie-
su credamus. Et vere fides hãc parit in nobis
credulitatẽ: sed vide, vt & fides hęc ipa vel in
de laudẽ ferat, cũ nos ipsos credimꝰ deo rebꝰ
oĩbus ꝑsidẽti, cui & gr̃as quia nos in hãc fidẽ
ĩduxerit, dicimꝰ: & eũ fatemur nil ĩcõsulte rẽ
tãtã & fuisse agressum & ꝑfecisse. Credimꝰ ꝑ
terea & eorꝫ q euãgelia cõscripserũt affectibꝰ
& volũtati, cũ modestiã cõtẽplati, tũ conscien
tiã, quã vtriq; suis ex scriptis hi ꝑferunt: qppe
q̃ nec adulterinũ quidpiã, vel cõmẽtitiũ, neq;
qđ nõ dolo prorsus vel malitia vacet, in se cõ
plectunĩ. Nã & illđ nobis ꝑspicuũ facit, haud
quaq̃ hos potuisse res vllas cõfingere, q̃ de se
facerẽt fidẽ, & vitã ꝑstarent vt præuiã, ita &
fidei mox cõsentaneã: qa nil hmõi hi didicis-
sent, quale vel apud Gręcos ars illa sophistica
& captiosa complectiĩ, & suadelis & acumine
valet, vel rhetorica ipa, q̃ ĩ iudiciis semꝑ ver-
saĩ. Vñ & Iesum credideri earũ artiũ idcirco
ꝑceptoribꝰ nõ visum fuisse ad suã ꝑpagãdam
doctrinã: ne locũ haberet vllũ vł similis veri
suspitio hãc vt cauillãdi ita & intercipiendi.
Sed aperte his satis q ingenio valẽt significa
uimus, diuina scribẽtiũ purã & simplicẽ prõ-
pritudinẽ, q̃ vt ita dixerim, ĩ se haberet ĩepti-
tudinis plurimũ, dei virtute fuisse dignatam
vt lõge plura ꝑgeret, q̃ facere potuissent vel
verborũ ãbages, & apte cõposita q̃uis oro: vel
hmõi cętera gręco contextu & artificio quo
dã se subsequẽtia. Aduerte aũt vtri vł ea q̃ no-
strę fidei sunt, & ad cõmunẽ sentẽtiã vł a pri- C
cipio fecerint, eos inuitẽt, q placide audiãt q̃
proferunĩ. Si em̃ cõsuetudo ipsa instructione

ſuuāte,multis potuit ſuadere p diis habenda
eſſe ſimulacra,& ea inſuper adoranda q̄ ex au
ro eſſent & argēto cōflata,eboreq̧ cōſtarēt&
lapide:cōmunis tn̄ ſentētia & attentio quædā
vt intelligat̄ id exigit, ex corruptibili quauis
materia nil deū cōſtare, neq̧ ī re aliqua īnani
mata formari,vt pinde ex ipſa imagine illius
ſimulacrū pferēte,ab hoībus honoret̄:& idcir
co de ſimulacris hiſce illud mox dicitur ꝙ dii
nō ſint,nec eſſe hmōi manu effıcta cū deo cō-
ditore oīm confetēda. Quin & rationalis aīa
vbi vel tenuē quādā dei qui vniuerſa conſtru
xerit,cōtineatq̧,& moderetur,accepit cogni-
tionē,& ſuę ad deum ppinquitatis admonita
ſit:reiicit ſtatim & plane ppellit q̄ interea pro
diis duxiſſet,& inſitā ſibi erga conditorē ſuū
recipit charitatē:cuiꝰ gr̄a & inſup illū admit-
tit,q per ſuos diſcipulos hāc ipſam oībus gē-
tibus patefecit: quos & parauerat, & diuina
virtute munitos,cū dei doctrinā,tū eius & re
D gnū trāſmiſerat pdicatū.Sed cum de Ieſu Cel
ſus neſcio quotiens iā illud obiecerit,ꝙ cū ex
corpore mortali ille cōſtaret,eū tn̄ deū exiſti-
memus,& aliogn religioſe facere nobis vide-
mur:ſupuacaneū eſt ea de re ſępiꝰ dicere, quā
& ſuperius pluribus iā explicauimꝰ. Sed ītelli
gāt velim q iſta nobis obiiciūt,quēadmodum
is quē ipſi vel a principio & deū eē,& dei filiū
putamꝰ & credimꝰ,p ſe verbū,& p ſe ſapiētia,
& p ſe veritas ſit:eiꝰ vero mortale corpus, &
aīam in ipo hūanā,ob eā cū deo quā habeant
nō modo cōmunionē,ſed vnitatē, ingentia q̄
dā aſſerimꝰ accepiſſe,& ita vt corpꝰ hoc ipm,
& aīa illiꝰ diuinitatis pticipādo in deū cōmu-
E q̃ sapiẽtiã.Qd cũ huiusmodi sit, post hęc nil
desiuit Celsus ei cõuiciari q Christianã pfite
tur & prędicat religionẽ: de eoq̧ haud secus
sentẽtiã tulit,ac ridicula quædã edisserat:cũ
interea nec vlla pferat argumenta,neq̧ aper
tius exprimat quę dixerat irridẽda:& dũ pla
ne conuiciat̃,sapientẽ neminẽ dicit doctrinæ
huiusmodi obœdire,etsi alioqn velut a mlti
tudine sit ipsa illectus ad hanc concedentiũ.
Et haud secus hac ĩ re agit,ac solet q dixerit
ob imperitoꝶ hominũ turbam q legibꝰ ipsis
regãtur,sapientẽ neminẽ fore q Soloni obtẽ-
peret,vel Lycurgo,Zaleucoq̧ vel cęterorum
huiusmodi cuiq̃ obsequat̃,psertim si ex vir-
tute sit institutus. Quẽadmodũ em̃ istoꝶ sin
guli,vt expedire est visum,& leges tulere, &
enixe oĩa factitarũt vt institutis & legibus
irretirent:sic deus q in Iesu vniuersis morta
libus statutas detulit leges,sapiẽtia cõmuni-
tus hoc agit vt hi possint vtcũq̧ ad meliora
traduci.Cuius rei,vt superius diximꝰ, haud
quaq̃ ignarus in Moyse deus sic inqt: Ipsi ve
ro irritauerunt me in eo qd nõ est deus,& in
abominationibus ad iracũdiam cõcitauerũt:
& ego prouocabo eos ĩ eo q nõ est populus,
& in gẽte stulta irritabo illos.Id ipm̃ & Pau-
lus nihil ignorans,sic dixit,Quæ stulta sunt
mundi elegit deus,vt cõfundat sapientes:cõ
muniter sapiẽtes hos nũcupãs,qui etsi litera
rum in studiis profecissent, alioquin ad mlti
plicem deoꝶ,qd impium est,cultũ reciderit.
Quippe cũ se dicerẽt sapiẽtes,insipiẽtes sunt
facti : & cõmutauerũt gloriã incorruptibilis
dei,ĩ similitudinẽ imaginis corruptibilis ho
minis & volatiliũ & quadrupedũ & serpẽtiũ.
F Illud pterea crimini Celsus docẽti Iesu ascri
bit,qa quasi stultos quosdã cõquireret quos
erudiret.Sed oblatranti ipsi sic respõdebimꝰ.
Quos em̃ tu dixeris stultos? quãdoquidẽ im
probus q̃sq̧ stultitię potest ĩsimulari. Si igit̃
qui demẽtiores sũt & vesani, stultos mox nũ
cupaueris:ipse ergo qui homines ad philoso
phiã deducis,stultos ne q̃ris quos ad philo-
sophandũ inducas,an prudẽtiores quosdã &
graues viros? Atqui nequaq̃ poteris sapiẽtes
inducere,nimirũ qui iãpridẽ philosophent̃,
& sapiãt.Fit ergo vt improbi sint ad philoso
phiam ducẽdi.Si improbi, consequẽs erit vt
stultos & insensatos requiras.Si tales ad phi
losophiã hoĩes deducẽdos reqris,ergo & stul
tos quæras necesse est.Ipse vero etsi demẽtes
quosdã,demẽtię id nomẽ sortitos,conquirã:
haud secus egerim,ac solet clementior medi
cus q morbo affectos,vt opẽ his afferat & sa
nitatẽ restituat,diligẽter pquirit. Q; si insen G
satos hos dixeris,qa neq̧ solertiores sint,nec
in re vlla exerciti , sed hominũ mõstra potiꝰ
videant̃:respõsurus eqdẽ sum,vel hosce ho-
mines me enisurũ pro viribꝰ meliores effice
re,nec velle tamẽ ex his Christianoꝶ cœtus
cõflare:quippe qui diligẽtiores semper perue
stigauerim,& acriori ingenio viros,qui cõse
qui possint ęnigmatũ apertiorẽ sentẽtiã,& ea
percipere,q̃ subobscurius cũ in lege sunt , tũ
in prophetis & euãgeliis enarrata:q̃uis hæc
ipse perinde ac nihil in se cõplectantur qd di
gnũ sit memoratu,& cõtẽpsisti & aspernatus
es,cũ nihil interea latentẽ in his,& recõditũ
sensum discusseris,nec ad eoꝶ qui hęc cõscri
psere puadere voluntatem & sensa tẽtaueris.
Cũ aũt deinde inquiat Celsus persimile quid
dam hunc facere qui ad Christianã religionẽ
instituat, atq̧ is solet qui sanitatẽ corporibꝰ
operaturũ se pollicet̃,prohibeat tñ his quibꝰ
medeat̃,ne medicę artis peritioribꝰ vacẽt,ne
sua tãdẽ inscitia arguat̃ & pateat: Ad hęc il
lud dicturi sumꝰ.Heus tu, quosnã dicis hos
medicos,a qbꝰ priuatos quosdã & rudes, ne
eos adeãt,coercemus? Nõ em̃ velim ea te su-
spicio subeat,vt cũ alios ipi ad Christi doctri
nam hortamur sectãdã,ad philosophos istos
vspiã deduxisse subide hos ipos medicos pu
tes,a qbꝰ eos nos arceamꝰ,quos ad dei disci-
plinã vocarimus.Siue igit̃ subticeat Celsus,
cũ nullos habeat quos pferat medicos , siue
ad idiotas & rudes cõfugere oĩno cogat̃,qui
de deoꝶ multitudine seruilẽ in modũ pmul-
ta circũferant,& eloquant̃,vel alia quęuis,vt
hoĩes assolẽt imperiti,effuderint : vtrinq̧ tñ
arguitur , frustra illd vt diceret desumpsisse
nescio quos Christianę fidei istructores a pi-
tioribꝰ medicis nos arcuisse. Q; aũt ab Epi-

curi philosophia, & Epicureis medicis sectādis eos auertimus, qui in his plane falluntur: quo pacto non iure optimo id facere videamur cū a grauissimo morbo illos subtrahimus, quē vel ex Celsi sententia medici ingessere, q̄ diuina prorsus sublata prouidentia, voluptatē tāq̄ summū bonū induxerint? Sed cōcedaē, vt
A eos quos ad nostrā doctrinā hortamur, a philosophantibus medicis arceamus, q̄ Epicureorū more & prouidentiā tollūt, & deos affirmāt nihil humana curare: quo pacto tū non pios ipsi hos reddimus, & ad sanitatē reducimus, qbus plane persuademus, & curę esse se deo: & grauioribus qbusdā ex his q̄ philosophorū dicta putanē, afflictatos vulneribus liberamus, q̄ fidē nobis præstiterint? Esto ꝑterea vt alios a Stoicis medicis subducamus, corruptibilem inducētibus deū, vel eius essentiam asserentibus corpus esse in cūctis mutabile, & qđ transformari quādoq; possit, affirmātibusq; nonnūq̄ esse oīa corruptioni obnoxia, deo dūtaxat excepto: Cur igitur nō hisce ex malis eos nos sum⁹ vindicaturi, quos dicto audientes habemus: & ad piam doctrinā sic deniq; inducturi, vt deo oīpotenti se tradāt, & demirenē Christianę disciplinę parētē, qui & clementissime ad se oēs cōuertat, & ad animarū ꝑfectū doctrinā parauerit, in hominū genus omne dispersam? Nec secus & eos curamus, qui medicorū quorūdā philosophantium persuasu ea sunt vesania perciti, vt credāt animas in alia atq; item alia corpora cōmigrare: cū illi quidē humanā naturā abiectiorē adeo facerēt, vt vel ī bruta nōnūq̄ animantia illas cōmeare affirmēt. Cur enim nō
B meliores animo reddimus, q̄ Christianę doctrinę huic obsequunē, q̄ vtrīq; tradat nil improbo ad suppliciū id cōcessurū, si vel sensu careat vel ratione: ostēdatq; eē nōnullas medelas, quę reuocent plane ꝑ deū in improbos illata supplicia? Huiusmodi eīn q̄ prudētius vitā duxerint Christiani cū sentiunt: simpliciores quosdā haud secus instituūt, ac solēt parētes, desipiētes admodū filios. Haudquaq̄ igiē ad insipiētes & stultos & agrestes quosdā ipsi cōfugimus, his inclamātes, vt Celsus delirat, fugite medicos, vel cauete ne qs vestram scientiā carpat: nec illud ipsi asserimus prauā esse sciētiā. Nō eīn adeo insanimus, vt sciētiā astruamus hoīes ab aīæ sanitate subducere, nec disperditū iri quēpiā per sapiētiā dicimus: nec inter docēdū, nobis vt vacēt & intentiores se prębeant cōmonemus, sed deo oīpotēti vt animū intēdant cōmonefacimus & Iesu ipsi, q̄ ea nos doceat quę ad dei pertinēt documēta. Nemo aūt nostrū tātopere insolescit, vt suos familiares eiusmodi alloquatur: Ipse solus salutē oib⁹sum allatur⁹: cuiusmodi Celsus cęlestis doctrinę pceptoris psonę dicēda īposuit. Aduerte igiē quātis in rebus nostra carpēdo hic mētiaē. Non eīn ipsi illud astruim⁹, veros medicos, eos corrūpere & vitiare, quos se curaturos polliceāē. Quin & scđm aliud quoddā cōtra nos pducit exēplū, persimile inquiēs aliqd q̄ inter nos docendi munere fungiē factitare, qđ & temulētus quispiā solet, q̄ vbi se ad ebrios cōtulit, q̄ sobrii sint temulētię arguat. Atq ostēdat velim (vt ita dixerim) ex Pauli scriptis, mero maduisse hūc ipm Iesu apostolū, nec sobrie & ꝑ pērātet locutū: vel ex his quę Ioannes cōscripsit, nō cōtinētioris esse, & quauis nequitiæ temulētia liberi hoīs sensa, q̄ ille efflauerit.
Nullus ergo cū sobrius sit, & ad Christianā C instituat disciplinā, ebrietate afficiē. Sed imprudēter nūc Celsus, nec sane ꝑ philosophi dignitate, nobis hæc obiicit. Quos enim ipsi Christianorū dogmatū assertores, q̄ sobrie viuāt & cōtinēter, culpam⁹, pferat Celsus si libet: cū ad nostrā poti⁹ opinionē madere vino illi videnē, q̄ inanimata q̄dā & plane īsensibilia, haud secus ac deū appellāt & alloquūtur. At qđ vino madere hos dixerim⁹ q̄n potius furore perciti ad phana pcurrunt, & ad simulacra ipsa procūbūt, vel animātia quędā & bruta adorāt. Neq; ii qđē minus insaniūt qui in deorū honorē, quos haud dubie esse & deos credūt: ea putant parari, quę per vanos quosdā & improbos viros forsitan fabricanē.
Deinde Celsus, q̄ apud nos doceat, cęcutiēti D cuiq̄ cōparat: qui vero q̄ docenē edīscūt, his qui luminibus capiūtur: & illud se cęcutientibus crimini dare affirmat, q̄a cū oculorum acie valeant: perinde ac cęcis oculis sint, a cęcitate minime cōualescūt. Verū quosnā alios ipsi ꝑter gentiles dixerimus cęcitate hac laborare? Siquidē ex tāta rerū magnitudine, & mūdi hac mole, & pulcherrima eorū quę cōdita sunt structura, suspicere nequeūt & cōtēplari, eū dūtaxat adorari oportere & coli & admirationi esse, q̄ vniuersa ista cōdiderit: nec qcq̄ eorū q̄ apđ hoīes sunt cōparata, siue in deorū honore accepta, colere iure quēpiā posse, siue cū cōditore vna hęc ipsa coluerit, siue minus. Nā cōferre q̄ cū infinita celsitudine illa nihil sunt cōferēda (quippe q̄ oēm superet cōditarū rerū naturā) hominū est mēte & aīo plane cęcutiētiū. Nō eīn aliter cęcutire hos dicim⁹ vel penitus excęcatos, q̄ perspicaci sunt visu, nisi q̄a deum ignorēt, & ad deo

rũ phana & simulacra, siue ad ea sacra q̃ Hie
romeneas hi dicunt, ferunt̃ p̃cipites. Sic sane
& mẽtis cæcitate hos captos fatemur, & tũc
pręcipue, cũ ad eoꝝ impietatẽ accedat & sce
leratior vita: quãdo qd̃ factu sit laudabile mi
nus cõquirãt, sed quę pudẽda sunt factitent.
Proinde cũ tantarũ rerũ nos incusauerit Cel
sus, cui animo inerat ea nũc aperire, perinde
acsi & alia habeat q̃ dicere contra nos possit,
silẽtio tamẽ hęc se pręteriturũ pręrendit: quę
E vero dicit huiusmodi sunt. Ea vero ĩ his du
xerim ĩcusanda, ne vniuersa istoꝝ errata enu
merẽ, & in hoc delinquere plurimũ hos affir
mauerim, ꝙ hoĩes tẽtãt superuacanea quadã
expectatione, & prauos qdẽ ad Deũ traduce-
re, & vt potiora cõtẽnant his suadẽt, tanq̃ si
ab istis desciuerint, q̃maxime sit conducturũ.
Vel ad hęc qdẽ ex eorũ respondẽdũ est actio
nibus q̃ ad Christianã se cõferunt religionẽ.
Nõ eñ improbissimi quiq; tã facile Christia-
nę doctrinę subdunt̃, q̃ simpliciores quidã &
recti, & vt pleriq; hos dixerint, graues aliqui
& modesti. Hi nãq; suppliciorꝝ denũciata for
midine, q̃ & maxime mouet, & ab his vt ca-
ueãt admodũ exhortat̃, quoꝝ gratia ĩferunt̃
tormẽta: enixe adęo dedere se totos Christia
nę disciplinę nitunt̃, tãtopeq; nostra hac ipsa
detinent̃ doctrina, æternas veriti pœnas q̃ p
hãc explicant̃, vt tormẽtoꝝ genus omne ĩ se
a quouis hominũ vl̃ cũ dolore multiplici ad
inuẽtũ admouerí plane cõtemnant: quoꝝ ad
hęc toleranda animi prõptitudinẽ, nemo ho
minũ q̃ recte sapiat, ad improbã spectare vo-
lũtatẽ asseuerauerit. Quo eñ pacto q̃ ea quæ
nequiora sint velit: ad cœlibatũ se & cõtinen
tiã exercebit, vel sua egentibus impertietur?
Sed nec dei timor, ad quẽ cõsequẽdũ vt mul
tis perutilẽ, vel nostra hæc ipsa doctrina eos
hortatur qui nondũ quiuerint dei ob gratiã
quid sit eligendũ spectare: nec quẽadmodũ p
summo bono & supra omne qd̃ pmitti p ho
F minẽ possit sit ille habẽdus. Q; si q̃s supstitio
nẽ potius credat q̃ prauitatẽ inesse Christia
nę doctrinę, & hãc eo incuset quia supstitio-
sos efficiat: dicturi ad hunc ipsi mox sumus.
Vt eñ rogãti cuiq̃ virũ q̃ tulerit leges, opti
masne ciuibus dederit, hunc in modũ respõ-
deat aliquis: nõ eũ quæ optimę essent tulisse,
sed q̃ potuerit optimas: *Sic* & p Christianæ
disciplinæ dici poterit auctorẽ, quoad licuit
multis ad morum rectitudinẽ potiora q̃dam
se statuisse, dedisseq; documẽta quę p̃ cęteris
meliora sunt visa: dolores quosdã nec simula
tos, sed certiores & necessarios delinquẽtib⁹
cõminãdo, & supplicia ad renitẽtiũ & perui-
cacium correctionẽ, qui nil prorsus intelligant
quid sibi velit q̃ tormẽta hęc inferat, quidve
doloꝝ & cõminatio illa: qui vtiq; vt cõferãt
verius per nostros hoĩes explicãtur. Nõ igit̃
improbos quosdã subducũt q̃ Christianę do
ctrinę pręconiũ faciũt, nec deo ipsi conuicia-
mur, quippe q̃ de eo q̃ vera sunt explicemus,
& quę multis qdẽ apertiora vidẽtur, cũ alio-
quin nõ ita his pateãt, ac paucis illis ĩnotue-
rũt, qui ea sapere q̃ huius doctrinę sunt, stu-
deãt. Sed cũ inani expectatione & spe quadã G
supuacanea q̃ ad Christianã religionẽ se cõfe
rũt, falli & circũueniri Celsus affirmet: huic
quę de vita illa beata tradũtur calumnianti,
carpẽtiq; qd̃ nobis est cũ deo cõmune, sic re-
spõdebimus. Heus tu, quãtũ in te est, iani spe
vel hi subducũtur, qui ea q̃ Pythagoras ipse
& Plato de aĩa differunt, quoq̃ pacto admise
rint, quẽadmodũ ad cęli queat hæc culmina
peruolare, & in supercęlestibus locis spectare
feliciũ spectatorũ spectacula. Quin & secũdũ
te Celse q̃ vel animę perpetuitatẽ suscipiunt,
& ita viuũt vt heroes tãdẽ efficiantur, & cũ
diis versent̃: vana spe seducantur necesse est.
Sed velim nũc Celsus suã sectã nihil dissimu H
lando, quin potius Epicureũ se plane fatẽdo,
vel ea insup impugnãdo quæ tã p Græcos q̃
Barbaros de aĩa quẽadmodum perpetua sit,
& immortalis, siue de mẽtis ĩmortalitate nõ
negligẽtius disputant̃, ostẽdat de his inania
dici, & spe falsa seduci q̃ ista crediderint: quĩ
vero eadẽ secũ & sentiãt & philosophentur,
inani hac spe prorsus vacare, siue cũ ad opti
me sperãdũ inducũt, siue qd̃ Celso magis est
cõsentaneũ, nil cuiq̃ spei reliquũ fecerit: vbi
& aĩam dicunt oĩno corrũpi. Ni forte Celsus
& Epicurei ipsi nõ vanã spem esse affirmẽt, q̃
in voluptate cõsistat. Hęc eñ ipsoꝝ est finis,
& p eorũdẽ sentẽtia, optima corporis valetu
do p summo bono habet̃, & aliud q̃cq̃d hic
pro certo speret̃. Nec putes forte me min⁹ p
Christianę doctrinæ dignitate, dum interea
Celso respõderim, pduxisse philosophos q̃ de
animę immortalitate, & ꝙ post mortẽ illa sit
permãsura, disseruissent. Quibuscũ q̃a cõmu
nia q̃dã habem⁹, opportune nũc demõstraue
rim quẽadmodũ vita illa futura, his solũ sit
obuẽtura hoĩb⁹, q̃ secũdũ Iesum, & dei cultũ
susceperit, & ĩ deũ rerũ oĩm cõditorẽ pietatẽ
syncerã & puriorẽ seruãdã eẽ cẽsuerit, nil tñ
reb⁹ vllis creatis ĩmixtã. Verũ q̃nã sũt illa q̃
& potiora sint, & vt aspnent̃ hoĩes suadem⁹:
ostẽdat q̃ velit, opponatq;, & cõtra earũ rerũ
statuat finẽ, q̃ talis sit q̃lis iuxta nos est apud
deũ in Christo, hoc est apud verbũ & sapiẽ-

tiam,& oēm virtutē:quive ex his sit beatior
finis futurus,qui innoxiam & purā duxerint
vitā, & illis insup obuēturus, qbus charitas
inseparabilis qdā insit erga deū omnipotētē
suscepta,& inabscissa inhæserit: Et sane dei
munere singulari, noster hic finis cuiusuis
philosophicę sectę,tā Grecoꝝ q̄ Barbaroꝝ,
vel earū rerū quas mysticas eē hi pollicenť,
metas quasq̃ & pfinitas oppugnatur⁹ occur
A ret.Demōstret ꝑterea vel iuxta alios quosdā
quis destinatus sit finis,vtrū nostro hoc po
tior:& quēadmodū illoꝝ forte cōmodior,no
ster vero diuino muneri nil penitus cōgruat:
neq̃ his satis sit cōsentaneus q̄ rectius vixe
rint:vel quasi nō ex spiritu sancto pdierit, q̄
animas prophetarū puriores imbuerit: qbus
vel ea sint edita,q̄ p nos pferunť.Arguat de
mū alius qspiā,si modo id animo sedet,apud
hoies vulgatos sermones his dictis quoq̄ pa
cto prēstare, quę & diuina esse apertius inno
tescūt,& diuino instinctu enūciata: quę vtriq̃
vel his potiora vbi hoies ipsi admiserint, vt
rectius degant instruimus.Si eñ id dictu nil
grauius fuerit, hinc liquido patet nil posse
vnq̄ excogitari qd esse satius possit,q̄ oipotē
ti deo se vt quispiā credat,& ei se disciplinæ
addicat:q̄ plane a qbusuis rebus creatis seiū
gat,& p animatū viuēsq̃ verbū, qd vtiq̃ &
viuēs est sapiētia, & dei insup filius, ad vni
uersorū deū traducit.Sed cū in his hactenus
satis sit Tertius Liber ea cōplexus quæ Celsi
scriptis respōdēdo perscripsimus: dicēdi hic
facimus finē,enixe deinceps persecuturi quæ
Celsus subsequenter conscripserit.

LIBER QVARTVS.

B IN TRIBVS Superioribus
libris facer Ambrosi ea cōple
xi sumus quę nouimus Celsi
scriptis obiici potuisse. Nūc
vero quartū subiungimus,
vnū illud p Iesum, deū pca
ti, vt ea nobis in respondēdo verba suppedi
tētur:de qbus apud Hieremiā id scribiť, tāq̄
ad prophetā deus hūc in modū loqueretur:
Ecce dedi verba mea in ore tuo,ecce cōstitui
te hodie sup gentes,& sup regna,vt euellas,
& destruas,& disperdas,& dissipes, & ædifi
ces,& plantes.Indigemus eñ hoc tēpore ver
bis,quę tollāt protinus cū Celsi scriptis & si
millimas alioꝝ sententias, quę veritati obsi
stūt,& animā iactura nō mediocri afficiunt.
Est ꝑterea nobis necesse,vt ea excogitādo in
telligamus,quę quāuis falsę opinionis stru
cturā suffodiant,& demoliātur, & scriptorū
Celsi machinā subruāt:quę profecto nihil est
eoꝝ absimilis ædificii,qui mutuo hęc collo
quūtur: Venite ędificemus nobis ciuitatē &
turrim,cuius cacumē ptingat cęlū. Nec se
cus & sapiētia nobis est opus, quæ sublatam
oēm reuellat aduersus dei sciētiā,altitudinē
& Celsi in nos elatioris depdat superbię subli
mitatē. Deinde cū nobis nō eatenus sit desi- C
nendū,vt ea quę diximus euertendo penitus
auellamus: sed vel eoꝝ in loco quæ fuerint
auulsa,planta nobis alia qdā pro dei cultura
sit imponēda:& p his q̄ fuerint effossa,inędi
ficanda dei structura,& diuinę gloriæ tēplū:
idcirco & nobis dñs ille pcādus est qui ea cō
tulerit quę sunt in Hieremia cōscripta:vt &
nobis verba cōdonet,qb⁹ vel ea quæ Christi
sunt possimus extruere,& prophetarū dicta
congruentia legi plantare. Est & illud nobis
pręcipue necessariū,quādo & his quæ in su
perioribus libris disseruit Celsus, vel ea in p
senti subiūgat quæ deinceps est & subsequē
ter dicturus:illud plane vt confirmemus,de
Christo cūcta fuisse iampridē & iure denun
ciata.Nam cū vtrisq̃ simul Celsus hic instet:
Iudęis quidē negātibus venisse iam Christū,
alioquin venturū sperātibus:Christianis ve
ro vt q Iesum apertissime fateantur Christū
esse de quo prophetę pdixerint, & in mūdū
iam prodiisse:sic inquit. Qꝛ autem Christia- D
norum nōnulli,& Iudęi quidā, partim descē
disse,partim descensurū ad terras deū quēdā
seu dei filiū, eorū quę in terris sunt iudicem
dicant, turpissimum est: nec sane multis est
opus,vt dictum id refellatur. Videtur hic
haud dubie non de Iudæis quibusdā:sed de
oibus dicere,q descēsurū quēpiā opinenť ad
terras:de Christianis insup q eorū nonnulli
descēdisse affirmēt, eos ostēdit q ex Iudaicis
scriptis colligūt Christi aduētū:quēadmodū
ad hoies ille iāpridē cōcesserit. Et videť qdē
is esse nō nescius prauę quorundā opinionis
& heresum:Christū Iesum eū esse negātiū de
quo pphetę tā multa pcinuerint.Sed satis iā
supra & plęraq̃ sumus cōplexi, vt Christus
sit prophetarū vaticinio comprobatus:vnde
quę abūde dici hac in re possent, nil repero,
ne longior forte sim in dicēdo. Aduerte autē
q si vel apparenti saltem aliqua rerū sequela
refellere fidē hic voluisset, quæ prophetarū
vaticiniis ea in re adhibetur,vtrū venturus
sit an olim aduenerit Christus: essent haud
dubie prophetię huic explicādæ,quibus vbi
disceptatio īcidit,Christiani nos vtimur, &
item Iudęi.Sic forsitan videretur eos Celsi

cōuincere, qui ad eius opinionē suasionibus
quibusdā ferūtur: & plane auertere ne dictis
ꝓpheticis assentirent, nec Iesum ex prophe-
tarū vaticiniis crederēt. Nūc vero siue quia
nequeat prorsus ꝓphetiis occurrere quæ de
Christo habenť, siue quia (qđ pcipuū est) mi
nus hic tenear quęnā sint quę de Christo per
prophetas iāpridē denuncieuť: nullū profert
D prophericū dictū, tametsi de Christo inume
rabilia pdicenrur: quin & carpere quæ ꝓphe
tæ prędicauerint arbitrať, cū nihil interea si
mileˢ veri ex prophericis hisce depromat. Nō
eñ intelligit quēadmodum nō multū Iudæi
affirmēt descēsurū Christū qui deus & dei fi
E lius sit, vt supra iā explicauimus. Cūq̧ Chri
stum eūdem hic dicat tanq̄ arbiter ęquitaris
per nos quidē vt descēderit affirmari, per Iu-
dęos vero vt descēdat omnino futurū: vel ex
eo culpādū esse id dictū existimat, pinde atq̧
impudentissimū sit, nec longa indigeat repre
hēsione: inquitq̧, Quid eñ deo inerat animi
vt ita descenderet? cū minus videret ea mēte
ad homines hūc descēdisse, vt i primis, qđ in
Euāgeliis tradiť, amissas Israeliticę dom⁹, &
perdiras oues ad se cōuertēdo reduceret: ꝗdei
de vt Iudęis ipsoꝝ ob cōtumaciā, qđ dei dici
tur regnū eriperet, & aliis cultoribus trade-
ret: & Christianis quidē, qui & priscos illos
Iudęos probitate excederēt, & fructus diuini
regni redderēt deo tēporibus singulis, opera
scilicet, q̄ imperii diuini huius sunt fructus.
Nos vero e multis perpauca quidē ad ea re-
spondimus quæ quasi rogando sic intulerat
Celsus: Quid eñ animi inerat deo, vt ita de-
scēderet? moxq̧ vel ea q̄ neq̧ per nos, neq̧ per
Iudęos ipos tradūtur, sibi ipsi decernit sic in
quiens: Nū idcirco ille descendit, vt humana
ista perdisceret? Nostrū vero nemo id dixerit,
idcirco Christū ad hanc vitā venisse, vt rerū
humanarum notionē haberet. Deinde veluti
astruerēt quidā eo se Christū ad homines cō
tulisse, vt mortaliū assequeretur cognitionē,
id cōtra ille subiūgit: Non eñ ille oīa norat.
F Et paulo post, perinde ac his respondentibus
nosse hūc oīa, rursumve subdubius & hæsi-
tās rogat. Si ergo vniuersa illi sunt cognita,
non tamē vniuersa hęc corrigit, nec licet illi
pro eius diuina potētia alios i viā reducere.
Vel hæc quidē temere loquitur. Semper eñ
ei⁹ doctrina Iesus per generationes singulas
sanctiores animas permeante, cōciliāteq̧ deo
q̄plurimos, & prophetas reddente nōnullos:
eos & corrigit, & ad rectiora traducit, q isto
rū dicta perceperint. Nec secus & in Christi
aduētu per Christianā disciplinā ad potiora
cōuertit, nec tamē inuitos, sed eos qui opti-
mū vitæ genus delegerit, & deo pergratum.
Nec plane intelligo qualem emēdationē hic
exigens hęsitabūdus id quærat: Num nequit
homines de⁹ pro sua virtute ad meliora tra
ducere, si natura ad hęc neminē destinet? Vo
luisset hic ergo hoīes, dei quodā istinctu, vbi
simul ille humano ex genere nequitiā sustu-
lisset, & virtutem ingereret, ad potiora dedu
ctum iri. Sed quęret alius, verū id naturę cō- G
sentaneum fuerit, & fieri iuxta hāc possit, an
minime? Nos vero illud dixerimus. Esto, fieri
id liceat: verum vbinam illud qđ in nostra est
potestate, & pnior ille & laudabilis ad veri-
tatem assensus, vel suscipiēdę illa falsitatis re
pudiatio? Q₂ si semel fieri posse id concedať,
& decēter fuisse aliquādo effectū: cur nō po-
tius & in primis id quispiā quęrat, vt eadem
dicat q̄ Celsus pdixerat: Num deo nīl licuit
pro diuina virtute hoīes vt ea cōditiōe crea
ret, ne essent de cętero ob vitia castigādi, sed
suapte natura solertiores vt redderet & pfe-
ctos, ita vt nīl qppiā eos vel a principio sub-
iret neqtię? Sed dicta hęc rudes aliquos arti-
pere possent & imbecillos, nō tamē eū qui &
rerū naturā peruideat. Nam si virtuti liberā
volūtarē ademeris, mox eius simul & substā-
tiā sustulisti: sed i his ea oīs materia necessa-
ria est, in qua non pauca de prouidētia Græ-
cos philosophos cōstat disseruisse: qui tamē
haudquaq̄ illud asseuerauerit, qđ Celsus sic
inquiēs protulit: Vel si minus deū id fugiat,
nil tamē castigat, nec valet ille p diuina eius
potētia ex improbis reddere probiores. Nos
vero multis in locis hisce de rebus vt licuit
disputauimus: & eadem hæc sacrę literæ his
patefaciūt, q audiēdi prę se patiētiā tulerint.
Sed illud iam explicabitur, qđ nobis ipsis & H
Iudęis obiicit Celsus: & hunc equidem mox
ita rogauerim. Heus tu, nouit ne qui cunctis
pfidet deus, quæ apud homines fiūt, nec ne?
Atqui si deum esse, & prouidentiā tandē sta
tueris, vt tua pręferunt scripta, erit omnino
necesse vt humana ista pnoscat. Si horū ha-
bet hic notionē, cur ea non corrigit? An no-
bis tātū reddenda ratio est, cur deus qui re-
rum sit humanarum non nescius, nil tamen
faciat hos meliores? tibi vero ex scriptis non
admodum Epicureum præferenti, sed dissi-
mulanti prouidentiam scire, non ęque id vi-
cissim obiicieť, cur de⁹ etsi ei notiora sint ista
humana, nil tñ hęc ad rectiora traducit, neq̧
p ei⁹ diuina virtute a vitiis vindicat vniuer
sos? Verū nec illud qdē pudebit nos dicere,
deū semp ad homines, eos legasse, qui & hos

castigare & corrigere possent. Nã & sermones q ad meliora nos euocãt, deo suppeditãte inter homines fluũt: qui aũt deo ministrãdi funguntur officio, iampridem varii extitere: & constat quidẽ perpaucos esse qui pure admodũ veritatis prçconiũ exequãtur, vel integre hoĩes ad meliora traducant: cuiusmodi Moyses & prophetç fuere, & qui hos omnes longo interuallo excessit Iesus, dũ omnes ad rectiora cõuerteret. Cui pfecto nõ in aliquo orbis terrarũ angulo placuit vt mortaliũ aliquot ad sanitatẽ redirẽt: quin potius, quãtũ D in se fuit, vt salutẽ omnes assequerẽtur: quippe q idcirco in hũc mundũ cõcessit vt saluos A faceret vniuersos. Porro a nobis strenuissim⁹ Celsus, tãq̃ id affirmãtibus, deũ ad homines descendisse, subdubius quçrit: Si enim ad homines se cõtulit deus, sedẽ ergo reliquit suã: existimans cõsequens esse, quãdo quidem ad nos ille descẽdit, reliquisse & sedem. Non eñ hic dei potẽtiam nouit: queãdmodũ domini spiritus terrarũ orbem repleuerit, & qui cõtinet oĩa, habeat & vocis scientiam: nec illud sat potest mẽte cõcipere: Nonne cęlũ & terrã ego adimpleo? dicit domin⁹. Nec plane intelligit p Christiana doctrina in ipso nos viuere, moueriq̃, & esse, vt Paulus ipse apud Athenienses concionatus edocuit. Siue igitur vniuersorũ deus pro sua virtute cũ Iesu descendat ad homines, siue q apud deũ erat in principio verbum, & deus ipse cũ esset ad nos rãdem deuenit: profecto nec extra soliũ suũ is diuagatur, nec propriã deserit sedẽ: perinde E acsi locus aliqs detur ei⁹ psentia vacuus, vel B impleatur qui prius nõ eũ habuerit. Aduentat autem dei virtus, & Christi diuinitas, p quẽ illi placitũ fuerit, & in quo locũ inuenerit, locũ nil immutãdo: neq̃ hũc quidẽ destituẽdo, illũ vero implẽdo. Siquidẽ cum deum destituere quempiã dicimus, aliũ vero opplere: nequaq̃ de loco agi tũc demõstramus, sed praui cuiuspiam animã in vitia prorsus effusam, destitutã a deo iri fatemur. Eũ vero qui ex virtute velit & vitã ducere, siue qui in ea profecerit plurimũ, vel officiose iam viuat, arguimus plane spiritu diuino repletum, vel huius esse participem. Non igitur necessariũ fuerit in Christi descensu, vel cũ ad homines deus diuertit, eius vt celsior thronus vacu⁹ relinquatur, & quç in terris sunt immutenť, vt Celsus sic inquiẽs opinatur. Si enim in rebus humanis aliquid vnũ vel perexiguũ immutaueris, euersa mox tibi pitura sunt oĩa. Atqui si dici illud oporteat, ex diuina psentia, & verbi ipsius ad mortales aduẽtu futurũ vt aliquis immutetur: nequaq̃ affirmare nos illud pigebit; immutatione hac ipsa ex improbo frugi quẽpiã reddi, & ex impudico & perdito ad cõtinẽtiã ferri, & ex stolide impio ad pietatem traduci: qui verbi aduentũ, qd ex deo processerit, in se tota mẽte exceperit. Cçterum si vel his quç profecto irrisione C dignissima protulit Celsus, obuiam nos ire, volueris: aduerte quid inquiat. Quinetiã incognitus inter homines deus, & idcirco habere minus aliqd visus: vult quidẽ notior fieri, credulosq̃ atq̃ itẽ incredulos periclitari, vt solent qui nuper sibi diuitias peperere, cũ eas ostẽtant, maiorem quãdam & mortalem admodum dei munificentiam restificantur. Nos vero id affirmamus, prauos homines nullã habere dei cognitionẽ. Nec sane q̃ minus aliquid habere sit visus, vel imminutus esse appareat, voluit hic innotescere, & sui ex F notione vt prauis religiõib⁹ mortales erõl uerent: nec eos qdẽ q fidẽ sibi pstarent vel demerẽt forte, periclitãdi gratia, siue ineffabilĩ quadam & diuina potẽtia sese in quempiam veniẽs ingerit, siue Christũm suũ immittit: sed vt credẽtes ipsos, & qui eius diuinitatem animo cõplectuntur, ab ipietate quauis vindicet demũ: incredulis vero, neq̃s sit reliqu⁹ ad excusationem locus, perinde acsi eo minus crediderint qa quæ dei sunt, auditu minime percepissent, nec ad ea fuerint instructi. Quæ igiť ratio suadere nobis hoc potest, vt dictũ illud sit consentaneũ, deum quem ipsi astruimus, se haud secus habere ac nuperrime ditescẽtes, iactabũdi quidã & insolẽtes? Nihil eñ ad iactantiam deus nobis ostentat, dum libet ei vt suã excellentiam pernoscamus: sed beatitudo illa quç ei⁹ ex notione nostris illabitur animis, nobis vt innascatur dũ libet p Christum agit, & assiduũ verbi aduẽtũ, vt secum in gratiã redeamus. Nullã itaq̃ liberalitatẽ quç fragilis sit & mortalis, Christiana doctrina deo accenset. Nescio tamen quo pacto his D frustra obgarriens quç iam exposuimus, aliquãdo tandẽ id inferat: nõ sui gratia vt innotesceret necessariũ illi fuisse, sed nostræ salutis, se pernoscẽdũ exhibuisse: vt qui se demũ E admiserint, rectiores effecti salutẽ adipiscantur: q vero minus, vbi nequiores esse deniq̃ conuincerẽtur, pœnas luerent. His ille dictis expositis, vt hęsitans quçrit. Num ergo post tot secula deum tã sera subiit recordatio, vt mortaliũ vitam faceret iustiorẽ, dũ id prius neglexerit? Nõ enim constat o Celse voluisse deum hominũ vitã æquiorẽ iã reddere; quin illud ppetuo & diligẽter curauit, tradita ad

virtutẽ sectãdam occasione, vt rationale ani
mal ad ea quę rectiora sunt se tandẽ cõuerte
ret. Siquidẽ diuina sapiẽtia illa per ætates sin
gulas in animas ipsas illapsa, quas religiosas
& pias esse cõpererit: partim amicos deo con
ciliat, partim ꝓphetas facit. Reperiẽtur præ-
D terea & in sacris codicibus homines, q̃ & san
ctitate præstiterint, & sancti spiritus fuerint
capaciores, suopte ingenio pro virібꝰ ad po-
tiora deniq̃ diuertisse. Nec sane mirũ quibus
dam seculis extitisse prophetas in diuinitate
ipsa percipiẽda pręstãtiores: quia & vitã vno
eodẽq̃ tenore integriorem lõge duxissent, q̃
vel prophetę nõnulli sui tẽporis, vel superio-
res, vel posteri quidam iam duxerint. Nec se
cus haudquaq̃ debet mirandũ videri, & tem
pora q̃dam fuisse quibus pręcipuũ aliquid &
plane egregiũ sese ad hominũ vitã cõtulerit,
qđ vel maiores & priscos, vel posteros ipsos
E excelleret. Vt aũt ea q̃ de his disserunt, quẽ-
admodum arcanũ in se aliquid & profundiꝰ
habeant qđ nequeat prorsus imperitę multi-
tudinis auditũ pertingere, & ea vt oppugnẽ
tur & plane occursando tollant, q̃ de Christi
aduẽtu per Celsum ita obiiciũtur, Nũ demũ
post tot secula deũm tam sera subiit recorda
tio vt mortaliũ genus iustificaret, cũ priꝰ id
neglexisset! Dicẽdũ esset de gẽtiũ partitione,
aperiẽdũq̃ cur vbi diuisisset altissimus gen-
tes, & Adã filios dispersisset, illis terminos ꝑ
finiuit iuxta dei numerũ angeloꝝ, & dñi por
tio factus est populus eius Iacob, tabernacu-
lum hęreditatis suę Israel. Explicãda insuper
erit ad singulos terminos geniturę & causa,
vt quisq̃ sortitus est terminũ: & quemadmo
dũ merito portio sit domini factus populus
eiꝰ Iacob, tabernaculũ hęreditatis suę Israel:
& cur prius qdẽ portio fuerat domini popu
lus Iacob, tabernaculũ hęreditatis suę Israel:
De posterioribus vero, ad Saluatorẽ a patre
dicta hęc sunt. Postula a me, & dabo tibi gen
C tes hæreditatẽ tuã, possessionẽ tuã terminos
terrę. Sũt enim connexiones quędam, & con-
sequẽtiæ, quę nec dici hoc tempore possunt,
nec explicari, de dispẽsatione iuxta humana
F rum animarum veritatem iam habitę. Venit
itaq̃ vel Celso inuito, post multos ꝓphetas
Israeliticas res castigãtes, totius orbis instru
ctor Christꝰ, & castigator, nil prorsus ꝑ pri-
stina illa legis cõsuetudine, vel virgis aduer-
sus homines castigandos, vel vinculis egens:
quippe cui sat esset cõmonuisse, & illud doce
re, Exiit qui seminat seminare, vt seminet ver
bum vbiq̃. Si eñ aliqua incubuerit ætas quę
orbẽ hũc terrę necessaria q̃dam circũscriptio
ne describat, quemadmodũ & principiũ mũ-
dus habuerit, eoq̃ & finẽ huic aliqũ fore de
finiat, & vbi tandẽ esse desierit, iustius illud
futurũ de vniuersis iudiciũ inferat: erit qdẽ
necesse, vt q̃ ea de re disserẽdi studio teneaᵗ,
quibusuis argumẽtis confirmet quæ dixerit,
cũ sacris ex literis, tũ ex ipo oratiõis cõtextu
& sequela quadã productis. Oportebit ꝑter-
ea & q̃ simplicior sit, nec subsequi queat va-
riã admodũ sapiẽtię cõtẽplationẽ diuinę, sese
deo vt credat, & nostri generis Saluatori, &
hoc vno sit magis & solo cõtẽtus, Ipse dixit,
& facta sunt, q̃ re alia quauis. Deĩde rursum G
(vt assolet) Celsus nulla re cõfirmata, vel ar
gumentis certioribus patefacta, sic ĩquit. Q̃s A
aũt nec religiose quidẽ, nec pure de deo hæc
celebrãt, ꝑspicuũ est. Et putat quidẽ, vt vul-
go stuporẽ incutiamꝰ, ista nos facere, nec ve
ra de futuris suppliciis nũciare, quę omnino
sint delinquentibus inferẽda. vnde & his nos
similes facit, q̃ in Bacchanalibꝰ sacris imagi-
nem ꝑferunt mẽtiendo, & terrores inducũt.
De Bacchanalibus vero siue credibilia sint q̃
dicuntur, siue minus, velim Gręcos fateri, &
Celsum ipsum & eius complices audire. Nos
vero nostra tuẽdo illud fatemur, vnũ nobis
id esse propositũ, & animo pręcipue ĩsedisse,
vt genus humanũ ad ea q̃ rectiora sunt tra-
ducamus, siue supplicia cõminando, quę pro
fecto cõducere vniuersis necessario credimꝰ,
& fore patiẽtibus forsitan nõ inutilia: siue q̃
recte viuẽtibus ea iam promittuntur quæ in
regno dei beatiorẽ cõtinẽt vitã, illis seruatã
qui digniores sint quibus imperet deus. Post H
hæc volẽs ille nos plane arguere, nec mirãdę B
q̃ppiã rei nec nouę de aquarũ illuuie, & mũ-
di cõflagratione afferre, sed a Gręcis hęc vel
a Barbaris accepisse, qui ista prędixerint, ac-
ceptaq̃ nostris literis cõmendasse: sic inquit.
Succurrit aũt his vbi hæc ab aliis accepere,
quẽadmodũ lõgioribus circũactis tẽporibus
& siderũ reuolutionibus, vel in vnũ his co-
eũtibus, suscitari cõtingat incẽdium, & cli-
pses fieri, hoc ẽ solis lunęq̃ defectꝰ: vtq̃ post
vltimũ illud Deucalionis diluuiũ, tẽpoꝝ cir
cũactio ipsa secũdũ omniũ rerum vicissitudi
nem, incendiũ tãdem deposcat. Hęc sane hos
induxerũt, vt falsa capti opinione, deũ affir-
mẽt torquẽtis ad instar ignẽ inferre. Vel ad
hæc ipsi sic respõdebimus. Nescio eñ quo pa
cto qui & multa perlegerit, & multarũ se prę
tẽdat habere historiarũ cognitionẽ: nõ illud
& Moysi antiq̃tati adiecerit, qđ a Gręcis nõ-
nullis scriptoribꝰ memorię proditur, Inachi
hũc & Phoronei fuisse tꝑibꝰ: quippe quem &

Aegyptii vetustissimũ cõfitẽtur. Vel hi qdẽ
qui & Phoenicũ res gestas scripsere, nõ id ifi-
cias eũt. Legat q velit duos Flauii Iosephi li-
bros, quos de Iudęorũ antiqtate cõscripsit, vt
intelligat Moysen illis fuisse vetustiorẽ, q cõ
uersionibus tẽporũ lõgioribus, & qbusdã pe-
riodis, & diluuia fieri i mũdo, & incẽdia tra-
didere: a qbus alioqn accepisse hęc Celsus tã
Iudęos affirmat q̃ Christianos, & velut ratio
nis ignaros cur fiant incẽdia, dixisse descẽsu
rũ aliquãdo deũ i torquẽtis hoĩs speciẽ, ignẽ
A ferẽtẽ. Siue igiť periodi sint & tẽporũ reuolu
tiones, quib⁹ & diluuiũ fiat, & ardeat terra:
siue minus ista cõtingãt: etsi multis ex locis
id deũ verbũ vt minus fugiãt liquet, vel ex
his qdẽ quæ Salomon protulit: Qđ factũ est
id ipsum & faciendũ est, & huiusmodi aliis:
haud quaq̃ p̃sentis est tẽporis explicare. Sed
vnũ illud sat fuerit significasse, antiqssimos
viros cũ Moysen tũ prophetarũ fuisse nõnul
los, eosq̃ neq̃ ab aliis accepisse, mũdũ aliquã-
do tãdẽ cõflagraturũ: quinimmo si qs tẽpo-
rũ spatiis dimetiẽdis instituerit, fateať necesse
est ab his poti⁹ alios hęc accepisse: & cũ nul-
la certiori cognitione tenuerint posteri quæ
a priscis his dicerenť, cõmẽtos deniq̃ esse ex
tẽporũ quorũdã periodis, & ppriis qualitati
b⁹ idẽtitates, & his q̃ sibi accidere cõsueissent
p̃similes. Nos vero neq̃ diluuiũ ipm, neq̃ mũ
di incẽdiũ, cõuersionibus vllis, siue periodis
astrorũ ascribimus: sed horũ causam esse affe
rimus, nequitiã late diffusam, quam & Cata-
clysmus deterserit, & ignis sit in posterũ ab-
sumptur⁹. Deũ vero si pphetarũ voces descẽ
dẽtẽ fatenť, dicẽtẽq̃: Nõne cęlũ ac terrã ego
impleo? tropologice tñ illud accipim⁹. E sua
nãq̃ descẽdit hic magnitudine atq̃ fastigio,
cũ hominũ facta, & improborũ p̃sertim dispẽ
sat & moderať. Et quẽadmodũ vsu venit vt
pueris minutioribus cõdescẽdere p̃ceptores
dicamus: & adolescẽtib⁹ itẽ philosophos, &
alios quosdã puectiores nuperrime ad philo
sophiã inductis, cũ alioquin nõ corporaliter
hi condescẽdãt: sic etiã sicubi sacris in literis
diciť, descẽdit deus, siue ascẽdit, correspõde-
re id nosciť vulgatæ cõsuetudini, q̃ id nomẽ
B vsurpet. Cũ aũt velut irridẽs inquiat Celsus,
illud nos affirmare, tortoris i speciẽ deũ ignẽ
gestãtẽ descẽdere, & plane nos cogat ne pro
tẽpore altiora dicta scrutemur: vbi perpauca
quędã dixerim⁹, quoad possint auditores ea
paululũ degustare, quę i respõdẽdo Celsi ad
uersum nos tollãt irrisiones: ad ea postmodũ
diuertemus q̃ mox subsequenť. Asserunt eñ
scripta diuina, deũ esse ignẽ cõsumẽtẽ, & flu-
uios hũc ignis p̃cedere: quin & eũdẽ ipm ve
lut ignẽ conflantis incendere, & velut herbã
fullonũ, vt populum suũ deniq̃ conflaturũ.
Cũ itaq̃ ignis consumẽs deus ipse dicať, q̃rimus
quęnã a deo sint consumẽda: & nos qdẽ
nequitiã esse q̃ cõsumẽda sit affirmabim⁹, &
q̃ p ipsam patranť, & ea p̃terea q̃ tropologice
ligna, fœnũ, & stipula nũcupanť, velut ignis
cõsumpturus est deus. Supædificare igiť im-
prob⁹ diciť subiecto & rationabili fundamẽ-
to, cũ ligna, tũ fœnũ, tũ stipulã. Q, si dẽmon C
strare qs poterit q ista cõscripsit aliter longe
sensisse, & corporaliter improbũ illũ arguere
ligna, fœnũ supędificasse & stipulã: perspicuũ
erit ignẽ q ex materia cõstet & tactibilis sit,
posse intelligi. Si vero improbi opa tropolo-
gice capiũtur, quę ligna fœnũ & stipula sint:
cur non inde occurrat qualis ille futurus sit
ignis q ista sit absumptur⁹? inqt eñ. Vniuscuiusq̃
opus quale sit ignis probabit: cuius
opus pmãserit qđ supædificauit, mercedẽ ac-
cipiet: cuius vero opus cõbureť, detrimentũ
vtiq̃ patieť. Opus aũt quodnã aliud dicitur
igne absumptũ, nisi id oẽ qđ nequiter geriť?
Est igiť vt ipsi tradidimus, noster deus ignis
cõsumens: & haud secus incẽdet, ac ignis so-
let cõflãtis, in rationalẽ naturã deniq̃ deflu-
xurus, plumbo qdẽ & impurioribus metallis
refertã: quæ auri (vt ita dicã) argentive na
turã adulterant. Sic item ignis diciť & flu
uii deũ p̃cedere, qui nequitiã deleat, quę ani
mę sit vndequaq̃ immixta. Sed ad ea hęc ha-
ctenus, quę paulo ante hũc in modũ iecerat
Celsus. Hæc qdẽ hos coegerũt, vt falsa capti
opinione id affirmarẽt, descẽsurũ deũ torto-
ris in speciẽ ignẽ gestantẽ. Videam⁹ aũt quæ D
Celsus cõfidẽtissime subdit. Quinetiã (inqt)
altius plurimis argumẽtis oratio nobis repe
tẽda est: nihil eñ qđ nouũ sit affero, sed quę
maioribus nostris sunt visa: constat deum &
summe bonum esse, & summe felicem: si itaq̃
descendit ad homines, vt immutetur necesse
est, & ea immutatione, qua ex probo impro-
bus fiat: & ex felicitate ad infortuniũ rediga
tur: & cum optimus fuerit, ad summã nequi
tiã. quis sibi vnq̃ immutationẽ hãc deligat?
Tãetsi qđ fuerit mortale, & imutari, & trãs-
formari natura potest: imortale vero vt sem
per ita se habeat ac pri⁹ habuerat, necesse est:
nequaq̃ ergo immutationẽ huiusmodi susce
perit deus. Ad hęc vero respõdẽda nobis vi
denť, q̃ necessaria sunt explicaturis deinceps
qualisnã diuinis in literis dei ad hoĩes appel
letur descẽsus: in quo nil erit vt is immuteť
necesse, vt putat Celsus nos affirmare: nec

de bono ad malũ se trãsferat, nec de felicitate
ad infelicitatẽ, vel ex sũma bonitate ad extre
D mã nequitiã. Cũ em̃ perstet ille substãtia im-
mutabilis, humanis rebus puidẽtia cõdescẽ-
dit & dispẽsatiõe. Nos vero & diuina scripta
producimus, q̃ deũ tũc imutabilẽ astruũt, cũ
illud sic afferũt, Tu aũt idẽ ille es, & Nõ imu
tor, vt alibi. At Epicureorũ dii, q ex atomis
cõstãt, & quo ad illorũ cõpositionẽ solubiles
sũt: nitunt & atomos ipsos q corruptionẽ in
ducũt excutere, & a se pcul abigere. Nec sec⁹
Stoicorũ & de⁹, vbi ex corpore p hos cõstare
asserit, nõnunq̃ p tota substãtia mẽtẽ habet,
cũ ignis sit: nõnũq̃ vero ipsi⁹ substantię pars
aliqua dicit, cũ & mũdus eẽ deus is affirmet.
Nõ em̃ hi potuerũt naturalẽ dei mẽtẽ expri-
mere, quẽadmodũ sit incorruptibilis penitus
simplex & incõposita, & diuisionẽ nil patiat.
Descẽsus aũt ille ad hoies, in dei forma cõsta
bat: sed hũani generis gratia se ipm exinani-
uit, vt posset ab hoibus percipi, & cogitatiõe
cõplecti. Non em̃ a rectioribus ad deteriora
quędã illi facta est imutatio, quippe qui pecca
tũ nõ fecerit: nec ex honesto ad turpia, siqdẽ
nec peccatũ cognouerit: neq̃ ex felicitate ad
infelicitatẽ, sed se ipsum humiliauit. Nec mi-
nus tũc qdẽ beatus erat, cũ sese, vt nobis con
duceret, humilẽ fecit: neq̃ ex eo qđ optimũ si
bi inesset, ad summã nequitiã est hic immuta
tus. Vbinã gẽtiũ illud nequissimũ reputabit,
qđ bonitate fuerit & clementia præditũ! Nũ
forte & medicus aliqs, qa q̃ grauia sunt cir-
cũspiciat, & attrectet quę sint insuauia: haud
quaq̃ oĩno est euasurus quo minus in eadem
illa incidat & mala! At ille q animarũ nostra
rũ vulnera curat, & per deũ qui in se residet
verbo, nihil vnq̃ admisit nequitiæ, si corpus
mortale & humanã animam suscipit vt deus
verbũ & imortalis: Celso idcirco & imutari
posse videt & trãsformari. Perdiscat aũt veli,
quẽadmodũ verbũ hoc ipm substantia pma-
nẽs verbũ, nulli sit rei obnoxiũ q̃ corpus affi
ciat & aĩa: condescẽdẽsq̃ ei quãdoq̃ q nil re-
cti⁹ valeat, suæ diuinitatis claritatẽ, splẽdorẽ
q̃ intueri permittit, quoadusq̃ se ille capessat
quẽ compellãdo sublimẽ ad sui cõtẽplationẽ
erexerit, & queat tãdẽ suã principalẽ (vt ita
dixerim) & formã spectare. Sũt em̃ & in ora-
tione pinde formę nõnullę, vt cuiq̃ ad disci-
plinã quãpiã inducẽti dicẽdũ videt, q̃ ad ei⁹
habitũ faciãt q ad illã inducit, siue parũ pfe-
cerit hic, siue plurimũ: siue iã in pximo sit vt
E virtutẽ attingat, siue sit illã adeptus. Quo fit
vt nequaq̃ pro Celsi, vel ei⁹ similiũ volũtate
trãsfiguratus noster sit deus, sed i eminẽtiorẽ

mõtẽ ascẽdẽs, aliã quãdã p se ferret figuram
& suis discipulis patefaceret admodum lõge
pstantiorẽ atq̃ his qui inferius substitissent
sit visa, qa subsequi illũ ad altiora pgredientẽ
nequissent. Nõ em̃ inferiores hi oculos sunt
cõsecuti qui cõtueri transfigurationem hãc
possent ad tãtũ gloriæ & diuinitatis euectãi
cũ illũ vix quirẽt talẽ capessere qualẽ se oĩb⁹
præferebat. Fit itaq̃ vt p eos q de se potiora
illa intueri nil potuissent, ita scribat. Et vidi
mus eũ neq̃ speciẽ habẽtẽ neq̃ decorem, sed
species ei⁹ sine honore, & deficiẽs supra filios
hominũ. Hęc aũt quo ad Celsi opinionẽ pro-
tulerim, qui (vt est historiæ proditũ) immu-
tasse se Iesum, & trãsfigurasse nil itellexerit.
Quinetiã erit de hui⁹ mortalitate & immor F
talitate dicẽdũ: nõ em̃ Celsus hęc admodum
vel improbat, vel execratur: & eo psertim, cũ
plane, si quemadmodũ oportet noscãtur, ele
gãtiora haud dubie videbũtur, q̃ ea fuerint
q̃ de Baccho tradũtur, vt olim a Titanis sit
circũuẽtus, ab hisq̃ discerptus e Iouis thro-
no exciderit: & paulo post ei⁹ mẽbris cõposi-
tis perinde iam reuiuiscẽs inscenderit cælos.
An forte liceat Gręcis cũ de aĩa disserũt hęc
introducere, & pro arbitrio interptari: nobis
vero fores intercludent, quo minus explica-
re ea possim⁹, quę vndequaq̃ & quadrẽt, & si
bi sint cõsentanea, & diuino ex spiritu sacris
literis & purioribus animis exprimunt! Cel-
sus igit nil prorsus itelligit qd sibi nostrę lite
rę velint, quo fit vt suã potius q̃ sactorũ scri
ptorũ carpat sentẽtiã: at si teneret quæ[?] nã sint
in ęterna vita aĩam subsecutura, qdve de hu
ius substãtia sit, deq̃ principatibus sentiẽdũ:
haudquaq̃ eũ calumniaret, qui cũ immorta-
lis esset, ad mortale corp⁹ deuenerit: nõ quẽ-
admodũ Plato cõmẽtus est pro animarũ illo
ad alia corpa cõmeatu, sed cõtẽplatione alia
quadã & altiore: & sciret qdẽ ob id pręcipue
pro sua in genus humanũ eximia charitate
ad hoies hũc descẽdisse, vt Israeliticę domus
oues reduceret, quas sanctę literę pditas my-
stice meminerũt, & e mõtibus descẽdẽtes, ad
quas & pastor i qbusdã parabolis dicit descẽ
disse, relictis in mõtib⁹ reliqs q̃ minus errauis-
sent. Porro cũ Celsus his imoret quorũ pror
sus est nescius, nobis & causam pbuit q̃ dixi-
mus repetẽdi, cũ nihil libeat vel i ptẽ aliquã
eius dicta indiscussa relinq̃re. Inqt itaq̃. Aut G
em̃ i vero, vt isti affirmãt, i corpus mortale
hũc trãstulit de⁹, qđ vtiq̃ facere neqt vt di-
ximus: aut si trãstulit, pstigiis agit, vt specta
tores id credant, in errorẽq̃ inducit, & fallit.
Fallere vero & in errorem inducere, etsi inu-

quius sit:alioquin in medelæ partẽ ea re qui
velit vtatur,siue cũ amicis valetudine aduer
sa affectis,siue furẽtibus mederi cũ velit,siue
in hostes,cũ subterfugere periculũ malit. Ae
ger vero nullus,nec furẽs qspiã cũ deo amici
tiã init.Nõ eñ veret quẽpiã deus,vt p discri
A minis gratiam declinãdi,alios fallat. Vel ad
hęc qdẽ nõnulla sũt de diuini verbi natura,
qd verbũ esse deũ sat cõstat: nõnulla de Iesu
aĩa explicanda,& qd attinet ad verbi naturã
dicẽdũ. Quẽadmodũ.n.escarũ vis oĩs & suc
cus, ad infantis naturã in lactis liquorẽ ĩ nu
trice conuertitur:vel p medicũ aliqd in cibũ
ægrotãti parat,vt sanitatis recuperãdę neces
sitas exigit, & fortiorib⁹ itẽ in escã validius
aliqd:Sic nati verbi humanę aię deus virtutẽ
in hoĩes trãsfert,& impertit vt quisq; meritus
est:ita vt huic qdẽ, quẽadmodũ sacræ literæ
tradũt,lac rationabile & sine dolo virtus illa
efficiat:illi vero vt q firmior sit (vt ita dixe
rim) holus vt leuior cibus: alii aũt cuiq̃ pse
ctior & solida tradit esca.Nec sane verbũ sui
ipsi⁹ mẽtit naturã,cũ singulos alit,q se capes
sere possunt:nec ĩ errorẽ quẽpiã, vel ĩducit,
vel fallit. Q; si qs Iesu animã eo inquiat ĩmu
tari,qa in corpus se humanũ cõtulerit: roga
bimus quo pacto hanc dixerit immutatam.
Si eñ ei⁹ substãtiã ĩmutari affirmet:nequaq̃
id cõcedet,nec ĩ ea solũ id nõ posse cõtigere,
sed ne vel in quauis aĩa rationali mõstrabit.
At si aliqd pati a corpore animã dicat,qa illi
admisceat, vel a loco ad quẽ ipsa se cõtulit:
quid tñ ex eo poterit diuino verbo cõtinge
re,qd absurdius sit? quãdo qdẽ ex ei⁹ summa
clemẽtia humano generi Saluatorẽ demise
rit. Nõ eñ priscorũ hoĩm quispiã q medẽdi
artẽ psiteret,tãtũ vnq̃ habuit viriũ,quãtũ p
se Iesu hęc aĩa tulit ex reb⁹ ipsis p se mirifice
gestis:q̃ vltro nostri generis gratia,ad huma
nã sorẽ descẽderit. Hæc qdẽ cũ diuina scri
pta tenerẽt,q̃ multa & mltis ĩ locis edisserũt.
Sed cõtẽti ĩ psentia sumus, si Pauli vnũ id p
duxerim⁹. Hoc vnũ sapite in vobis,qd & in
Christo Iesu:q cũ in forma dei esset,nõ rapi
nã arbitratus est esse æqualẽ deo, sed seipm
exinaniuit formã serui acciplẽs,& habitu in
uẽtus vt homo:humiliauit seipm,fact⁹ obœ
diẽs vsq; ad mortẽ,mortẽ aũt crucis:propter
qd deus exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ qd
B est sup omne nomẽ.Sed alii id Celso cõcesse
rint, nequaq̃ deũ ad humanã naturã re ipsa
verbũ trãsferre,sed spectãtib⁹ efficere vt trãs
tulisse appareat.Nos vero credẽtes nõ pręsti
gias eẽ & eẽ apparẽtẽ, sed apertã & certiorẽ,
quæ de Iesu ad mortales aduẽtu traduntur:
nil prorsus subiicimur Celsi calũniis.Nihilo
minus ei sic respõdebimus. Cũ enim illud in
quias Celse,medelę in partẽ pmissum esse nõ
nũq̃ vt fallaciis & mẽdacio qsq̃ vtat:cur igit
fuerit absurdũ,si huiusmodi aliqd esset futu
rũ: vt qs curaret tale quippiã fuisse effectũ?
nã & dicta q̃dã mẽtiẽdo potius,quorũdã mo
res ĩmutãt,vt & medici scdm te assolẽt sæpe
morbo affectis mẽdacitet cõpellãdo lõge ma
gis cõducere,q̃ si vera q̃dã exprome ẽt. Sed
haud quaq̃ fuerit absurdius,vt q ægrotãtes
amicos curauerit,amantissimũ sibi humanũ
gen⁹ his ipsis vt curet medelis qb⁹ nõ a prin
cipio statim sit aliqs vsus, sed ĩ vitę discrimi
ne. Etenĩ furẽs olim mortaliũ genus ea erat
via curãdũ, quã Iesus verbũ ad resipiscendũ
vtilẽ fore puiderat. Ait preterea Celsus vel in C
hostẽ hęc quẽpiã facere, q subterfugere ma
lit discrimina:nõ eñ aliquẽ deus veret,vt de
ceptis q sibi insidias molirent,piculũ declina
ret.Sed erit pfecto supuacaneũ his respõde
re,& a rõne penit⁹ alienũ,q̃ a nemine de Iesu
dño pferunt: quãdoqdẽ & superius dixim⁹,
cũ aliis reb⁹ respõderem⁹, quę ad Celsi id di
ctũ mirifice facerẽt: neminẽ.s.q vel æger aĩo
sit,vel alio quouis furẽtis morbo affect⁹,ami
citiã cũ deo inisse. Verũ qs respõdẽdo id dixe
rit,haud quaq̃ amicorũ ægrotãtiũ causa siue
furentiũ,taliter hæc dispensari:sed ob animi
ægritudinẽ,& emorę natura mẽtis excessum
vt ex hostibus & infensis,deo acceptiores,&
amici reddant.Liquido nãq; delinquẽtiũ gra
tia prę se tulisse omnia dicit Iesus,& enixius
effecisse vt hos & a prauis eximeret facinori
bus,& iustiores efficeret. Porro cũ personas D
inducat loquẽtes Celsus, Iudęos partim q se
eũdẽ se Christi aduẽtũ sub dubiũ ducãt:par
tim & Christianos,q apertius fateant dei fi
liũ ad humanã hãc vitã iam cõcessisse:age &
hęc breuiter pernoscamus. Ferũt itaq; iuxta
Celsum Iudæi,necesse fore vbi hęc mortaliũ
vita quibusuis vitiis fuerit oppleta,vt a deo
leget ad hoĩes,q ab eo mittẽdus est:vt luant
& impii pœnas,& vniuersa haud secus pur
gent,ac priore illo qd acciderat olim diluuio
sunt repurgata.Sed cũ Christianos affirmet
alia itẽ atq; alia his adiecisse q̃ a Iudęis tradũ
tur: pfecto quẽadmodũ & hos ipsos inquiat
hęc affirmare,perspicuũ est. Verũ cur debet
absurdũ videri in abũdãti & pfusa neqtia fo
re tãdẽ vt veniat q mũdũ expurget,& sic se ĩ
singulos habeat vt meriti sunt? Non eñ dei
officiũ fuerit,nõ prauitatẽ oĩa deuastãtẽ mo
rari,& res ipsas deniq; innouare.Cõstat nãq;
& Gręcis,vel cataclysmo, vel igne,tẽporum

periodis aliquando,& reuolutionibus,terras
omnes sublatũ iri.Siquidẽ & Plato quodã in
loco sic scribit.Cũ aũt dii terrã aquis purgã
tes offuderint,& huiusmodi alia.Ad hæc ve
ro dicemus.Si enim Græci philosophi ista p-
tulerint,profecto & grauia esse quę promise
rint,videbuntur,& magni momẽti : at siqua
nos q̃ vel a Græcis probentur astruimus,nil
prorsus sentire rectiora videbimur:tametsi q
bus curę est certiorẽ oĩs historię seriem ex
plicare,adnisuri sunt proculdubio,nõ modo
eorꝫ qui hanc cõscripserũt,antiquitatẽ osten
dere,verũ & dictorꝫ cũ grauitatẽ,tum & quę
E dicta hęc subsequunť diligẽtius aperire. Sed
nescio quo pacto nil secus ac Iudæi affirmãt
& Christiani, diluuiũ terras omnes obruisse
& inundasse Celsus existimat,& turrim insu
per demolitã.Enimuero etsi de turre hac ipã
nihil huiusmodi in Genesi prętẽdit historia,
nihil tamẽ vel si ita se habeat,ad terræ videť
purgationẽ id cõtigisse: ni forte terrę purga
tionẽ esse hic arbitretur linguarũ cõfusionẽ,
de qua cui ea vis fuerit edisserat:quandoqui
dem propositũ est vel ea suo loco ostẽdere,&
iuxta historiã patefacere quẽadmodũ illa se
habeãt,& quo deniq; referanť . Sed cũ Moy-
sen ipsum existimet Celsus, qui de hac turre
& linguarũ confusione perscripsit,corrupisse
quidẽ quæ de Aloidibus illis sunt apud vete
res historię demãdata,& hęc ipã hunc dicat
de turri illa scripsisse: dixerim equidẽ quę de
Aloidib⁹ illis ꝓdit historia nequaq̃ me ante
ptū est eñ ꝙ Abrahā duos habuit filios: vnū
de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancil
la erat, secundū carnem factus est: qui autē de
libera, per repromissionē: quę sunt per allego-
riā dicta. Hæc nāq; duo sunt testamenta: vnū
quidem a monte Sina in seruitutem generās
qđ est Agar. Et paulopost. Quæ autē superior
est, Hierusalē libera est, quæ est mater nostra.
Qui vero ad Galatas velit epistolam in ma-
nus desumere: profecto intelliget quemadmo
dū & ea interpretauī, quę de nuptiis illis tra-
dunt, & ancillarū qđ præ se ferār admixtiōes
vtq; & diuina velit doctrina, quatenus q cor-
poris opa fecerint, haudquaq̄ nos imitemur:
sed ea potius quę iuxta dei Apostolos spirita-
lia nūcupant. Celsus vero cū magis oportuis-
set vt studio veritatis suscepto, quo hi nitebā
tur qui sacras literas conscripserunt, & nihil

occuluerūt, quę viderent ad allegoriam refer-
ri, vt mira quidem & minus conficta, lōge ali
ter fecit: & quæ de Loth eiusq; filiab⁹ tradun
tur, accuratius nil inquirēdo, neq; quo referā
tur, scribēdo: Thyestis mala hæc dixit scelere
& impietate præstare. Quænam autem in his
& figura & interpretatio cadat, nequaq̄ est in
ꝑsentia explicādū: nec dicendū quid illa desi-
gnent, quę olim fuere Sodomis gesta, quidve
sibi angelorum ad eū qui erat cęteris pereūti-
bus euasurus, habit⁹ sermo voluerit istiusmo
di: Noli post tergū respicere, nec stes ī omi re
gione, sed in mōte saluū te fac, ne forte & tu
simul dispereas: quisve Lot ille fuerit, quæ hu
ius & vxor in statuā salis conuersa, qa se post
tergum vertisset: quę pretetea huius & filiæ,
quę patrem inebriarūt vt fierēt ipsę ex eo ma
tres. Sed age, quę pro rei gestæ historia profe-
runt paucis trāsigamus. Constat olim bonoꝝ
malorumq; & indifferētium, gręcos naturam
inuestigasse: & sane qui ea sunt consecuti, bo-
na quidem in volūtate dūtaxat cōstituūt: in-
differentia vero omnia suapte ratione dicunt
cōstare, quę sine volūtate examinantur. Volū
tatem, si illis decēter vtatur, laudabilem esse:
si indecenter, culpandā. Dixeram equidē cum
de indifferentibus suo loco tractarem, indiffe
rens esse, filiabus ex se quempiam admisceri si
modo res vrgeat aliqua: tametsi minus id de-
ceat in bene instituta republica facere. Græci
vero exempli gratia, vt id demōstrarēt indif-
ferens esse, sapientem quempiam assumpserūt
hominum genere vniuerso deperdito cum fi-
lia & sola relictum: quęrūtq; vtrum decenter
cū filia pater ea de causa sit congressurus, ne
prorsus genus interiret hūanū. Hęc apud gręcos
cos sanius differunt, nec cōtēnenda Stoicorū
his assentitur opinio, ipsum id affirmātium:
fuisse olim adolescētulas, quæ cōflagraturum
qñq; mūdū ꝑdidicissent: cū nihil interea absu
mi incēdio certiores hę redderētur, vbi ignē
passim cōprehendisse earū vrbem spectassent,
humani generis vitā in se dūtaxat ac pře reli
quā esse suspicatę si voluerit ob eā suspitionē
mundū de integro cōfirmare, inferiores erūt
ꝑ Stoicoꝝ sententia, sapiente illo qui decēter
vniuersis sublatis rem cum filiabus habuerit.
Nec clā me habet, ꝙ offensi qdā filiarū Lot ꝑ
audaci ea animi prōptitudīe ipiū id facin⁹ du
xerint: nec sec⁹ & ex ipio quodā cōcubitu, cū
Moabitarum, tum Ammonitarū gentē cōfla-
tā esse affirmēt, ita vt execrationi obnoxia sit.
Et sane vt ī re est, nusq̄ ꝑ comperto habetur
literas sacras rē eam vt recte factā vel cōpro-
basse, vel incusasse vt praue: vtcūq; tamē se il-

lud habet,ad figuratioñe quouis modo dedu
cit:habet eñ qd secu̅du̅ se aliquatenus excuse
A tur.Obiectur⁹ praeterea vt arbitror Celsus &
Esau in Iacob maleuolentiã,hominis sane pro
diuinarũ literarũ cõfessione non improbi: ex-
ponẽsq; Symeonis & Leui res gestas,vt viola-
tæ sororis iniuriã vindicarint,hos demum in
cusat:fratres vero,fratrẽ qui vendidissent, Ia
cob filios dicit,& fratrẽ vẽditũ Ioseph: & quẽ
admodũ Iacob pater a filiis sit circũuẽtus, qa
nihil esset de eorũ fallacia suspicatus,qui ver-
sicolorem vestem ad se excusandos noscẽdam
proferrent:sed eorum dictis præstita fide, Io-
seph filiũ vt mortuũ deplorabat,qui in Aegy
pto tunc seruitutem seruiret. Aduerte itaq;
quemadmodum liuore Celsus nõ veritate du
ctus,ex historia hęc ipsa collegerit,ita vt qd-
cunq; visum in ea est in crimen aliquod cede
re,id statim exponat:vbi vero Ioseph illi⁹ di-
gnũ aliqd memoratu factũ occurrerit,vt con
tinentiæ & castitatis, quando nec peccantis,
nec cõminãtis amori assensus est dominæ,ni-
hil cõmeminit:pſertim cũ Ioseph istius res ge
stas lõge superiores spectem⁹,q̃ ea fuerint quę
de Bellorophõte sunt literis pdita: vt q ĩ car
cerẽ includi maluerit q̃ pudicitiã perdere : &
cum respõdere criminanti is posset, & iure se
excusare,aio tñ ingenti sua deo pmittẽs rẽ ta
citã tulit.Deinde Celsus etsi obscuri⁹,de pin-
cernæ,& pistoris,& Pharaonis somniis, deq;
somnioꝝ interptatiõe nõnulla cõmemorat,&
quo sit Ioseph e carcere tãdẽ prouectus,vt in
Aegyptios sibi p Pharaonẽ sit creditũ regnũ.
Quid igit̃ historiæ narratio ista in se habebat
absurdi vt eam in partem Celsus calumniet̃,
qui veritatis inscripsit sermonẽ, nõ dogmata
exponẽtẽ,sed Christianos Iudęosq; acrius cri
minautẽ? Nam & fratribus,inquit,qui se vẽdi
dissent,famelicis,& cũ asinis ad mercaturã di
missis,qui olim venisset gratificãdi gratia ne
scio quid effecisse,cũ nihil interea quid illud
sit patefaciat. Nec secus & fratrum recognitio
nẽ apponit : qua in re qd sibi velit haud satis
intelligo,nec qd absurdius ex ea prætenderit.
Non eñ (vt ita dixerim) vel ipsa calũnia hæc
poterit criminari,quæ vel omissa tropologia
B de se plurimũ valeant. Subdit pterea: & q ad
seruitutẽ sit venditus Ioseph , fuisse libertate
donatum,& cum pompa ad patris sepulcrum
redisse: & putat illud crimini cedere, q̃ sub Io
seph ipso Iudęorũ genus pręclarũ illud & san
ctius,in Aegypto disseminatũ exteriora fue-
rit accolere iussũ , & locis despectiorib⁹ oues
depascere:qd vtiq; ex odiosa quadã sui animi
promptitudine Celsus ipse subiecit. Ex Aegy

pto aũt Hebręi populi exitũ, fugę noĩe crimi
nat̃:cũ eoꝝ principium nil meminisset, quę in
Exodo sunt literis commendata, de Hebręis e
terra Aegypti digrediẽtibus. Vel hæc qdẽ id C
circo nos explicauimus,vt ostẽdamus, etsi vt
tradita sunt,sint minus culpanda, alioquin &
incusasse ea nunc Celsum & irrisisse, cũ nulla
ratione cõfirmet qd nostris in literis praue di
ctũ existimat:moxq; cũ sese quasi ei rei dunta
xat addixerit,vt christianoꝝ & Iudęoꝝ dicta
maleuolẽtia & odio insectet̃, Iudęos inquit &
Christianos modestiores quosdam ad allego-
riam eorũ dicta traducere: & cũ istorum hos
pudeat,ad figurationes deniq; cõfugisse. Ad
hęc vero dicẽdũ. Si eñ quæ a maioribus sunt
olim suscepta,pudẽda & cõmenticia esse quis
dixerit & fabulosa,vt quę hoĩes vtcunq; opi-
nando conscripserint: quorũnam in historiis
magis q̃ gręcorum inesse has fabulas dixeris?
in quibus dii cũ filii sint,patentes genitalib⁹
priuãt dũ ea præcidũt: & genitores dii,filios
deos deuorãt: & dea mater pro filio patri ho
minũq; deorũq;,lapidẽ tradit: & pater filię ad
miscet̃,& virum vxor vinculis coercet,assum
ptis ad hũc coercẽdũ fratoribus,eius q vin
cireẽ fratre & filia. Verũ quid mihi sunt cæte
ra explicãda,quę de diis gręci historiæ prodi
dere,etsi absurdiora & pudẽda, alioquin figu
rationib⁹ interpretata? Siqdẽ Soleus quidam
Chrysippus,q philosophorũ porticũ & Stoi
corũ sectã multis cõscriptis operibus ornasse
existimat̃,qd in Samo insula erat inscriptũ in
terpretat̃,quo scripto Iunonẽ nefandis qbus-
dam facinoribus affecisse Iouẽ adnotabatur.
Inqt eñ suis in libris grauis ille philosophus
queadmodũ seminaria dei verba vbi iã susce
pit materia,in se suscepta asseruet in omnium
rerũ ornatũ.Materia enim iuxta Sami inscri-
ptionẽ Iuno est ipsa,& Iuppiter deus. Et idcir
co ob istiusmodi fabulas,& alia istis vel ĩfini-
ta simillima: nec noĩe tenus Iouẽ volum⁹ deũ
q cũctis præsideat nuncupare, siue Apollinẽ,si
ue Solẽ,siue Dianam,siue Lunã rerũ præsides
dicere:sed cõditorem ipsum & verũ deũ coli
mus,& eius opera laudamus , & diuinitatem
ne nominis quidẽ appellatione inficimus. Pla
tonis dicta haudquaq̃ sumus nos suscepturi, D
qui in diis denominãdis voluptate afficitur,
dum illud sic inquit:O Protarche,circa deo-
rum nomina ita afficior. Nos igit̃ & in vero
erga dei nomẽ,& eius pulcherrima opera,ani
mi ea sumus affectione,vt ne sub obtẽtu quo
uis tropologicę figuratiõis,fabulosum quip-
piam in posterorũ iacturã suscipiamus. Q; si
æquius hæc ipsa Celsus perlegeret, nequaq̃ di

xiſſet nil poſſe noſtras allegoriam literas cape
re.Siqdẽ e prophetiis in quibus res geſtæ ſcri
bunt,haud ſecus licebit ad altiora nos proue
hi,ac ſolet hiſtoriarũ ad hiſtorias prudentiſſi
me diſpẽſatas,& figuris conſcriptas, eſſe ſuc-
ceſſus:ita vt multitudo ipſa credentium ſim-
plex.& ex aliis pauci quidã, qui ea accuratius
velint vel poſſint expendere,id aſſequant. Qz
ſi hi forte qui iuxta Celſum hoc tẽpore , ſiue
ex Iudęis,ſiue ex Chriſtianis modeſtiores exi-
ſtimant,res ipſas eſſent interp̃tati,veri forſitã
ſimile aliqd dicere hic videretur:cũ vero do-
gmatũ q & auctores extiterint & ſcriptores,
ad figurationes noſtra hæc redigũt: qd aliud
fuerit exiſtimãdũ,niſi ita fuiſſe illa cõſcripta,
vt ad principalem aliquem ſenſum ſub figu-
E ris explicarent?Ipſi vero e permultis perpau
ca afferemus,vt oſtendamus fruſtra ac teme-
re Celſum noſtram hanc carpere diſciplinam,
quaſi hæc nequeat allegoriam admittere. In-
quit igitur Ieſu apoſtolus Paulus.In lege ſcri
ptũ eſt,Non ligabis bouis os triturantis: Nũ
de bobus cura eſt deo? an propter nos tantũ
hæc dicit?Propter nos eñ ſcriptũ eſt, inquit,
Debet ſub ſpe qui arat arare,& q triturat ſub
ſpe fructus participandi.& alibi. Scriptum eſt
enim,Propterea relinquet homo patrẽ & ma
trẽ & adhærebit vxori ſuæ,& erũt duo in car
ne vna.& rurſum . Hoc myſteriũ magnũ eſt:
ego autem dico in Chriſtum & in eccleſiam.
& alio loco. Scimus autẽ ꝙ patres noſtri oẽs
ſub nube fuerunt,& omnes mare tranſierũt,
& oẽs in Moyſe baptizati ſunt in nube , & in
mari . Deinceps exponens de manna rem ge-
ſtam,& quemadmodum literis proditum ſit,
mirifice aquã e petra fluxiſſe,ſic ĩquit: Et oẽs
hunc ipſum ſpiritalem biberunt potum:Bibe
bant enim ex ſpiritali conſequẽti petra, petra
autem erat Chriſtus.Aſaph autem ille, Exo-
di hiſtoriã omnem & Numerorum affirmãs
prę ſe problemata & parabolas ferre, vt ĩ pſal
morũ libro deſcribit,quos futurũ erat vt repe
terent in poſterum homines, hũc in modum
orditur:Attendite popule meus legem meã,
inclinate aurem veſtrã in verba oris mei. Ape
riam in parabolis os meũ,loquar propoſitio-
nes ab initio,quanta audiuimus & cognoui-
mus ea,& patres noſtri annunciauerũt nobis.
Accedit etiã,ꝙ ſi Moyſi lex,quod per latentio
rem ſenſum pateret nil habuiſſet inſcriptum:
nunq̃ propheta inter preces & vota deo dixiſ
ſet,Reuela oculos meos,& intelligam mirabi
lia tua de lege tua.Nunc vero callebat hic ſa
ne,velamẽ aliquod fuiſſe eorũ cordi obtẽſum,
qui legendo nil mente conciperent,quæ de fi
guris iã dicerent:quod plane tunc dei mune-
re demitur,cum eum exaudit,qui ſecundũ ſe
& oĩa factitet, & ex habitu quodam ſenſus
ipſos ad recti prauiq; diſcrimen exerceat , &
orãdo id ſedulo repetat,Reuela oculos meos,
& intelligam mirabilia tua de lege tua. Quis F
autem qui draconem legat in Aegypti flumi
ne victitantem, cuius in ſquamis & piſces ni
diſcent, & e Pharaonis ſucceſſibus oppletos
eſſe Aegypti montes:nõ inde vt quærat indu
citur,quiſnam ſit ille qui tãtorum & ſuorum
plane putridorũ ſucceſſuum compleat Aegy
ptios mõtes,quæve ſint in Aegypto hæc flu-
mina,de qb9 & Pharao iactabũdus ſic ĩquiat,
Et mihi ſunt flumina,& ego feci illa?Quis p̃-
terea fuerit ad fluminis ꝓportionẽ & draco,
quive in eius ſquamis nidiculantes & piſces?
Verũ quid erit neceſſe,vt ea tam enixe cõfir-
mem,quę confirmatione nil egeãt:quando ad
hæc & illud dicatur,Quis ſapiẽs,& intelliget
hæc?Sed longior equidem in dicẽdo iam fui,
cum vellem illud oſtendere,non recte Celſum
dixiſſe e Chriſtianis & Iudęis nõnullos mode
ſtiores tentaſſe ad allegorias ſua traducere:
ſunt enim eiuſmodi vt allegoriã nil prorſus
admittãt.Sed aperte quidẽ & verius hæc ipſa G
commentus eſt Celſus:ſiquidem longe magis
græcorũ dicta non modo inſipienter prolata,
ſed impie admodũ cõficta ſunt,nõ noſtra quę
vel ſimpliciora habent multitudinis rationẽ:
quod vtiq; haudquaq̃ qui gręca iſta & fabulo
ſa confinxerint,ſeruant.Idcirco nõ ingrate e
ſua republica abigit Plato iſtiuſmodi commẽ
ta & fabulas.Videtur aũt haud dubie Celſus
audiſſe nonnulla literis tradita,quę legis figu
rationes contineant:quæ vtiq; ſi legiſſet,nun
q̃ quæ ſubſequuntur tam temere protuliſſet.
Quæcũq; itaq; de his videntur iuxta græcos
ad allegorias cõſcripta,& turpiora ſunt fabu
lis,& plane abſurdiora:cũ ea quæ coire prorſus nil queũt,mira quadã & penit9 inſenſata
ſtultitia iungant.Apparet aũt de Philonis li-
bris,vel hoc lõge vetuſtiorũ ex ſcriptis hęc di
cere,qualia Ariſtoboli ſunt.Videre autem vi
deor,aliorũ libros nil Celſum legiſſe: ſiqdẽ &
multis in locis ſic aſſecutus illorũ eſſe dicta ap
pareat,vt ab his detorquere græcorũ philoſo
phos videat,qbus in dictis non ſolũ elocutio
inſit,& ſenſa q̃dã ꝓfundiora & dogmata , ſed
vſus etiam,vt putat Celſus,ſacris ex literis fa
bulandi. Ipſe vero cõpertũ habeo Numeniũ
Pythagoreũ illũ,plęriſq; de rebus q̃ Plato lõ-
ge melius differẽtẽ,& Pythagoricę ſectę tunc
principẽ, ſuis in libris & ſępe Moyſi geſta nar
raſſe,& prophetarũ dicta nõ ſine veri ſimilitu

dine interpretatũ,quẽadmodũ in Epopi ope-
re,& libris aliis quos de numeris & loco cõpo
suit,liquet:de bono autẽ,libro tertio, & quæ
gesserit Iesus in partẽ exposuisse,etsi Iesu no-
mẽ nil exprimat,& sub figuris quę fecerit ex-
planasse. Verum igitur sciens an imprudẽs id
egerit , haud magni fecerim nunc explicare.
Quin & Moysi & Ianes subsequẽter & Iambri
exponit idẽ ille historiã: nec tamen id ipsi glo
rię ducimꝰ,cũ alioquin hũc lõge magis q̃ Cel
sum siue alios gręcos suscipimꝰ, q discẽdi stu
dio & nostra voluerit idcirco inuestigare, qa
& tropologiã admitterẽt,& nõ insulsa ei sint
A visa quę a nostris describerẽt.Post hęc Celsus
aliorũ ex scriptis allegorias,& aliarum rerum
narrationes nõ infacũde continẽtibus,vilsora
plęraq; colligẽs,quæ vtiq; ob fidei gratiã sim-
plicioribus queant & multitudini satis cõdu
cere,non tamen sapientiores mouere, sic sub-
dit.Papisci equidẽ nescio cuius & Iasonis al-
tercationẽ nõ modo irrisione dignã, sed odio
& cõmiseratiõe existimauerim.Sed haudqua-
q̃ propositum est hæc coarguere:sunt eñ cui
uis notiora,& ei præsertim q patiẽtem se præ
beat,& ferre ęquo animo possit quę isti cõscri
pserint:peruelim aũt hoiẽs edocere, nil quip-
piam deum creasse mortale, sed dei opera esse
quęcũq; sunt immortalia, quæ vero mortalia
fuerint,aliorũ esse. Et sane anima dei opificiũ
est,corporis vero quędam est aliena natura: &
hac ratiõe nullũ erit inter hominis corpus,&
vespertilionis,& vermis,ranæq; discrimen.Est
nãq; vna eadẽq; istorũ materia,& corruptio si
milis.Ipse vero & illud optauerim,gcũq; Cel-
sum audiat tam acriter differentẽ,& affirmã-
tem scriptum Papisci & Iasonis librũ de Iesu
diuersa sentire,eoq; illos eẽ & irrisiõe dignos
& odio:vt libris hisce in manꝰ desumptis pa-
tentius quæ in his continent aduertat, & illo
rum ex scriptis Celsum cõdemnet, vbi in his
nec irrisione,nec odio aliqd dignũ inuenerit.
Qꝫ si ęquiore qs animo Papisci & Iasonis scri
pta plegerit,pfecto cõperiet nec risum moue-
re hũc librũ,in quo christianꝰ ex Iudaicis scri
ptionibꝰ cũ Iudęo describit disputãs & plane
demõstrãs q̃ de Christo extãt & vaticinia Ie-
su ipsi cõgruere:cũ alioqn pter Iudaicę psonę
decus & dignitatẽ,alter & Christianus dicen
B do nihil insistat.Nescio autem quo pacto quę
nec admisceri inter se possunt,nec in vnũ coi
re in humana natura,colligẽs Celsus, librũ il
lũ & misericordia dixerit & odio dignũ: siqdẽ
quis eũ fatebit cuius misertũ sit , odio haberi
nõ posse,cũ interea sit miseratione dignatus:
nec cõtra qui odio habeat misericordia cõdo

nari,q̃diu hũc cęteri oderint.Enimuero idcir
co Celsus sibi ppositũ esse affirmat minꝰ hæc
coarguere,vt praua sint & misericordia simꝉ
& odio digna: qa putet hæc eadem cũctis vel
prius innotuisse q̃ illata sit iure repręhensio:
Qui vero defensionẽ hãc nostrã aduersus Cel
si ad nos criminãdũ obiectiones conscriptam
perlegerit,oro patientes velit nostris his scri-
ptis aures adhibere : & q̃ad ei licuerit ex his
quæ scribuntur,& scribentium volũtatem,&
conscientiam contemplari,& animi dispensa-
tionem & habitũ.Comperiet enim nimirũ his
homines ardẽter intentos, quæ semel suscepe
rint:quosdam vero præ se ferentes, quẽadmo
dum rerũ gestarum,quę & visę sint & animo
ipso cõceptæ,historia sit describẽda, tãq̃ quæ
gesserint multi,admiratiõe sint digna,& lite-
ris idcirco tradẽda vt auditurís sint & poste-
ris profutura. An forte audeat quispiã dicere
nõ omniũ cõmodorũ & sapiẽtię fontẽ & prin
cipiũ esse,deo omniũ conditori fidem præsta
re,& ea mẽte cũcta peragere vt mos illi & oĩ-
bus in rebus gerat,nec quippiã animo agita-
re,quod ei minus sit placitũ! tanq̃ non solum
pro dictis,factisve,sed prõ cogitatibꝰ sit iudi
cium cuiq; subeundum. Verum quinam alius
dicendi modus ad recte viuẽdum humanam
naturã cõcitatiꝰ duxerit ac fides ipsa! vel illũ
mente & cogitatione sępe versare,qui vniuer
sis pręsidet rebus deũ,& accuratius omnia cõ
tueri,quę per nos vel dicunt,vel fiunt,vel co
gitando insup admittunt! Sed proferat velim
græcorũ quispiã iter aliud,qd̃ & simul ad re-
ctiora cõuertat,& meliorẽ efficiat non modo
aliquẽ vnũ vel alterum,sed abũde permultos:
vt duabus his viis simul collatis,optime aliqs
internoscat qd̃nã sit illud dicẽdi genus quod
ad bonum instituat. Sed cum Celsi dicta quæ C
dam protulerim,quæ e Timæo ille desumpse
rat,& Plato sic scripsit,& nos explicemꝰ . Nũ
deus mortale aliquid fecit,nisi ea dũtaxat quę
immortalia sunt! Extant quidẽ & aliorũ ope-
ra,anima vero dei est opificiũ, corporis autẽ
est alia quędã natura:nec vllum erit inter ho
minis,vespertilionis,& ranę,& vermiculi cor
pus discrimen:quippe quorũ sit & materia ea
dẽ & corruptio similis.Sed de his age & pau
cis aliqua cõplectamur,Celsum coarguentes,
vel Epicuream eius sentẽtiã nihil dissimulas
se,vel vt dixerit quispiam aliquando tandem
ad ea quę potiora sunt hãc trãstulisse,vel Epi
cureum deposuisse & cognomentũ.Oportuit
enim vt qui de rebus tantis decerneret, & no
bis nõ solũ cõtradicendo aduersari iam desti-
nasset,& non ignobilem etiam philosophorũ

sectam a Cyttieo Zenone prodeútẽ oppugnã dam desumpserit: prius illud cõfirmãdo asse reret, quemadmodum deus nec animantium corpora cõdidisset, vtq̃ tanta hęc circa ea so lertia a prima mente minime prodiisset. Erat pręterea necessariũ, vt de Aphãtasti & imagi natione minus recipiẽtis natura, quæ vni eẽt subiecta, & de tã multis & variis plãtis ad hu mani generis necessitatem tam bene disposi tis, deq̃ paratis ad hominũ commodũ anima libus, & vtcunq̃ alias existentibus, nõ solum discernendo dissereret, sed & illud doceret: vt nõ perfecta mẽs aliqua, tã multiplices in plan tarum materiam indiderit qualitates. Q: si se mel deos fecisset vniuersorum corporum cõ ditores, quasi aĩa ipsa duntaxat dei esset stru ctura & opificiũ: cur postmodũ hæc quæ con dita essent partitẽti iam & permultis tradẽti, non cũ optimis rationibus licuit & deorũ di uersitates asserere, vt alii quidem corpora hu mana pararent, quadrupedes alii, & ad speciẽ aromorũ istorũ nonnulli res conderent, & fe ras bestias quidam! Fuisset autem factu id ne cessarium, vt qui draconum, aspidũ, basilisco rũq̃ fabricatores insimularetur, & alios item p̃ singulatũ arborũ specie siue cuiusuis hærbæ, vt partitionum & causas explicaret: sic forte vbi singula quęq̃, vti & loc[9] occurreret, ad in quirendũ acrius se cõtulisset: vel deum & vni cum obseruaret terũ omnium cõditorem ad aliquid esse, & rei cuiuspiã gratia fecisse hæc singula: vel si id minus aduerteret, vidisset ta men quid esset sibi de indifferente iam respõ dendũ, re quidẽ & suapte natura corruptioni obnoxio: & q̃ nihil esset absurdius vt mun dus q̃ ex dissimilibus constitisset, ab vno quo dam sit artifice cõditus, qui ad vniuersorum vtilitatẽ specierũ diuersitates parauerit: Vel demum oportuit vt de tãto dogmate Celsus nihil decerneret, si minus erat quę se docturũ pollicebaẽ confirmaturus: ní forte nos crimi nando, quasi fidem exiguã promittentes, sta re suæ sententiæ velit, rãetsi nihil decernere,

D sed instruere dũtaxat sit ipse pollicitus. Nec sa ne penitus desperarem, si tolerantius ferret is Moysi scripta, & prophetarum vaticinia audi ret: vel illud hunc animo concepturum, quid nam fecerit deus quod supra cælũ ac terrã, & id quod dicit firmamẽtũ, luminariaq̃ & astra sit constiturum, & deinceps supra cete gran dia, & animã omnẽ viuentem atq̃ motabilem quę produxerũt aquę in species suas: & omne volatile iuxta genus suum, ac demum supra hominem ipsum. Q: autẽ fecit cũ dicitur, ne quaq̃ ad alios spectare dicatur: sat fuerit de lu ce id protulisse, Et facta est lux: vt aquæ vero permultę coierint, id dictũ fecerit satis, Et fa ctũ est sic. Nec sec[9] poterit & illud e terra ger minãtibus dici, Protulit terra hærbã virentẽ & afferentem semen iuxta speciem suam, & li gnum fructiferũ faciens fructum, cuius semen in semetipso secundum genus suum super ter ram. Et quæreret plane, cuinã istiusmodi fue rint iniuncta, vt singulæ mundi partes sic cõ derẽtur: profecto nõ tã facile carperet, veluti incomprehensibilia & quasi nullum habentia recõditũ sensum, quæ de his per Moysen con scribunt, vel vt ipsi diximus, per spiritũ san ctum qui Moysi inerat, cuius instinctu hæc p̃ ferebat: siquidẽ longe melius atq̃ hi quos va tes dicũt poetę, præsentia peruidebat, & futu rorũ erat hic præscius. Cum vero & illud in quiat Celsus, Animã qdẽ opus eẽ diuinũ, cor poris vero aliã esse naturã, & idcirco nihil in ter se habere discriminis tã hoĩs q̃ vespertilio nis & tanæ & vermiũ corpora: quippe quorũ materia eadem sit, & corruptione simili cõpu trescat: Ad huiusmodi dicta sic respondebit.

Enimuero si materia eadẽ in vespertilione, ra E na, & vermib[9] hominẽq̃ subiecta est, ita vt ni hil ab inuicẽ differant istiusmodi corpora: li quet ergo nec a solis vel lunæ vel astrorũ cęlĩ & quorũuis aliorũ qui dii a græcis dicantur, corporibus, istorũ quæ dixim[9] corpora quoq̃ pacto differre: siquidẽ eadẽ fuerit corporibus cunctis materia propriæ rationi subiecta sine qualitate & figura. Non eñ sat patet vndenã materia hęc qualitates iuxta Celsum sit susce ptura, q̃ dei opera nullã subire corruptionem affirmet. Cuiusuis nãq̃ rei corruptio ex eadẽ subiecta materia prodeũtis, necessariũ est pro Celsi sentẽtia vt suæ naturæ sit similis: ni for te hoc Celsus in angusto cõpressus, a Platone quidem desciscat, qui e cratere quodã animã faciat prodeuntem: & ad Aristotelem illum, si ue ad Peripateticos ipsos confugiat, aerem si ne materia affirmantes cõstare, & pręter cęte ra elemẽta quintæ hunc esse naturę: quorũ di ctis non instrenue tam Platonici, q̃ Stoici ob sistere, & nos item q̃ a Celso cõtemnimur eni xe obstabimus: vbi explicandũ id exegerimus & cõfirmãdũ quod per prophetã ita pronun ciatur: Cæli peribũt, tu aũt p̃manes, & omnes sicut vestimentũ veterascent: & sicut operto riũ mutabis eos, & mutabunt: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Sed satis sit Celso his respõdisse, animã qdẽ dei esse opifi ciũ decernenti, corpus vero aliam esse natu ram: cuius dicta id sequebaẽ, siue vespertilio nis, siue vermis, siue tanæ cuiuspiã corpus q̃

A hil esse vel ab æthereo corpore alienũ. Aduertere autem verũ huic suis hoc modo sententiis christianos calumnianti, sit accedẽdum disciplina posthabita, quæ & differẽtias pferat ob infitas corporib⁹ & circa corpora qualitates. Non eñ nos fugit esse & corpora quędam cælestia, quædam terrena: & aliam esse cælestium corporum claritatem, aliam terrenorũ: nec cęlestium quidẽ eandem hãc esse & parem: siquidem alia quędã solis sit claritas, alia siderum: & in his qdem sideribus ab astro astrũ claritate hęc eadẽ constet differre. Vnde & mortuorum resurrectionẽ suscipiẽtes, immutari dicimus qualitates corporibus inditas: quãdoquidem liqueat corporũ quędam in corruptione proseminata, in incorruptiõe resurrectura: q̃ vero in ignominia, in gloria vt resurgãt futurũ: quęin infirmitate, vt in virtute: & quę demũ corporũ animalia proseminanẽ, vt spiritalia aliquando tandem assurgãt. Qꝫ autẽ subiecta materia qualitatum sit ad conditoris arbitrium susceptibilis, quicunq; dei prouidentia regi mundum admittimus, & pro ipsius arbitratu nutuq; asserimus fieri vt modo in illa materia sit vna aliqua qualitas, paulo post lõge melior alia quædam & præstantior sit successura. Sed cum cõstet & ad corporũ immutationes vias esse nonnullas, vel eo ex tẽpore quo mundus hic manet, & q̃diu est permãsurus: haud satis intelligo vtrũ noua alia, post mundi corruptionem, quã nostræ literę consummationẽ appellant, aliquando succedente via, & a prioribus aliena, minus sit demirãdũ si i presentia ex hũano cadauere serpẽs haud secus prodiens formam recipiat & oriatur, ac multi affirmant ex bouino occipitis cerebro apes, ex equo vespas, & crabrones ex asino, & B ex plerisq; aliis vermes pdire. Quod vtiq; Celsus ad eius rei ducit confirmationẽ valere, ꝙ nihil istorũ dei sit opificiũ, sed qualitates ipsas nescio vnde sic constitutas ex istiusmodi fieri: nec esse illud diuinę ratiõis cuiuspiã opus, quę in materia qualitates immutet. Quinetiã Celso animam asserẽti opus esse diuinum, corporis vero aliam quandam esse naturam, nec solum sine confirmatione aliqua hęc effundẽti, sed interminate, & cõfusius differenti: qppe qui nil explicauerit vtrum omnis anima dei sit opificiũ, an rationalis duntaxat: sic respon debimus. Si eñ omnis anima dei est opus, cognitu promptissimũ erit vel irrationabilium & vilissimorũ quorũdam fecisse animas deũ: ita vt cuiusuis corporis constet aliam esse naturam atq; animæ sit. Videtur præterea & in subsequentibus Celsus, vbi bruta animantia deo chariora esse atq; ipsi sumus affirmat, vel diuinitatis mẽtẽ posse purius demõstrare: quãdoquidem nõ hominũ modo, sed lõge magis & animaliũ rationis expertiũ animas deus cõdiderit: id enim quod dixit subsequit, esse illa q̃ ipsi simus deo acceptiora. Si eñ rationalis duntaxat anima a deo condita est, primum q dem id nusq̃ aperuisti: secundo quia interminate, de anima sit, & nõ omi asserrũ, sed rationali dũtaxat, ꝙ dei sit opificium, nec cuiusuis corporis aliã esse naturam. Si aũt non omnis corporis alia fuerit natura, sed singulorũ animantiũ corpus ad animę cõstet proportionẽ: perspicuum est vt cuius anima sit a deo creata, & corpus insuper ab eius corpore differat in quo inhabitet anima quã haudquaq̃ creauerit deus. Vnde illud falsum eẽ cõuincit, vespertilionis seu vermis & ranę corpus, ab humano corpe nihil differre. Fuerit eñ & illud absurdius, si lapidibus lapides, & ędificia ædificiis, vel puriora dixeris vel forte impuriora, quia ad dei fine vel honorẽ constructa, vel ad vilissimorũ corporũ receptaculum: a corporibus autem corpora nullo interuallo distare, si a rationalib⁹ animis inhabitenẽ, vel nulla ratione vtẽtibus: & vtrũ præstãtissimi viri hęc fine in domiciliũ nacti, an perditissimi: plęrosq; vt auderẽt effecit, summorum virorum corporibus, quia animam solertiorem, & probam susceperint, diuinitatẽ deferre: eorum vero vt despectiora haberent, vel probro afficerent, qui improbissimi extitissent: nec quidem vt omnino id rectius fieret, sed quia e saniori quodam mentis conceptu principiũ sumpserit. Num enim sapiens quispiam post Anyti ignaui hominis obitũ, & Socratis viri sapientissimi: Anyti ęque ac Socratis funus curauerit, vel tumulũ erigat? Hęc aũt ad ea protulerim, quę dixerat Celsus nec dei opa effectũ de corpore id ipm haud secus sentiret humano, ac serpẽtiũ, sine bouis, ex quo & apes pdirent, vel equi cui⁹ corruptiõe nascerenẽ & vespæ, vel demũ aselli, q crabrones de se natos emitteret. Subdit pręterea Celsus, & cõmunẽ affirmat prędictorũ omniũ corporũ esse naturam & vnam, reciproca vicissitudine quadam euntem & redeuntẽ. C Vel ex superioribus quidem satis iam liquet, nõ soliũ corporib⁹ hisce, quorum supra meminimus, sed & supercęlestibus ipsis cõmunẽ esse naturam. Quod sane vtrum ita se habeat, vt iuxta hũc patet, etsi alioquin in vero an satis id liqueat nesciam, alternanti vicissitudine vnam ire, atq; redire vniuersorũ naturam: constat tamẽ ex eorũ sententia qui mũdũ corruptibilẽ faciũt, ita se illud habere,

Tentabunt q minus hunc corruptibilem asse runt, vbi quintū corpus nihil admiserint, & il lud arguere: queadmodū eat simul & redeat reciproca vicissitudine corporū vna dūtaxat natura, sic itē & qđ dissoluitur suapte vi qua dam vt immuteť. Materia nanq; quę subiacet, qualitate deperdita perstat & residet, vt senti unt quidam, qui increatam hanc ipsam indu cunt. Qz si quis non increatā ostēderit, sed ad vsum aliquem factā: perspicuum est nō eandē habere ad perpetuitatem naturam, quā vt in creata iam habuisset. Sed nequaq̄ hoc tempo re nobis propositum est de istiusmodi rerum natura disserere, cum potius sit Celsi crimina
D tionibus occursandum. Inquit preterea quod a materia genereť esse non immortale. Ad qđ respōdebiť. Si em̄ nil quippiā a materia gene ratum est immortale, siue immortalis sit mū dus hic vniuersus, & nō vt a materia pdiens, nec ipse quidem res erit aliqua immortalis. Si vero immortalis est mūdus, quod sane his pla cet q animā dicunt opus esse diuinū, & e quo dam cratere prodiisse affirmant: ostendat Cel sus nō ex materia qualitate carenti, hūc con ditū esse, cū illud tueretur, quod ex materia gi gnitur esse nō immortale. Cum autem ex ma teria cōstet hic mūdus, haudquaq̄ est immor talis. Quo fit vt si immortalis sit mūdus, & il lud in dubiū veniat, vtrū corruptibilis sit nec ne. Si corruptibilis tāq̄ dei opus hic corrūpe tur, deinde in ea mūdi corruptione quidnam actura sit anima dicat nūc Celsus: q̄ si immor talitatis inuertens hic sensum id dixerit, & si corruptibilis sit, & alioquin nil corrūpať, im mortalem hunc esse constabit, tanq̄ q mortis sit susceptibilis, non tamen intereat: perspicuū est aliquid secundum se fore quod mortale sit simul & immortale, quia vtriusq̄ sit suscepti bile, & erit quidē mortale aliquid qđ tamē nō moriať: & quod non natura sit immortale, ga nō moriať, sed per se dictū sit īmortale. In quā ergo significantiā hæc destinans Celsus e ma teria dixerit genitū esse nil quippiā immorta le! Vides vtcūq̄ ipsius scriptorū vel expresse ris vel discusseris sensa, plane coarguantur ni hil admittere quod probe sit ac strenue dictū.
E Hęc vbi dixit iam Celsus, quę insequunť sub iecit. De his autē satis sit ista dixisse: q̄ si qs & audire diutius & inuestigare diligētius velit intelliget. Videamus igiť nos qui iuxta hunc insanimus, quidnā illud subsequeretur, si vel ad breue eū audire possemus, vel post hęc ipsa & ea conquirere, quæ & huic ne paucis quidē nec cōremnēdis sunt dictis, sed varie de vitio rum natura quæsita, & multipliciter interpre tata: & hęc ipsa tamen perpaucis dictiunculis putat se Celsus posse nos edocere sic inquiēs: Vitia aūt in reb[9] pręsentibus, nec prius qdē, nec in psentia, nec in futurū, vel minora fient vel plura. Vna nanq; atq; eadē omniū est rerū natura, & vitiorū semper idē est ortus. Vide tur hęc Celsus ab his quę in Platonis Theęte to sunt literis prodita desumpsisse: apud quē Socrates huiusmodi loquebať. Sed neq; vitia ex hominibus vt deperdātur poterit fieri, nec apud deos vt ista resideāt. Verum apparet is mihi Platonē nil rectius audisse, qui veritatē hoc vno & suo volumine cōplexus est, & Ve ri sermonis titulo cōtra nos scriptū id anno tauit. Ex eo nāq; quod dicit in Timæo, Cum aūt dii terrā aquis diluendo repurgant: liqui do patet purgatā imbribus terrā minus hoc tēpore vitiorū habere ac olim habuerit, cū nō dū esset illa purgata. Et id quidē iuxta Plato nē eloquimur, q̄ maiora fuerint priscis tēpori bus vitia, q in Theæteto suo affirmat, nil pos se ex hominibus vitia deperditū iri: nō em̄ in telligo queadmodū ille cū pvidentiā poneret quantū potest ex libri huius quem scripsit di ctis cōstare, neq; plura neq; pauciora, sed quasi pręfinita esse dicit hęc vitia. Vnde & dogma illud pulcherrimū sustulit, nullū habere finē nequitiā, & vitia itē suapte natura ī infinitū procedere: & apparet id sequi, nec pauciora, nec plura facta esse hęc vitia, nec esse qdē nec fore: qa quemadmodū pro eorū sententia: qui incorruptibilē esse mundū tuenť, æquior ille elemētorū status profectus a prouidentia sit, nil permittente istorū aliquod vnū plus quip piā cupere, ne mūdus hic corrumpať: sic item quasi prouidētia quædā inhibuit tātis vndiq; existentibus vitiis, ne plura hæc vel pauciora efficerenť. Quin & aliter ea quę de vitiis hisce Celsus cōscripsit a philosophis coarguunť, q de vitiis & virtutib[9] pmulta inuestigādo dis seruerūt, & ex historia pretulerunt: queadmo dū olim meretrices psonatę & velamēto obdu ctę, extra vrbes sese ad meredū abuti volētib[9] exponebāt: deīde ꝑ spreto demū decore & vela menta deposuisse: & cū legibus vrbē ingredi haudquaq̄ permitterentur, extra vrbes versa tas: ī dies vero, ex cōsuetudine, maiora parta licētia, vel vrbes iniisse. Hęc Chrysippus, cum de vitiorū & virtutū introductiōe differeret, tradidit: vñ tāq̄ vitiis vel multiplicatis vel im minutis pcipi potest fuisse quōdā q ambigui sexus sunt nomē sortiti, publice pstitutos, pa tiēdoq; & agēdo probro affectos, adeūtiū se li bidinib[9] iseruisse, quos tādē cēsores abegerit. Nec secus & infinita poterūt cōmeorati ex eis

fusioribus vitiis vitam hominum in posterū subiisse, quæ antea nō extitissent. Si vetustissimę itaq; historię, etsi innumeros quosdā incusent qui in vita deliquerint, nefaria tamen patrātes, nec vniuersos, nec singulos tenuerūt: quo pacto Celsus sic delirādo nō ridiculus arguat, cū vitia opinet nec plura vnq̄ nec pauciora fuisse patrata! Si enim vna & eadem fuerit vniuersorū natura, alioquin vitiorū origo continenter eadem est handquaq̄ omnino futura. Vt enī vel si eadē hominis cuiuspiā fuerit natura, nil tamē vel eadem semper hic senserit vel dixerit quidem vel fecerit, nec verbū quandoq; etiam admiserit, & cū verbo ad indignationem veniat plærūq; necesse est, & ad hanc quidem vel remissius vel forte effusius: nonnunq̄ vero ad virtutē hic concitatus, vel ad maiorem pfectū vel minorem euaserit: aliquando & virtutem hanc ipsam adipiscetur, quæ in rerum contemplatione vel plusculum sit vel minus versata: Haud secus & lōge magis de vniuersorū fuerit natura dicendū, q̄ si vna concedat, sit & eadem genere, non tamen circa eadem semper versat, nec vt eiusdem generis contingit in omnib⁹. Si qdem nec nascētium rerū vbertas siue sterilitas, neq; aquarū inūdationes nec siccitates futuræ sūt semper: sic item nec animarū præstātiorū vt copia sit vel defectus, vel forte deteriorū vti plus minusve affluant, est constitutū. Et est qdem volentib⁹ omnia enixe & acriter perscrutari, de vitiis his asserendū: nequaq̄ esse eodē illa statu semp mansura, siue prouidētię gratia, quæ vniuersa seruet in terris, siue diluuiis & incendiis purget: & forte non solum quę apud nos sunt, verū & quę fuerint vbiq;, hunc in modū purificet, vbi passim increuerint vitia. Deinde

A Celsus sic infert. Quę vero sit vitiorū natura, haud facile cognitu est minus philosophāti: verū sat fuerit in vulgus id affirmari, nil vnq̄ vitiorū a deo prodire. Materia aūt ipsa inhæret & vitiis innersat, & continenter a principio adusq; finem persimilis est mortalium circūactio, & pro statutis qbusdam reuolutionib⁹ necesse est eadem & fuisse semper, & esse, & futura esse. Et Celsus quidem vitiorū affirmat naturā haud facilem esse perceptu minus philosophanti, perinde ac facile queat q philosophetur vnde vitia hæc oriantur pernoscere, qui vero nil sapientię studeat nō facile possit quemadmodum illa gignantur inspicere, etsi alioquin scire id insudādo hic valeat. Ad hæc vero dicturi nos sumus, nec philosophanti quidem facile fore vitioꝝ originē nosse, nec alios forte aperte hāc intelligere posse, nisi inspiratione quadam diuina, vbi quęnam sint pro vitiis habenda demū aperiatur: & quemadmodū qs illa subierit, & quo pacto poterūt aboleri clati⁹ innotescat. Pro vitiis itaq; vt dei ignorantiam ducere sit necesse, ad hæcq; & vitiū illud summū accedere, vbi ignoretur quomodo deus & cōciliandus sit & colēdus, nil prorsus qui iuxta Celsum philosophantur intellexerūt: qd vtriq; ex variis philosophorū sectis & opinionib⁹ liquet. Iuxta nos autem nemo q̄ non intelligat, vitiū esse, diuinū cultū & pietatem existimare perinde ac legib⁹ qbusdam saluari, quæ sint in ciuitatib⁹ institutæ: nec ortū qnuerit malorū dignoscere, nec quemadmodum cū eo sit q diabolus nūcupat, & eius angelis actū: qnisve hic priusq̄ diabolus efficeretur fuisset, & quomodo sit diabolus reddit⁹: qd pretetea causę fuerit cur & vna cū eo desciuerint, qui angeli vocarent: handquaq̄ illorū poterit tenere vitiorū originem. Oportet autem q hanc aliquando sit cogniturus, vt optime animo complectat quæ de dæmonib⁹ constant, & q̄ non vt dæmones sint a deo creati, & vti rationabiles olim sint conditi, & vnde id illis contigerit vt tales efficerent, & vt dæmonum mentem subirent. Si qd igit vnq̄ humanarū rerū indagatione indigeat, & nostræ naturæ fuit captu difficile: in his erit profectio & vitiorū origo annumerāda. Exin haud B

secus ac quædam haberet quę de vitiorum ortu, vel nefaria duceret velut tacit⁹ ea prætersiens, & multitudini cōgruere potius hęc ipsa fatendo: subiecit satis esse iam dictum quo ad multitudinem spectat, de vitioꝝ origine: quē admodum ex deo nil mali prodierit, & materia hæc inhærendo inter mortales versetur. At ipse equidem illud pro vero assenetauerim, ex deo mali nil quippiam prodiisse, & iuxta Hieremiam id esse perspicuum ita dicentem, Ex ore domini non exibunt q̄ mala sunt, sed quæ bona. Materiam vero mortalibus inuersari, & malorum esse hanc causam, haudquaq̄ verum esse nos affirmamus: siquidē mēs ipsa, cuiq; causa est in se subsistentis quæ malum id præfert nequitiæ: atqui mala hæc fuerint, quæ a malignitate prodeunt actiones: & hæc præter, ad nostram sententiam, vt certi⁹ exprimat, nihil vsq̄ est mali. Sed sane intelligo huiusmodi dicta, cum opera, tum confirmatione plurimū indigere, nec sec⁹ & dei gratia animū ei illuminante, qui ab se sit dignior habitus vt quæ hoc loco dicunt pernoscat. Nescio tamen quo pacto optimum visum est Celso suis scriptis nos insectāti, dogma quoddam insumere, cui multis sit opus vel appa- C

rētibus argumētis, vtcūq; licuerit id affirmā
tibus,a principio ad calcem vsq;,vt ipse affir
mat,mortales æque oēs & pariter circumagi,
& pro institutis reuolutionib9 necesse fore vt
eadē illa & facta sint,cōstētq;,& sint demū fu-
tura.Qđ vtiq; si verū esse qs astruat, vel qđ ī
nostra est potestate iā tollit:nā si pro institu-
tis reuolutionib9 fuerit necesse vt eadem sint
semper effecta,& in pręsenti iā constēt, & sint
semper in mortalium circūactione illa futura:
perspicuū est fore omino,vt Socrates semper
philosophetur,insimuleturq; & vanæ supsti-
tionis,& pinde ac iuuētutis corruptor:Any-
tus vero ille & Melitus nequissimi delatores
hūc semp incusent,& Ariopagitæ deniq; con
sultores vt cōtinēter sentētiā ferant vt Socra
tes veneno intereat.Haud secus & Phalaris il
le coget assiduo tyrannidem exercere, & Phe
ræus Alexander sedulo desęuire,& qui Phala
ridis tauro adiudicant in hoc perpetuo emu
gire.Quę quidē si vt vera forsitā admittātur,
haudquaq̄ satis constabit quo pacto id possit
qđ in nostra est potestate seruari,& merito id
consequetur,vt hæc vel laudet,vel improbet
quispiā. Nec secus si similis est a principio ad
exitū vsq; mortaliū hęc circūactio,& pro isti-
tutis reuolutionib9 fuerit id necessarium, vt
eadē illa & facta sint olim,cōstētq;,& futura ī
posterū sint:erit etiā & illud necesse, vt Moy-
ses ipse cū Israelitico populo iterato ex Aegy
pto excedat: & iterato ad vitam vt redeat Ie-
sus,eadem illa facturus,quę nō semel hoc mo
do,sed millies ex periodis istis iā fecerit.Quin
& Christiani sunt illi iidem pro reuolutioni-
bus his institutis futuri: & Celsus ipe librum
D hūc ipsum quē scripserat antea, alias est, atq;
alias sępius conscripturus. Celsus igit morta
liū dūtaxat periodū per statutas reuolutiones
necessario dicit & fuisse semp,& esse , & fore:
Stoicorum vero plærique non solum mortaliū
periodum hunc esse affirmant,sed & deorum
secundū se immortaliū:siquidē cum incendia
sint infinita iam facta,& futura sint infinita:
ordo hic idē & dispositio a principio adusq;
finē & fuerit iuxta hos semper,& sit continen
ter futurus necesse est. Et tētātes quidā qui e
Stoicorum sunt porticu,moderati eorum vt
cūq; licuerit argumēta:nescio quo modo assi
miles per quęq; periodum omnes iis astruunt
fore,qui in prioribus periodis extitere: ita vt
non iterato Socrates fiat,sed similis quispiam
alius Xantippen ducat vxorem, & ab Anyto
Melitoq; simillimis sit incusandus.Sed nescio
equidem quo pacto mundus quidem idem sit
semper,nec alter alteri similis:quæ vero in eo

esse iā cōstat,nō eadem sint,sed simillima.Ve-
rum quæ Celsi dictis huiusmodi, & Stoicorū
in primis sunt respōdēda: facilius in aliis vbi
inciderit mentio conquirentur:quandoquidē
neq; secundum id temporis,neq; pro his quæ
ad præsens exequi propositum est, longior es
se in dicendo velim. Ait prætereа Celsus, nec E
ea quæ oculis exposita sunt & visuntur,fuisse
homini tradita,sed vniuersorum salutis gra-
tia & gigni singula & interire,iuxta eam quā
dixerat alternam vicissitudinem.Et sane super
uacaneum est istiusmodi rerum confutationi
bus immorari,quas supra(vt licuit) exposui
mus:siquidē ad id quod Celsus intulerat, nec
bona , nec mala inter mortales , vel pauciora
fuisse,vel plura effecta,satis iam diximus.Nec
secus vbi & ad illud respondimus, nil oporte
te vt denuo deus quæ fecit castiget:neq; quē-
admodum mortalium quispiam,aliquid mā-
ce,& imperfectius struxerit , vel inscite qppiā
condat,ita & deus corrigat mundum , quem
diluuio siue incendio sit euersurus: sed coer-
cet hic potius,ne abūdantior ille nequitiæ flu
xus latius serpat.Ipse vero existimauerim vel
miro quodam ex ordine,& vniuersis vt con-
ferat,deū nequitiā sublaturū:quę demum sub
lata verū in posterū sit homines subitura nec
ne,alias vbi primum occurrerit differet.Libet
igit deo vt denuo corrigat,peccata castigan-
da resumere. Nam etsi omnia illi optime sint
& tutissime ex vniuersa hac rerū structura dis
posita:fuerit ei alioqn necessaria medendi ars
q̄dā,q̄ nequitię morbo laborātib9,&vniuerso
mūdo ex ea perinde coinquinato mederi pos-
sit.Et sane nihil hic p negligentiā prętermisit
neq; prętermissurus est,quo minus aliqd agat
quod se deceat in versatili mūdo hoc facere.
Et quemadmodū agri cultor pro variis anni
temporibus,& varia facit agriculturę opera,
terram vel excolendo,vel repurgando quę in
ea exoriuntur:Sic deus tanq̄ annos quosdam
vt ita dixerim,secula cuncta dispensat & mo-
deratur,per hæc singula exequens quæ ratio
ipsa deposcit vniuersorū:ita vt hæc p se dun
taxat,vti in vero est,apertissime qdē & statim
cōprehensa traducat ad finē.De vitiis autem
& alia intulit Celsus huiusmodi.Si enī, inqt, F
quippiam tibi nequā videt, necdū tamē verū
ita sit an minime liquido pateat: profecto nil
nosti, verū tibi an alteri cuiq̄ vel vniuersis sit
id cōducturū.Et habet quidem pensi aliqd &
moderati id dictū:nouit enim & prauorū na
turā non prorsus improbā esse,qa quod vitii
inesse in singulis existimat,conferre oībus pos
sit.Verū ne qs haud recte id ceperit , & idcirc

eo immorādi inueniat causam, tāq̄ nequitia cūctis sit profutura, vel ea possit vtilis esse: dicēdū erit, vbi illud fuerit qd̄ ī nostra est sin gulorūq; potestate, seruatum, haud dubie re ctius vt cūcta disponat & moderetur, vel im proborū vsurus est nequitia deus: nimirū q hos vt cæteris necessarios in mediū statuat, etsi culpa nil vacent mortales, vt vniuersis sint documēto: & ex istoꝝ īprobitate rectio res clarius īnotescāt. Et Paulus qdē Iesu apo stolus edocēs ad cōmunē necessitatē vel pdi tissimos facere, & hos qdē apud seipsos ab ominabiles fore, & optimos quosq; mirifice singulis cōducturos, & puerorū de causa vt probi optimo loco constituantur futurū, sic ingt. In magna aūt patrisfamiliç domo, nō so lū sunt vasa aurea & argētea, sed & lignea & fictilia: & alia qdē sunt ī honorē, alia vero in ignominiā. Si qs igit purificauerit seipsum: erit vas in honorē sanctificatū, & vtile dño,
A in omne opus bonū paratū. Hæc autē ad ea vt dicerem necessarium fore existimaui, quæ Celsus hūc ī modū intulerat: Et si tibi vitiū esse aliqd videat, nōdū tamē vtrū sit vitiū li quet: nō enim tibi sat constat vtrū tibi an al teri cōferat. ne forte ex his occasionē ad pec candū qs nactus, perinde ac delinquēdo vni uersis sit profuturus. Sed cum Celsus minus intelligat quæ de deo pro humanis affectib⁹ exprimunt, carpit hęc plane & cauillatur, & ea præcipue in quibus & irascentiū voces in impios, & ī peccatores cōminationes edunt. Dicēdū erit, q̄ queadmodū ipi, vbi cū pueris minutiorib⁹ oborta nobis est disceptatio, nō nostras dicēdi vires attēdimus, sed illoꝝ im becillitati nos ipsos accōmodātes, nō solum his cōsētanea fabulamur, sed ea etiā facim⁹, quę ad puerorū videt emendationē sat fa cere & illis nō parū cōducere: sic item & dei verbū videt quę supra sunt dispēsāsse, ꝓ au ditorū & viribus & vtilitate dimetiēdo, quę decenter denūciarit. Queādmodū vero quæ ad deū spectāt denūcient, in Deuteronomio sic ꝓferunt. Portauit te dñs deus tuus, vt so let homo gestare paruulū filium suū: Quasi humanos mores deo sacra scripta imponūt vt hominibus confrāt. Non em̄ erat multis necesse vt deus personā sibi effingeret ꝓ eius vt dignitate istos alloqueret. Sed quibus cu rę est sacras literas apertiores efficere, cōper turi proculdubio sunt spiritalia spiritalibus nūciari, vbi sic dictorū sensa contulerint, vt quęq; vel ad infirmiores habent, vel ad soler tiores quosdā denūcient: & ita, vt ī vna sęp & cadē dictione id vtrūq; inesse ei appareat,

quia audire hæc nouerit. Irām igit dei nos di B cimus: non tamen irasci illū asseueramus: & vsurpatū id esse, vt q pmulta cōmiserint, ca stigentur, dū grauiter & trucius arguūtur. Q; autē dei ira dū nūcupatur, vel vbi dicit furor, castiget, idq; diuinæ doctrinæ plibeat: ex eo liquet qd̄ in sexto Psalmo sic dicit. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et itē ī Hieremia. Corripe nos dñe, sed in iudicio, & non in furore. Qui ve ro in libro Regum secūdo, dei irā perlegerit, Dauid ipsi persuadētē vt populum suū recē seat: & in Paralipomenon primo/diabolū, & inuicē istoꝝ dicta examinādo expēdat, plane videbit qua in re sit ira hęc cōstituta, cui⁹ & filios, Paulus homines oēs redditos eē affir mat, sic inquiēs. Eram⁹ olim filii iræ, sicut & cęteri. Q; aūt nō ira deus afficiatur, sed sin guli delinquēdo sibi hāc vēdicēt: Paulus idē in his patefecit. Num diuitias bonitatis eius & patientiæ & magnanimitatis contemnis? ignorans qm̄ bonitas dei te ad pœnitentiam ducit: secūdū aūt duritiē tuā, & impœnitens cor, thesaurizas tibi irā ī die irę & reuelatio nis iusti iudicii dei. Verū quo pacto quis po terit in die irę irā sibi thesaurizare, si iram ꝓ affectu animi quodam & passione acceperis? vel quomodo quiuerit irę affectio hęc casti gare? Nō. n. vel sacra dicta quę minime irascē dum esse cōmonefaciūt, & in sexto iniungūt & trigesimo psalmo: Desine ab ira, & relique furorē: & in Paulo illud edicūt: Deponite & vos oīa, iracundiā, furorē, odiū, blasphemiā, turpiloquiū: hūc irę affectū deo accōmodas sent, a quo nos prorsus velit eximere. Liquet C sane de ira hac dei fuisse tropologice explica tū, qū & de eius somno id literis proditur. Propheta nāq; veluti e somno hūc excitans: Surge, inquit, quid dormis dñe? Et rursum, Et surrexit tāq̄ dormiēs crapulatus a vino. Si itaq; hoc loco aliud quippiā somnus iste designat, & nō id qd̄ in promptu ex dictione accipit: cur nō itē & ira intelligat, & cōmina tiones insup ea prætendāt, q̄ denūciētur his occursura, qui praue vitam hanc degūt? nec secus acsi & cōminari qs diceret medicū cū ægro illud inclamat: præcidam te equidē, & inustiones mox adigā si meis legibus minus obtēperaueris, vel ab his illisve haud quāq̄ abstineas, vel te non ita vt iniūxero gesseris? Nō itaq; humanos affectus deo annectimus, nec impie de eo sentimus, neq; errore aliquo ducti, sacris ad inuicem scriptionibus exami natis, quæ de deo narrant ꝓferim⁹. Nec sane aliud est illis propositū, qui diuinā hāc præ

dicant disciplinam, nisi pro sua virili vt audi
tores a stultitia vindicēt, & sapientiores effici
D ant. Exinde Celsus cū minus ītelligat q̄ sunt
de dei ita cōscripta, sic subdit. Num enim nō
ridiculū fuerit: si homo qdē Iudæis esset ira-
tior, hos funditus sustulisset, & absumpsisset
incēdio, ita vt nulli vspiā essent: de⁹ vero ma
ximus ille (vt ipsi affirmāt) & irat⁹, & furēs,
& minabūdus, filiū suū demittit, qui tāta sit
demum ꝑpessus? Enimuero vbi Christū Iu
dæi his affecerunt quæ in eum sunt vt face-
rent ausi, & sublati sunt funditus, & incēdio
conflagrarūt: nec ex alia ira, nisi ex ea quam
ipsi sibi thesaurizassent, ꝑpessi hæc sūt, & dei
aduersum se quodam iudicio, diuino ex cōsti
tuto iam facto, qd vtriꝙ more quodā patrio
Hebræorum, ita nūcuparetur. Et sane ꝑpessus
est dei filius volēs ꝓ salute mortaliū, quēad-
E modum supra (vt licuit) diximus. Posthæc
Celsus sic inquit. Verum ne de Iudæis dunta
xat (non em̄ id affirmauerim) sed de vniuer
sa natura, qd fuerā pollicit⁹, dicēdū sit, aper-
tius quæ supra dicta sunt, demonstrabimus.
Quis aūt q̄ moderatior sit, & ista ꝑlegerit, &
humanā imbecillitatem satis iam calleat: nō
huius cōprimat impudētiā, qui de vniuerso-
rum natura polliceat̄ redditurū se rationem?
& haud secus in his insolescat, ac alias fece-
rat cum & librū veritatis titulo annotasset?
Sed videamus quænam sint ista quæ de qua-
uis rerum natura ostensurum se pollicet̄. Per
multis enim deinceps nos criminatur, q̄a ho
minis gratia deū fecisse vniuersa dicam⁹. Ni-
titur enim ex his quæ de animalib⁹ ipsis nar
rantur, ꝓ sui ingenii (vt putat) acumine,
non magis hoīm q̄ brutorū animātiū causa
vt condita fuerint hæc omnia, demonstrare.
Et mihi sane videtur hic haud aliter dicere,
ac solent, qui eos quos oderint, ob inimicitiā
earum rerum insimulent, in quib⁹ sibi aman
tissimi quidā collaudant̄. Siquidem ea vt in
re hos odiū cæcat ne videant sui se amātissi
mos his incusare, quibus & carpere inimicos
existimāt: sic item & Celsus mente confusus
nihil aduertit, vł Stoicos se philosophos cri
minari, q̄ nil praue hoīem ipsum & rationa-
lem deniꝙ ipsam naturā, brutis omnib⁹ ante
ponūt: quin potius hominis præcipue gratia
dicunt ꝓuidentiā omnia condidisse. Et arbi-
tror equidē, ꝙ quēadmodū qui opsonia, & fo
rū procurant, quos Epiphoros dicimus, non
alteri⁹ rei de causa nisi hoīm, id curę suscipi-
unt, tāetsi & canes, & animātia pleraꝙ ratio
nis expertia, venalium huius copię rerū par-
ticipent: ita & Prouidētia in primis rationa-
libus prospicit, cū illud mox sequit̄, & cętera
animātia eoꝝ in partē vt veniāt, quæ parata
sunt humani generis gratia. Et quēadmodū
fallitur qui fori procuratores nō hominibus
magis q̄ canib⁹ ipsis prospicere autumat, qñ
& canes venalium rerum copia perfruūtur:
sic item lōge magis & Celsus ipse & cæteri q
cū ipso eadem sentiunt, in deum impie agūt
rationalibus prouidētem, cum inquiūt: Cur
hęc hominibus in cibum potius fiant, q̄ plā-
tis arboribusꝙ, hęrbis ac sentibus? Putat em̄
in primis non dei opera esse, tonitrua ipsa &
fulgura imbresꝙ, apertius iā Epicureos ipos
sectatus: deinde sic subdit: Vel si quis concef F
serit dei esse hęc oꝑa, alioquin nō magis mor
talibus nobis hæc ipsa parantur in cibum q̄
plantis, arboribus, hęrbis, & dumis: fortuito
& nō ex prouidentia, vt verior Epicurus ac
cidere ista permittens. Si enim non nobis po-
tius q̄ plantis arboribus hęrbisꝙ & sentibus
hęc viui fuerit, ꝑspicuū foret nec a prouidē-
tia ista ꝓdire: vel si a ꝓuidentia dixeris, ea ta
men q̄ nostri nō magis q̄ arborū, plātarum,
dumorūꝙ & hęrbarū curā susceperit ꝓuidē-
tia ꝓdiisse cōstabit. Vtrūꝙ aūt impiū hic esse
atgnit̄: & huiusmodi obuiam dictis ite huic
obsistēdo q̄ nos impietatis insimulat, stultius
fuerit: siqdē satis ex his quæ dicta sūt liquet,
quisnam sit impietatis coarguendus. Deinde G
sic inquit. Et si hęc dixeris hominū causa na
sci, plantas, arbores, hærbas, & dumos: cur
hoībus potius nasci hæc affirmaueris q̄ bru
tis & efferatissimis animantibus? Fatetur er
go aperte nūc Celsus, hāc tantā rerū varieta
tem in terra nascentiū, prouidentiæ esse non
opificiū, sed ex atomis coeūtibus tanta hæc
extitisse, & ea coitione tot plātarū & arborū
species hęrbarū & fruticū inter se similes esse
vt nulla ex arte vel ratio ipsa hęc confirma-
uerit: neꝙ vt a mente ipsa principium duxe-
rint qcqd miraculi est excedēre. At nos Chri
sti legē sectātes q̄ illiusmodi cōdidit, deo hęc
accensemus, & has gratias dicimus fabrican
ti, ꝙ tale nobis parauit eduliū, nec sec⁹ & no
stri ob gratiā, vel his q̄ nobis inseruiūt aīali
bus: q̄ ꝓducit animātibus fœnū & hęrbā ser-
uituti hoīm, educens panē de terra, & vinū
vt lętificet cor hominis, & exhilaret faciē in
oleo, & panis cor hominis confirmet. Q̄ si
vel efferatissimis beluis & cibos parasset, nil
mirū: siqdē & hęc animātia vł philosophan-
tiū alii idcirco cōdita fuisse dixerūt, vt homi
ni exercitationē & negocium exhiberēt. Nec
secus & quibusdam in locis e nostris sapiēti-
bus quidā ita cōmonefaciūt: Nō enim dixe-

tis,cur hoc, cuiusve illud gratia effectū est?
A sunt enim cūcta ad vsum aliquē facta. Deinde cū velit Celsus nō nobis potius diuinā prouidētiā q̄ efferatissimis bestiis, quę nascūtur e tetra fecisse:sic infert.Nos igit̄ laborādo & calamitate semper affecti,vix & summo cum labore iā alimur:brutis vero animātib⁹, nec sata qdē,neq₃ exculta, cūcta & passim exoriū tur.Nil tamen hic conspicatus, queadmodū vbiq₃ deus humanā velit sapientiā exerceri, ne vel ociosa hęc torpeat,vel inexcogitabilis ad artium inuētionem permaneat:indigentē hominē fecit,vt ob eius indigētiam opificia cogeret excogitare:partim ob cibi necessitatē,partim ob tegumētorum & vestiū qbus operiretur. Siqdē his lōge satius fuerat,qui nec essent cōquisituri diuina,nec his studiū impensuri,vt rerū afficerent̄ pœnuria,& ita ad artiū inuētionem sapientia vteretur : q̄ si ex abūdāti omniū copia vt diuites & opulenti, sapientiā demū negligerēt.Earum itaq₃ rerū carentia quæ ad vitam sunt necessariæ, hūc illūve cōfirmauit, vt partim agros excolēdi modū excogitaret:partim vineas pastinādi, partim hortos plantandi & irrigādi,partim ædificia fabricandi & æra cudēdi & ferrum, e quo & instrumēta artibus futura his vsui cōflarent̄ quę ad victū necessaria cōpararent. Operimēti vero necessitas & textrinā iduxit/ sutrināq₃ & fullonicā adiuenit,& architectura edocuit: & hoc pacto altius euecta est sapientia. Eorum vero q̄ ad vitā necessaria sunt, indigētia demū effecit , vt quæ aliis in locis gignunt̄, nautica ad eos arte deueherent̄, q illis carerēt. Fit itaq₃ vt iure qs queat dei prouidētiam admirari,quę pręter bruta animātia,rationale animal,vt ei cōduceret, multarū rerū fecerit indigere: quandoqdē quęcūq₃ sunt rationis expertia , escā in promptu habeāt & paratā,vt quæ nullā nacta fint ad artes occasionē,& naturale acceperint optimē tū:nā vel setis obducunt̄,vel pluma,vel vellere operiunt̄ & squamis. Et his quidē sat sit respōdisse,quę Celsus hunc in modū intulerat: Nos vero insudando & calamitate affecti vix alimur:brutis vero animātib⁹, nec sata qdē,ne plane exculta/e tetra passim exoriū
B tur . Post hæc Celsus propositi sui oblitus, qd vtriq₃ erat vt Iudæos & Christianos insimularet:subinfert Euripidis iābicū a sua sententia alienū, & temere qd ille enarrat īuadēs haud secus & criminat̄ ac praue aliqd dictū. Celsi vero ista sunt verba. Si eñ Euripidis illud attuleris: Solē cōfestim ac noctē mortalibus inseruire:cur potius nobis q̄ formicis & muscis ista inseruiant?Illis siquidē ad quietē nox fit:dies vero vt videāt & operent̄.Patet aūt nec Iudęorū nec Christianorum aliquos dixisse vnq̄ solē nobis vel cęlestia inseruire:sed iuxta quosdā & Scænicū philosophū quēpiā Anaxagorę de rerū natura philosophātis,auditorē asseuerasse,ex vno aliquo homine rationali se illud cōplecti,quę vbiq₃ sunt, vt cęteris ratione vtentibus seruiant.qd item vel Euripidis dicto significet̄,cū solē inqt & noctē inseruire mortalibus. Vel forte ex sole & Tragicus ille qa faciat lucē,diē denominauerit:plane cōmonefaciēs diei & noctis vicissitudine, quę infra lunā sunt maxime idigere: cū id minus ita se habeat, sed quę super terram sunt hac potius egeāt. Dies itaq₃ noxq₃ inseruit mortalib⁹,& rationaliū gratia sunt hęc instituta. Qꝫ si formicę & muscę iterdiu operādo,& noctu cōquiescēdo his item fruūtur quæ hominū sunt gratia facta, haud tamen formicarū vel muscarū de causa dicēdū est noctem diēq₃ factū : sed vt mortalibus dūtaxat puideret. Quin & illud Celsus subiun C
git.Si quis eñ nos diceret eo in bestias habere imperium qa alia animātia venando capte mus:& itē his ipsis vescamur: responsuri id sumus, quin potius illorum fuisse nos causa factos, quandoquidē & nos illa plerūq₃ inter venandū arreptos mox vorēt.Accedit etiam q₃ ipsi quidē ad hæc cōprehēdēda,& retibus & hominū multitudine , & canibus indigemus:illis vero natura i promptu cōtulit arma,qb⁹ nos sibi facile subdāt. Vides vel hoc loco vt in magnū præsidiū tributa nobis sit sapiētia, & qbusuis armis qs ferę bestiæ muniūtur, validior?Nos igitur qui beluis hisce sumus infirmiores,qa & breuiores earū non nullis statura,sapiētia tamē has ipsas peruincimus, & tātę molis elephātos venando cōprehēdimus,ita vt quę ex feris his animātibus sunt ad seruitutē idonea,nostrę obœdiētia māsuetudini faciamus: quę vero ex seruitute vident nil nobis vsui fore: sic nostra cū securitate cōstringimus, vt vel inclusa cum libuerit habeamus, & occidam⁹ dū nobis ex eorum corporibus sumēdus est cibus, nil secus ac cętera q̄ nihil in se habeāt feritatis. Cōstituit itaq₃ cōditor ille rerū,vt rationali huic animāti & eius innatę sapiētię cūcta subiicerent̄.Quo fit vt plerisq₃ in reb⁹ canib⁹ nobis sit opus,vt ad ouiū vel capratum vel armētorū tutelam, & domus custodiā: ita & bobus,vt in excolenda terra,& sarcinariis itē q busdā iumentis ad onera deferenda vtamur. Nec secus ad proseminari in nobis roboris

exercitationem, leones, vrsos, leopardosq́; & sues, & caetera id gen⁹ animātia oblata fuisse
D tradit. Deide Celsus sic hoies ipsos affat, qui & sui generis excellētiā norint, & quantū cęteris pstēt intelligūt. Ad illud. n. qđ ipsi fatemini, a deo vobis pmissum fuisse vt & tollere, & trucidare bestias liceat: dicturi sumus pat esse vt id olim licuerit, priusq̃ vel ciuitates cōstruerent, vel adinuēta opificia essent, vel hoies in vnū coirēt, & armoꝝ nōdū esset vel tetiū vsus: sic hoies ipsi vel rapti a beluis vorabant, cū illa p hoies nusq̃ cōprehenderētur. Aduerte aūt, φ si vel bestias ipās sustulerint hoies, vel hoies ipsos corripiāt beluę: lōge tamen vt plurimū differant qui per sapiētiā vicerint, & quæ feritate & immanitate desæuiendo hos superēt qui minus valeant sapientia, pcauēdo ne quid a bestiis patiant. Illud vero φ priusq̃ ciuitates cōstruerēt, & artes essent inuentę, & hoies simul coirent, prędixit: eius esse existimo, q̃ sit plane oblit⁹ quę supra cōmeminisset, vt mundus scilicet & increatus & icorruptibilis sit, & illi dūtaxat q̃ & diluuia essent & cōflagratiões olim perpessi, nō oēs in hęc mala inciderint. Vt eīm pferre nequeūt q̃ mundū increatū existimāt, mūdi principiū: sic itē nec tēpus quo nec ciuitates fuere, nec essent adhuc artes inuentę. Sed esto vel ipsi ab eo nil discrepantes vt hęc concedamus, cum suis tamē hic dictis nil correspondeat. Quid igit hoc ad id fecerit, qđ Celsus idē hic dixerat, vt tum primū hoies a bestiis rapti deuorarent, cū min⁹ interea ab hominibus bestię capetent? Si enim per puidentiā factus est mundus, & deus cūctis tūc pręsidebat: erat oino necesse vt q in hūanis tunc agerent, vbi primū esse cœperūt, aliquo pręsidio munirent qđ a potioribus quibusdā proditet, ita vt a pricipio sit diuina natura mortalibus ipsis admixta. qđ vtiq̃ Ascręus poeta fat callēs, sic iquit. Cōmunes tūc epulę erāt, cōmunes & sedes immortalib⁹ diis cū hominibus ipsis mortalib⁹. Et sacra quidem iuxta Moysen scripta, & hos induxerūt q priores dei vocē exaudissent & vaticinia, & angelos sępe viderēt ad se vētitasse. Par enim est, vt i mūdi primordiis humana natura plurimum haberet psidii; quoad demū ad aliquē pfectū euecti, cū sapientię, tū cęterarū virtutū, tū artes excogitādi, p se hoies possent & vitā hāc ducere, ne curatoribus semper egerēt, & qui se istituerēt, cū mira aliqua rerū earū facie & demonstratione, quę pro dei arbitratu ministrarētur. Ex his aūt illud consequēs est, falsum esse omnino φ in principio a bestiis hoimines ipsi abrepti, in escam his cederēt, cum nihil interea ab hominibus bestię caperētur. Nec secus pspicuū est vel illud qđ p Celsum E infert, mendacii posse coargui, φ hoies Deus beluarū ditioni subdiderit. Nō eīm beluis subiecit hoies deus: sed hominū sapiētiæ bestias ipas pmisit, vt captu faciles essent, & ipsis in sup artib⁹, quæ hac ipsa ex sapiētia aduersus has pararent. Nō eīm sine diuino quodam instinctu, & se hoies a brutis hisce & efferatissimis animantibus tuebant, & hæc peruincebant. Nescius aūt, & nil plane aduertens, iste nuus iste, etsi multis philosophis puidentiā diuinā illam rationalium gratia fecisse oīa asserentibus: vel pcipua quædā quantū in eo fuit, idcirco sustulit dogmata, qa cū his conuenire ad sapiētiæ studiū Christiana religio videbat: nec plane itelligit quātū iacturę fiat, dū verus intercipit cult⁹, si illud suscipit, φ a formicis & apib⁹ apud deū nil differāt homines. inqt eīm: Idcirco differre hoies a bru- F tis vident, qa & incoluerint ciuitates, & vtūtur republica, magistratibusq́; fungunt. Qđ vtiq̃ ad rē minime facit: Siqdē apibus & duces sint quos & sequant, & curēt: sint ptereabella, victorię, deuictorūq; fugę, & internitiones: sint ciuitates, suburbia, & operū successiones, aduersusq́; ignauos prauosq́; & iura: Nā & abigūt fucos, & pœna afficiūt. Et sane neq̃ i his qdē hic vidit qdnā sit iter ea discriminis, quę ratione & rationali natura gerun tur, & q̃ rationis instinctu quodam & tenui opera fiūt, cum nulla his ratio insit, qua quae ante quę fecerint capere: quippe cum nihil habeant apes in se rationis. Vetustissimus autē & dei filius ille subsistentiū oīm dñs, naturā rōne carētem idcirco effecit, vt tanq̃ rationalis his psidio esset q̃ nulla sunt ratiōe digna. Ciuitates itaq̃ apud mortales multis artib⁹ cōstiterūt & legibus, & institutis, respublicæ item & magistratus, & huiusmodi cætera vt eisq́; & pprie nūcupent, inter hoies sunt constituta, His itaq̃ haud parū interi q̃ rectius leges sanxerūt, optias cōstituere respublicas, nec secus & pfecturas, & magistrat⁹, quoꝝ in brutis nil vnq̃ potuit inueniri. Tametsi Celsi rōnales rerū nūcupatiōes, & rationalibus attributas, ciuitates dico, & respu. & magistratus, vel formicis & apibus aperte detulerit, cū ad hæc munera nec formicæ, nec apes vspiā admittant, vt quę nō ex animi quodā cōceptu hęc faciāt. Sed naturā ipam diuinā mitabimur, q̃ vl' adusq́; bruta illud prouexerit, vt plerisq́; in reb⁹ ratione pditos imitent. Et forte id egit, vt multis vel ratione vtentib⁹

perspicuũ esset exemplar,vt formicarũ interi
operibus & rem ipsi gerendã aggrediãtur,&
parta iã seruẽt:& apum vbi mores cognoue
rint,& ducibus pareant, partiãturq; optima
reipub.ad ciuitatũ salutẽ negocia.Et forsitan
apũ certamina, ad iustiora & bene disposita
prelia inesida sunt documẽto, si vnq̃ gerẽda
essent mortalib⁹:nec tñ apib⁹ vel vrbes sunt,
vel suburbia,sed aluei,&adglomerata exami
na,& domo abacta : ita vt ad hoim vsum &
operenť,& quę importanť suscipiant,siue ad
corporũ affectoꝝ curationẽ hi melle vtanť,
siue lautiorẽ in cibũ.Nec sane sunt q̃ ab api-
bus in fucos gerunť,cũ iudiciis his cõferẽda
& pœnis q̃ aduersus eos edũtur , q praue in
vrbibus & p inertiã degerint . Verũ (vt su-
pra iam dixi) naturã i his admirabimur ipsi
diuinã; & suspiciẽdũ esse hominẽ affirmabi-
mus, q possit q̃ vniuersoꝝ sunt supputando
animo ipso cõplecti,& ornamẽtũ his indere,
ne prouidẽtiæ solũ diuinę opera exequatur ,
A sed sua.Cũ vero fecerit Celsus de apibus for
micisq; mẽtionẽ, vt nõ modo Christianorũ,
sed & cęteroꝝ hoim,cũ ciuitates,tũ respubli
cas,tũ pfecturas & magistratus,tũ q̃ p patria
gerunť & bella extenuet: subiũgit deinceps,
& apũ laudes explicąt,vt illis collaudatis ho
minũ dispẽsationẽ in cibis quęrendis,& curã
deniq; cauilleť,& istorũ futurę hyemis præ-
notionẽ cõtemnat: perinde acsi nõ plus quip
piã habeãt,q̃ formicę rationis expertes, qb⁹
& inesse pũdẽtiã putat.Quẽ eñ simplicium
hominũ q & rerũ omniũ naturã vel aduer-
tere nesciant vel cõtẽplari,quantũ in se est,
Celsus nõ prorsus auertat, ne opẽ his ferat
qui põderibus opprimunť, & laborũ se parti
cipẽ offerat:dũ de formicis hęc narrat,vt in
uicẽ se oneribus leuẽt,& vbi si quã laborãtẽ
B conspexerint plane opitulenť!Dicet nãq; ru-
dior aliqs,etsi forte vel instructib⁹ aliis eru-
diať,cũ de se nihil aduertat: Cũ igiť a formi
cis nihil ipsi distemus,vbi graui põdere labo
rãtibus aliis opẽ tulerimus:cur incassum id
agimus?quãdo nec formicę quidẽ vt ratione
carentes,gloriæ quæ ipsæmet factitent duxe-
rint,si hominũ operibus cõparenť!Homines
vero q ob insitã rationẽ nosse sat possunt vel
eoꝝ cõmunicata officia tãdẽ vilauerint:offen
dẽtur fortasse si Celsum & eius dicta aduer-
terint: q sane nil videat dũ a Christiana do-
ctrina dehortari hos velit q sua scripta perle
gerint,queadmodũ vel gentiles ipsos ab offi
cio pietatis detorqueat , ne prorsus succur-
rant grauissima onera perferentibus. Opor-
tuit autẽ si philosophi is fungebatur officio
vt percepta cõmuni vtilitate , cum vellet in
Christiana religione quæ prodesse viderenť
hominibus simul euertere: vt & bona quę cõ
munia Christianis cũ cęteris mortalibus iu-
dicaret,extolleret,si fieri poterat,& operam
his simul impenderet . Qꝫ si semina & ex his
editos fructus deponũt formicę ne dispergã-
tur, & maneat his in annũ quo vesci queãt:
haud tamẽ ea mẽte id facere illas existimãdũ
est,sed naturã ipsam id operari,quę vel bru-
ta exornat, vt est rerũ omniũ parẽs, & ex se
nil penitus,nec minima quidẽ pręteream,nec
vllũ pariať suę rationis vestigiũ itermittere.
Ni forte clam velit p hęc Celsus (solet nãq;
Platonem in plurimis imitari) persimilẽ esse
omniũ animã,nec quicq̃ ab ea hãc ipsam dif
ferre,q̃ formicis insit & apibus:qđ vtiq; eius
fuerit,qui animã e cęli cõnexionibus ad hu-
manũ nõ solũ corpus traduxerit,sed vel i cę
teroꝝ impegerit animãtiũ corpora.Cui opi-
nioni Christiani homines nihil assenciũtur,
vt qui psuasum iam habeant ad imaginẽ dei
esse hois animã figuratã, vt videãt plane fie
ri nõ posse, vt quę ad imaginẽ dei vel natu-
ra ipsa sit cõdita,penitus queat sui ipsi⁹ cha-
racteres abolere , & alios nescio quos demũ
resumere,q brutoꝝ quorũdã imaginẽ pferãt.
Sed cũ pfunctis vita formicis,q̃ supstites fue
rint,seorsum inquiat Celsus locũ decernere,
& hũc his esse pro patrio more sepulcrũ di-
cẽdũ: quo plures ratione carẽtibus aggesse-
rit laudes,eo magis vel se inuito, rationalis
naturæ opus exaugebit, q̃ vniuersa exornet
& humanã solertiã patefaciat,quæ oratione
queat brutorũ animantiũ exornare affectus.
Celsus vero cũ sentiat nec rationis esse exper C
tia q̃ ad cõmunẽ oĩm opinionẽ bruta vocan
tur,nec formicas duxerit ratiõe carere: is in
quã q de vniuersoꝝ natura dicturũ se polli-
cetur,& veritatẽ libri iactat inscriptione, de
formicis,tãq̃ mutuo sermone vtentibus, isti
usmodi subdit. Et sane quidẽ dũ se offendũt
& disputãt,& colloquunť:quo fit vt nec via
aberrẽt. Erit igiť & pfecta apđ istas oratio,
& de summa rerũ quarũdã cõmunes sentẽtię
& editę pinde voces, & existẽtia qđã & signi
ficata. Fit eñ p vocẽ alterna hęc disceptatio
aliqđ p se ferẽtẽ significãtiæ,de hisq; & plera
q; denũciãtẽ,q̃ accidẽtia dicimus: & hęc qđẽ
vel formicis inesse fateri, cur non pre cęteris
fuerit irrisione dignissimũ!Nec veritus tamẽ
his addere,quę posteris patefaciãt suorũ do
gmatum fœditatẽ.Age,inquit,si quis e cælo D
in terram despectet , quidnam huic appare-
bit esse discriminis inter ea quæ ipsi gesseri-

mus,& quę p formicas & apes gerant! Enimuero q iuxta Celsi susceptā materiā e cælo in terrā despexerit,& mox quę p hoīes fiunt aduertat,& quę p formicas agant & apes: num ubi in hoīm corpora & formicarū & apiū superne hic intēderit oculos, nō hos ratiōe duci mēteq & cogitatione moueri intelliget! illas vero & temere agi quocūq impetus tulerit,& nulla cū ratione,sed imaginatione dūtaxat,& naturę istinctu quodam deferri! Sed fuerit qdē absurdius,vt q e cælo ad terras demiserit oculos,si hoīm,formicarū, & apiū,e tāto interuallo corpora dūtaxat velit inuisere,nō lōge magis mētis aīorūq naturas īspicere,& motuū ipsorū originē,vtrū rationalis an rationis illa sit expers. Q3 si motionū & īpetꝰ fontē qs semel sit cōtēplatꝰ, haud dubie & hoꝝ discrimina internoscet,& quantū homines ipsi pcellāt: ita vt non modo formicas & apes hi lōgo īteruallo excedāt, sed elephātos & maiora hmōi aīantia: cū alioqn q e cælo ad īferiora ista obtutū deflexerit,ī brutis qdē,etsi ingēti sint corporis mole,nullū spectabit inesse primatū,nisi irrationalitatē (ita vt dixerim) quādā: in his vero vt rationalibus, rationē,quę vtiq cū diuinis & cęlestibꝰ ipsis vel cū deo cōmunis est homini,qppe q ad dei dicit imaginē factꝰ : siqdē dei imago,q cūctis

E prę[s]idet rebꝰ,eiꝰ est verbū. Cęterū cū mortaliū genꝰ deprimere in multis cōtēdat,& brutoꝝ simillimū reddere: nec de his pterire qdpiā velit qđ sit historię pditū,& maiora qdā ptēdat, vel magicā brutis qbusdā inesse artē affirmet,& ne forte hāc soli hoīes iactēt, & ī ea uolint bruta hæc anteire: sic subdit. Q3 si qd hoīes magicis carminibꝰ sapiāt, iā ea ī re sapiētiores sunt longe serpētes & aqlę: norūt eñ pmulta,q & venena decutiāt,& mala propulsent: accedit etiā & lapidū quorūdā vt calleant vires,ad nidi & pullorū salutē: que qdē si hoīes assequant,mira qdā adeptos se arbitrent. Primū qdē nescio quo pacto brutorum aīantiū ī physicis hisce medelis, siue peritiā, siue naturalē cōceptū,magicā dixerit,quasi ī aliis id magici nominis plane defierit: ni forte clā velit,vt Epicureus,carpere istiusmodi rerū & vsum, tāq in magoꝝ hic pollicitationibꝰ cōstet. Sed cōcedat vt in eiꝰ artis cognitione hoīes insolescāt,siue in ea sint peritiores,siue minus periti: verū quo pacto vel ea ī re sapientia serpētes excelluerint hoīes, quia fœniculo ad oculos exacuendos, & citatiore motu vtunt,cū id natura tātū illis sit insitū, nō vt mēte & cogitatiōe eā rē assequant,sed instinctu naturę quodā id agāt! Hoīes vero nō ex simpliciore ipsa natura,vt deduci serpētes solēt,ad ista deueniūt,sed experiētia partim,partim doctrina,& cōiectura plerūq vel arte. At aqlas dixeris,Aetiten lapidē ad pullorū salutē repertū,ad nidū perferre. Sed vndenā illud! nū quia sapientiores sunt aquilæ! vel quia hoīes sapientia antecedant,q experientia quadā adminiculū illud, qđ aquilis est natura tributū,animo & cogitatione inuenerit,& cōsiderate vtant! Esto pterea vt & alia qdam bestiis innotescāt,quæ ad medelā mirifice iuuēt: quid igit ad illud id fecerit, cū nō natura sit hoꝝ inuentrix sed ratio, quę talia in brutis ipsis dephēderit! Si eñ ratio vt beluis insita hęc inueniret,non in serpētibꝰ dūtaxat illud cōperiret. Insit pterea secundū aliud qppiā aquilę,tertiūve, & aliis itē & cæteris animantibus,vel si placet, quæcūq inesse hominibus cōstat: est tamen ex eo perspicuū quādo ex constituto pro cuiusq bruti natura & adiumēta cōsentanea sunt,nec sapientiā illis inesse,nec rationē,sed naturalē instinctū salutis gratia quēpiā,per rationē his inditū. Q3 si in his vellem cū Celso sentire, Salomo F nis illud ex parabolis mox ipse pducerē. Quatuor sunt minima terrę,& ipsa sunt sapiētiora sapiētibus: formicę,populus infirmus qui pparat in messe cibū sibi: lepusculus plebs inualida,q collocat in petra cubile suū: regē locusta non habet,& egredit vniuersa per turmas: stellio manibꝰ nitit,& morat in ędibꝰ regis. At nequaq dictis his vtimur,pinde apertioribꝰ,& satis patētibus,& inscriptiōi huic cōsentaneis: īscribit eñ liber Parabolę: sed tā q ænigmata ista conquirimus. Est nāq viris hisce cōsuetudo,vt cū aliud ex scriptiōe ipsa ptulerint,aliud latentiori sensu designent,in species mltas hęc ipsa dispartiant: e quorum numero,sat esse parabolas constat. Idcirco ī euangeliis scribit,Saluatorē nostrū hæc tradidisse: Hęc in parabolis locutus sum vobis, venit hora vt nō vltra ī parabolis loquar vobiscū. Nō igit sensibiles istę formicę sapiētiores sunt sapiētibus,sed qui in prouerbiorū pinde specie demōstrant. Nec secꝰ poterit & de cęteris animātibus dici. Sed simplicia admodū & rudiora existimat Celsus,quę cū Iudæi tū Christiani literis pdidere : & putat qdē q illa interptant,vbi id egerit, scribētiū voluntatē violētius corrupisse. Ex his igit arguit Celsus frustra nos carpe, & eiꝰ deniq sermo falsitatis conuincit de aquilis & serpentibus habitꝰ,quo illos decernit hoībus esse prudētiores,& sapiētia hos anteire. Vult prætereamultis diuinitatis cognitionē ostēdere pter

cętera animãtia, homini nô esse pręcipuam, sed brutorum esse nõnulla, quę vtiq; quę dei sunt norint: de quo tã varie senserint vel p̃spicaciores illi & summo ĩgenio viri, q̃ vbiq;
A terrarũ tã Græci q̃ Barbari extitere. Vñ sic inq̃t. Si eñ homo diuinę mentis est capax, & idcirco p̃cellere cæteris animãtibus existima tur: intelligãt q̃ hoc ipsum fatenť, vel aliorũ animaliũ plæraq; esse q̃ sibi id vẽdicẽt, & iure q̃dẽ. Quid eñ quispiã diuinius esse ptulerit, q̃ futura p̃noscere, & lõge hęc ante significare? Id igiť hoĩes ab aliis animãtib⁹ & auibus p̃sertim edisc̃ũt: & quicũq; illarũ portẽta intelligunt, vates dicunť & augures. Si aues itaq; nos & animalia quęuis alia, ex deo vaticinãtia, futurorũq; p̃scia, ex signis cõmonefaciũt: eo magis apparet effecta hęc esse deo p̃pinquiora, sapiẽtiaq; pollere, & illi itẽ eẽ grattissima. Ferũt autẽ & q̃ inter hoĩes sapiũt, & collocutiones his eẽ, vel nostris q̃dẽ lõge plurimũ sanctiores, & eoꝝ nihil hęc fugere q̃ geranť, & de re ipsa p̃ferre queãdmodũ sũt cognitionẽ: q̃d vtiq; p̃dicẽdo q̃multa aues ipsę affirmãt, vti & verba q̃ se cõsulãt fecerint, & cuiusmodi fecerint, & quo se cõtulerint, hoc illudve vt facturi deniq; sint. hæc sane aues vel delapsu quodã, & volitatu, vel garritu p̃ mõstrãt. Elephãtis vero nil sancti⁹ eẽ videť, nec erga deos, vel fide, vel pietate maiori: ni mirũ q̃ diuinitatis habeãt notionẽ. Aduerte autẽ queãdmodũ vel ea q̃ cũ apud Græcos, tũ apud Barbaros q̃sita sint, siue hæc ipsa hĩ adinuenerint, siue a dęmonibus q̃busdã didicerint, q̃ de auguriis & aliis animãtib⁹ philosophenť, a q̃bus portẽdi nõnulla hoĩbus & p̃dici Celsus affirmat. Et in primis quidẽ q̃sitũ est, vtrũ augurãdi ars vlla extaret: & vtrũ p̃ bruta hęc deniq; vaticinia ferrẽt, an minime? Secũdo apũ eos q̃ pet aues vaticinia fieri posse admittũt, nil cõuenit queãdmodũ fiãt. Siqui dẽ p̃ dæmones partim, siue p̃ deos, quorũ est vaticinãdi id munus, motus illos affirmẽt in beluis fieri, & auib⁹ itẽ ad varios volitat⁹, & varias voces: in cęteris vero vt sese istorsum illorsumve moueãt: partim aũt & motus fieri his lõge diuiniores: ad quos & illud accedať, q̃ accõmodatiores ad id sint istiusmodi animantiũ animi, q̃d prorsus est incredibile. Oportuit aũt, si in vero hęc senserat Celsus, vt plane ostẽderet quemadmodũ bruta hæc animãtia diuinitatis in se plus q̃ppiã & sapiẽtię q̃ hoĩes ipsi haberẽt, & pluribus cõfirmaret magicã artẽ subsistere, & apertius q̃b⁹ id tueret, & clarioribus argumẽtis mõstraret, & explicatius arguẽdo eoꝝ dicta q̃ istiusmodi vaticinia tollerẽt, improbaret: nec secus & hos refutaret qui a dæmonibus, siue diis affirmẽt ad vaticinandũ bestias cõcitari: & demũ astrueret has ip̃as, etsi rationis expertes, animũ nactas esse diuiniorẽ. Sic forte & nos eius p̃suasionibus, si q̃d tãtis in reb⁹ philosopho dignũ p̃ se tulisset, inhęsissemus, cõfutãdo q̃dẽ animãtia ipsa ratione carẽtia, hominẽ posse sapiẽtia supare: falsitatis vero coarguẽdo, diuinitatẽ hęc magis q̃ ipsos nos sapere, & sanctiora ĩter se habere colloq̃. Nũc
B vero q̃ nobis in crimẽ ascribit q̃ in deũ vniuersorũ pręsidẽ credimus: dignũ ducit vti & illud credam⁹, auiũ animas fuisse & mẽtẽ nactas lõge magis diuinã & clariorẽ q̃ hoĩes habeãt: q̃d vtiq; si verũ ẽ, habiturę sunt ergo & aues clariores de deo sensus q̃ habeat Celsus. Nec sane mirũ si ea in re Celsum aues p̃uicerint, qui hominẽ ipsum tã enixe extenuet & paruifaciat. Quinetiã quãtũ in Celso fuerit, aues ipsę mẽtis diuinitate atq; pręstantia, nõ solũ nos Christianos, & Iudęos simul excesserint, qui nobiscũ eisdẽ scriptis vtunť: sed eos etiã q̃ apud Græcos theologi extitere. Diuinitate ergo iuxta Celsum auiũ genus p̃stantiorẽ lõge naturã acceperit q̃ Pherecydes, vł Pythagoras ipse, vel Plato: & nimirũ adeũde nobis aues fuissent: perinde ac instructrices, vt suis nos vaticiniis quę futura sunt edocerẽt: sic item & mortalibus ipsis ambiguitatẽ oẽm de diuinis adimerent, cũ de his sentẽtiã prometẽt, q̃ clarius cõcepissent. Celsum igiť existimantẽ ab hoĩbus sic aues differre: illud planẽ subsequiť, vt auibus dũtaxat vtať magistris, nõ alio quouis apud Gręcos philosophãtiũ. Nobis vero ad ea q̃ proposita sunt, pauca e multis dicẽda fuerint, coarguẽtibus opinionẽ nõ minus ingratã q̃ falsam, in suũ cõditorẽ cõceptã. Homo nãq; Celsus cũ sit, ĩ honore cũ esset nõ ĩtellexit: & idcirco nec cũ auibus cõparãdus est, & pecudibus aliis, q̃b⁹ putat vaticinandi vim quãdã inesse: sed illis potı⁹ de primatu cõcedẽs, enixius lõge q̃ ipi Aegyptii, q̃ bruta q̃dã vt deos adorãt, seip̃m subiecerit, & quãtũ in eo est, vel vniuersum hoĩm gen⁹, tãq̃ de diuinitate illi deteri⁹ sentiãt q̃ senserint aues, ratione carẽtiũ ditioni
C supposuit. Sed in primis (inq̃t) illud q̃rať, cõstet ne p̃ aues & cęteras animãtes, q̃ & fatidicę eẽ credanť, ars ista vaticinãdi, an minime? Nõ eñ cõtemnẽda sunt dicta, quę possunt in vtrãq; partẽ p̃ferri. Fit itaq; vt illud nõnũq̃ admittere vereať, q̃ ratiõale sit aĩal, p̃ dęmonũ vaticiniis: & his demũ posthabitis haud quaq̃ auibus ipsis vtať: nõnũq̃ vero multoꝝ

apertioribus testimoniis dicit fuisse q̄plurimos maximis idcirco periculis liberatos, q̄a
D fidē auguriis p̄stitissent. Sed concedat̃ impręsentiarũ cōstare auiũ hęc auguria, vl' hoc pacto id opinātibus, & ea iāpridē captis opinione: ostenderim equidē lōge plurimũ hominē brutis animātibus & vaticiniis hisce superiorē, nec quoq̄ pacto hũc esse cũ his conferēdũ. Nā si quid bestiis inesset diuinę naturæ futura p̄sagiētis, & quę tā affluēs esset & copiosa, vt abūde & volēti cuiq; futura denũciaret, pfecto habita prius earũ rerũ quę se pertingerēt ratione, p̄cauerent ne ea aduolitarēt qua ad se captādum hoīes pedicas, & laqueos posuissent, & sagittas maxime deuitarent: & aqlę itē iam prępscię pullis insidiatum iam iri, siue per angues ad hos perdēdi ob causam euadentes, siue p homines, vel ad ludibriũ illos, vel ad medelā capturos: nequaq̄ nidificarent vbi esset futurũ vt pullis pararent̃ insidię: vl' nullũ deniq; huiusmodi animantiũ ab hominibus capi tam facile posset, quippe q̄ homi-
E nes diuinitate & sapiētia anteirēt. Q: si & alites bellum īter se gerũt (vt Celsus inquit) & naturā habēt augurales aues diuinā, & sine ratione animātia, diuinitatis & sensum, & futura p̄noscunt, quę oīa iam supra exposui: haudquaq̄ Homericus passer eo esset in loco nidicular⁹, vbi futurũ erat vt draco, cum se, eum pullos deperderet: nec rursum, vt poeta idem affirmat, & draco nil pręcauisset ne per aquilā raperet̃. Nũ igit̃ aquila duntaxat erat fatidica? Draco vero, quādoquidē hoc animāte augures ipsi vtuntur, nequaq̄ erat futuri iā p̄scius? Cur ergo, vbi in integro est qd eligi possit: nō vtriq; arguant̃ fatidici? Non eñ draco si fuisset fatidic⁹ nō sibi cauisset ne ab aquila hęc illa ve pateret̃. Possunt vel innumera alia pduci exempla, quibus id astruat̃, animātibus hisce & brutis animā minus inesse q̄ in se vaticinandi vim habeat. Sed iuxta poetā hunc ipsum, Olympus multos mortalium in lucē emisit, & Apollo ad aliquā significātiā accipitre vtit̃ nuncio: nimitũ Apolli-
F nis celer is dicitur nũci⁹. Iuxta nos vero prauos constat esse hos dæmones, & vt ita dixerim, Titanicos, siue gigāticos quosdam erga verũ deũ & cælestes angelos ad impietatem redactos, & e cęlo præcipitatos, & circa corpoꝝ crassiora in terra hac volutari, aliquam nactos de futuris cognitionē, vt qui terreis sint hisce corpibus liberi, & in eo versent̃, vt plane pueliant humanũ genus a vero deo seducere. Vnde & animalia subeũt, siue quæ rapaciora sint & agrestia, siue quæ cautiora & vafra, ita vt hęc & p arbitrio cōcitēt, & quouis tēpore libeat istoꝝ imaginationes & animi impetus ad volitat⁹ & motus aliquos vertant, vt hoīes auspiciis capti quæ his inesse crediderint, nec deũ qui cũcta cōplectit̃ quęrant, nec verũ cultũ expēdāt, sed tota mente in terrā procũbāt, auesq; & dracones, vulpes insup & lupos sectent̃: Siquidem per idoneos quosdā fit obseruatũ, efficaciores rerũ pręnotiones, p huiusmodi animantia fieri: perinde ac in domestica cętera & hoībus assueta non eā vim habeāt dęmones, quā in efferatiorib⁹ habent, quę ob vitiorũ similitudinem, si dici vitia possunt quę istis ingenita sunt, ad facinus omne exercēt. Vnde si quid vnq̄ in Moy G
se sum demiratus, vel illud dignum miraculo duxerim, q; vbi aīalium naturas nouisset, siue quę de istis tradũtur, ex deo pdidicisset, calleretq; itē & quæ dæmonũ sunt, & vt cuiq; animāti hi essent propinquiores: siue ipse sapientia quadā prouectus, ea cōpererit quæ de animātibus ipsis definiunt̃: oīa quidem dixit esse immũda quę apud Aegyptios & cęteros hominum vaticinandi vim habere credunt̃, & oīno mũdiora illa existere, quæ nō istiusmodi forēt: ita vt inter immũda habeāt̃ apud Moysen lupus, & vulpes item & draco, aquilaq; & accipiter, & hmōi alia. Nec solũ ĩ lege, sed in pphetis etiā hęc comperturus es animantia, ad pessima prorsus exempla fuisse desumpta: nec vulpis nomen, nec lupi fuisse vnq̄ ad bonum aliquod vsurpatum. Videtur H
itaq; dęmonũ cuiq;, pro eius esse & specie cōmunicatio quædā ad singulas animantiũ species: & quemadmodũ inter homines hominibus aliis validiores sunt quidam, vel agilitate ipsa, vel viribus: sic inter dæmones fortiores nonnulli extiterint. Et plane vt liquet, ad hoīm deceptiones animalibus his p suo arbitratu vtit̃, q mũdi princeps nostris in literis vocitat̃: alii vero p aliā quādā animantiũ speciē futura denunciant. Et vide q̄ sint dæmones isti flagitiosi, vt eoꝝ instinctu vel virgũculas ipas desumāt vaticinādi gratia gdē. Sed tuo iudicio illud permiserim, vtrũ horũ sit poti⁹ admittēdũ, q; deus ipse, eiusq; fili⁹, aues vel cęteras animantes ad edenda vaticinia moueāt: an q aīantia hęc hoīb⁹ ipsis astātibus cōcitant, improbi dęmones sint & immũdi, vt sacrę literę nũcupant. Q: si idcirco diuina est auiũ anima quia futura prædicũt: cur nō poti⁹ hominũ, quādo & his admittũtur oracula, & auditu pcipiunt̃? Diuina igit̃ aliqua iuxta hos erat Homerica auis q̄ procis prędixerit, postremo eos ibi tũc cœnatu-

ros. En vero diuina hęc fuit: atq Vlysses ille
& tãtus, & Mineruę amicus, diuinę aliris di-
uinationibus cognitis lętitia, vt ingt poeta,
A afficiebatur ex edito Iouis oraculo. Aduerte
aũt ꝙ si diuinũ aues animũ habẽt, & deũ sen
tiunt, vel deos, vt Celsus appellat: perspicuũ
erit vel nos hoies e quadã nobis qualitate in
nata, & ea qdẽ vaticinabili, anima subeunte
iã, sternutare: siqdẽ id ita accidere multorũ
testimonio cõfirmatur, vnde & Homerus sic
ingt. Hic vero supplicante illo asteruutabat.
Idcirco & Penelope ipsa illud subiecit. Non
vides o mi fili vt his verbis adsternutaueris?
At qui qd̃ ĩ vero diuinũ est, ad futuri cogni
tionẽ nec irrationabilib9 his vtiẽ beluis, nec
quibusuis hominũ, sed sanctissimis dũtaxat
& purissimis quorũdã mortaliũ animis, quos
& deo cõplet, & prophetas reddit & vates.
Quocirca si aliud quippiã iu Moysi lege mi-
rifice diciẽ, vel hęc fuerint illi adnumerãda:
Nolite augurari. & alibi: Gẽtes istę quarum
possidebitis terram augures & diuinos au-
diũt: tu aũt a dño deo tuo aliter institut9 es.
Deinceps sic subdit: Prophetã suscitabit dñs
deus tuus de fratribus tuis. Cũ aũt olim per
augurẽ deo collibuisset ab auguriis populũ
dehortari, effecit vt in augure spiritus loq-
retur huiusmodi: Nõ est auguratio ĩ Iacob,
uec vaticiniũ in Israel: p tẽpora nunciabitur
Iacob & Israel qd facturus sit deus. Hęc itaq
& his similia nobis cũ innotuerint, libet mã-
datum id mystice denũciatũ vt obseruetur:
Omni custodia serua cor tuũ. Cauendũ qppe
ne qd qd̃ dæmonũ sit mẽtẽ inscẽdat, vel spiri
tus aduersantiũ aliqs ad ea quæ vult vertat
imaginationẽ nostrã. Optamus autẽ vt illu-
ceat cordibus nostris illuminatio sciẽtię cla-
ritatis dei, diuino spiritu animũ subeũte, &
B nobis q̃ dei sunt suggerẽte. Quicũq enĩ spiri
tu dei aguntẽ, hi filii dei sunt. Sciẽdũ ṕterea
haud quaq̃ esse omnino diuinũ futura ṕno-
scere: quippe qd̃ secũdũ se mediũ sit, & in pra
uos etiã quosdã astutosq item cadat: nã &
medici multorũ sunt ex arte medica pręscii,
tametsi deprauatis sint moribus. sic itẽ & na
uiũ gubernatores, etsi perditi sint & scelesti,
ex obseruatione tamẽ quadam & longa expe
rientia, & ventorum præuidẽt signa, & tur-
bines, reuolutiones insuper quę in hoc terræ
ambitu fiũt: haud tamẽ idcirco diuinos eos
quis dixerit, si moribus sint prauis imbuti.
Falsum igiẽ esse cõuinciẽ, qd̃ Celsus hũc in
modũ prædixerat: Quid enĩ diuinius quisq̃
attulerit q̃ futura prænoscere, & longe hæc
C ante significare? Nec secus & falsitatis illud
arguitur, animantium plęraq sensus sibi vẽ-
dicare diuinos: uihil enim in se habet diui-
nitatis animalium mens ratione careutium.
Demũ & illd̃ falso astruiẽ, diuinis colloquiis
bruta esse propinquiora: quãdo vel homines
vbi ex improbis ad summũ pfectũ euaserint,
longius absunt a dei sermone: illi dũtaxat q
iu vero sunt sapiẽtes, & pietate nil simulata,
cũ deo loquuntur, quales iuxta nos extitere
cũ prophetę, tũ Moyses, cui ex puritate mul
ta & abundanti, qd̃ traditur hũc in modum
testimonium perhibet: Moyses solus ascẽdet
ad deũ: alii autẽ non appropinquabũt. Verũ
quo pacto ab eo tam impie, qui nobis impie-
tatẽ obiectat, editũ est nõ solũ hominũ bru-
ta hęc sapientia anteire naturam, sed dei esse
amãciora? aut qsnã nõ a recto diuertat mox
animũ, q Celso fidẽ pręstiterit, draconem, ac
vulpẽ, lupũ, & aquilã, accipitremq fatẽri maio
ri eẽ erga deũ affectu, q̃ sit humana natura?
Quo fit vt Celsum id subsequatur, vt dici iu
re id possit. Si deũ bestię vehemẽtiori quodã
q̃ homines prosequũtur amore: liquet ergo
nec Socratem ipsum, nec Pythagoram, nec
Pherecydẽ, & quos paulo ante extuleras lau
dibus, Gręcorũ theologos, charitate in deũ
excessuros esse hęc animãtia. Sed illud Celso
quis cõprecẽ. Si enĩ deo hæc acrius longe q̃
homines ipsi afficiuntẽ: velim eqdẽ & ipse sis
huiusce pietatis in deũ cũ beluis particeps,
& istorũ persimilis, quę iuxta te homines er
ga deũ obseruãtia superent. Sed age, nemini
eẽ q huiusmodi aliqd suspiceẽ: verũ qsnã nõ
illud optauerit, eorũ se similẽ reddi, quos dei
duxerit esse amãtiores, vt & ipse nil secus ac
illi pari quadã afficiatur in deũ beneuolẽtia?
Deinde cũ placeat Celsum mutorũ colloquia D
animãtiũ nostris esse admodũ sanctiora: non
quibusuis hominũ, sed sapiẽtibus dũtaxat, id
rei demãdat, vt difficile cognitu: cũ in vero
hi sint sapiẽtes, q & solertiores & probi exti
terint. Siqdẽ improbus nemo dici sapiens po
test. Inquit igiẽ. Ferũt enim q inter homines
sunt sapiẽtes, & mutua esse brutis colloquia
& nostris sane his sanctiora: & se quidẽ quæ
dicanẽ pernosse, & re ipsa ostendunt se horũ
nil fugere, vbi plane pręd icũt, quonã abiturę
sint aues, quidve facturæ hoc illudve etiam
patefaciunt: cũ eo illę se conferãt, & fecerint
plane quæ ipsi pręd ixerint. Et sane vt veritas
habet, nemo sapiẽs ista cõscripsit, uec brutũ
est aliquod vnq̃ sermones sanctitate nostros
se anteire pfessum. Q; si dũ Celsi dicta inqui
rimus, quid subsequaẽ consideremus: liquet
profecto ad eius opinionem sanctiora admo

dum esse q̄ inter se contulerint bruta, q̄ Phe
recydis, Pythagoræ, Socratis, & Platonis vi
rorum præstantium, & aliorum philosopho-
rum ratiocinatio fit: qd̄ vtiq̄ vel absurdissi-
mum esse arguitur. Q, autē & credamus ex
auiū voce nihil significante, nōnullos pdisce
re quo se illę cōtulerint, & quid præterea fe-
cerint, quidve portēdant: vel id quidem fate
bimur per dæmones hominib⁹ significatum,
vt ab his fallanẽ mortales, & a deo suo auul
si, a diuinis & cęlestibus ad inferiora ista mē-
E tem detorqueant. Nec plane ītelligo, quo pa
cto Celsus elephantorū iusiurandū vspiā au-
diuit, & fide erga deū vt nos hi antecedant,
& diuinitatis habeant cognitionem. Et sane
nil me pterit, pmulta & mirabilia de anima-
lium cum natura, tū mansuetudine fuisse hi
storiæ demandata: & alioquin de elephanti-
co isto iureiurando nil cuiq̄ pditum esse sat
scio. ni forte illorū placiditatē vbi nobis īsue-
uere mansuetiores iam redditi, perinde ac si
cū hominibus id illi semel pepegerint, serua-
tum ab his iusiurādū hic dixerit. quod vtiq̄
falsum est: nā etsi rarēter, historię tamen id p
dis, edomitos & mansuefactos iam elephātos
in homines desęuisse, & idcirco vt nō vsui vl
tra futuros, neci damnatos. Proxime autē vt
& illud cōfirmet secūdū se vel Pelicanū pie-
tatis officio hominē supare, q̄ de hoc animā
te narrāt assumpsit, vt & vicē reddat, & escā
deferat genitorib⁹. Ad qd̄ dicendū, nō ex of-
ficii cōtēplatione pelicanos id facere, nec co-
gitatiōe aliqua, sed natura id vt faciāt duci,
hac ipsa volente q̄ has aues parauerit, vt vel
in mutis animantibus homines exemplar ha
berent qd̄ & intueri iā possent, quēadmodū
gratiæ sint reddendę parentibus. Q, si intelli
geret Celsus, quātū intersit si ratione id fiat,
vel nullo rationis instinctu, sed natura dūta
xat duce gerat: haudquaq̄ pelicanos hos di-
ceret, homines pietate puincere. Quinetiam
Celsus pinde ac si p brutis rutādis decertet,
& istorū susceperit patrociniū: Arabicum ani
mal Phœnicē desumit cōmemorādū, quēad-
modū in Aegyptū secedat, defunctūq̄ gestet
parentē smyrnęa sphęra recōditū, deponatq̄
vbi Solis sit sacrum. Et id quidē historiæ pro
ditum est. Potest alioquin si verū id fuerit vl'
naturę esse id mun⁹, diuinę pudētiæ largita
te, q̄ & in animaliū diuersitate, hominib⁹ prę
ferat q̄ varia sit eorū structura quæ in mūdo
sunt, vt vel auē & animal quoddā brutum p
tingat, qd̄ solū sit & vnicū constitutū, & ob
id quidem demirari nos faciat nō animal tā-
F tum, sed qui illud cōdiderit. Cęterū his omis

bus & illud Celsus adiecit. Nō eñ (inquiēs)
hominis gratia sunt vniuersa hæc condita:
quēadmodum nec leonis vel aqlæ vel elephā
ti, sed vt mundus iste dei vt opus, integer ex
rebus omnibus perfectiorq̄ constaret: & idcir
co dimēsa sunt omnia non per vices & singu
lis, sed vniuersis. Deo qppe vniuersa sunt cu
ræ, & hęc haudquaq̄ deserit puidētia, nec sa
ne deteriora fiunt, nec per temporum spatia
ad hæc ipsa regreditur deus: nec hominū ira
scitur gratia, quemadmodum nec simiarū de
causa nec murium, quorum singulos vt sui
partem vicissim suscepit. Sed age vel paucis, G
his occurramus: arbitror autem me ex supio
ribus satis iam ostendisse quemadmodū ho-
minum & rationalis cuiusuis gratia sint cū-
cta creata, & propter animal pcipue rationa
le fuisse hęc condita. Celsus vero nec homini
astruit, nec leoni, nec aliis quę dixerat supra,
hæc facta fuisse. At nos nō leoni, non aquilæ,
non delphino dicturi sum⁹ struxisse hæc oīa
conditorem, sed rationali dūtaxat animanti,
vt mūdus iste eius quasi opificium vndequa
q̄ perfectior redderet. His itaq̄ erit vt recte
dictis assentiendum. Curat igit̄ deus non mo
do id vniuersum vt autumat Celsus, sed prę
ter id omne & illud præcipue, quod ad ratio
nale animal spectat: neq̄ id totum vnq̄ desti-
tuet prouidentia: quippe quæ illud dispēsat,
etsi deterius fiat, vt ob rationalis naturę pec
catum, totius vt aliquam partem expurget,
& temporum interuallo ad se id totum con
uertat. Sed ne simiarum quidē vel muriū gra
tia deus ira succenditur: hominibus vero vt
naturales causas pręuaricantibus, & pœnas
quidem & supplicia infert: & his tū cum per
pphetas, tum per eum qui omnibus vt salu-
tē afferret, aduenit, minatur, vt cōminādo q
se audierint ad meliorē vitam deniq̄ transfe
rantur: q vero eius verba neglexerint a pra-
uis facinoribus ad ea quę rectiora sunt reuo
cantia, pœnas pro meritis luant. Quas vtiq̄
par est, vt pro eius arbitrio ad vniuersorū p-
fectum his irroget deus, q laboriosius & cu-
randi sunt demū & castigandi. Sed quarto iā H
libro, quandoquidē in eo scribēdo satis mul-
ta complexi sumus, ne profusior sit, finē nūc
fecerim: per eius vero filium, deus qui & de⁹
est item & verbum, & sapiētia, veritas īsuper
& iustitia, vel vtcūq̄ hunc ipsum sacræ lite-
rę nuncupent, optātibus nobis id tribuat, vt
& quintum iam librū ad eorū qui lecturi sunt
commodū ordiamur, & suo verbo animū in
uadente hunc rectius absoluamus.

Finis Quarti Libri.

LIBER QVINTVS.

A HAVDQVAQVAM Inter dictã dicacitatẽ sectãdo, sacer Ambrosi, e qua crimen defugi nõ potest, iã quintũ aduersus Celsi scripta ordimur hũc librũ: sed totis viribus enitendo, vt eorũ indiscussum nil relinquamus quæ ille conscripserit, & ea pręsertim quorũ nonnullis sit forsitan visus cũ nos, tũ Iudæos argute insimulasse. Proin etsi factu nil facile sit, vt cuiusuis animũ q Celsi scripta fuerit in posterũ plecturus, cũ ratione deniq̃ subeũtes, sagittã nos auellamus quãcũq̃, vulnus his infligẽtẽ, q nihil sunt dei armorũ pręsidio cõmuniti: vel vt rationalẽ vulneri imposituri simus medelã, qđ a Celso inflictũ excipetetur: & eos redderet nõ integra fide, qui Celsi dictis vacatẽt. exequeremur tamẽ id vel animo promptiore. Sed cũ dei illud sit opus, vt secundũ suimet Christi spiritũ, in eos aduẽtet quos dignos iam duxerit: nobis tamen cum edocendo, tum scriptitando nitentibus homines, vt optime credãt efficere, ppositũ est omnia factitare vt opatii sine pudore doctrinã veritatis exerceant. Sed vnum illud ex omnibus factu videt̃ præcipuũ, vt vel ea quę Celso similia veri sunt visa: vti p te nobis est cũ fide iniũctũ, dissoluẽdo deniq̃ refutemus. Age & quæ deinceps dicturus est Celsus, superioribus iã confutatis (de his eñ iudiciũ legenti reliquũ facimus) mox subsequamur. Deus aũt nobis id largiat̃, vt ea pficiant̃ quę cũ animo etsi diuinitatis expte, tũ verbis vt explicent̃ sic destinauimus, vt eorũ fides qbus prodesse percupimus, nõ humana hac sapientia cõstet: ita vt Christi sensum ab huius patre accipiẽtes, qui solus cõferre hunc potest, & ad participãdũ dei verbũ adiuti, oẽm altitudinem extollentẽ se aduersus dei sciẽtiam destruamus: nec secus & Celsi cõtra nos insolẽtiã, q in Iesum, prophetasq̃ ipsos tã stolide intumescit: ita vt q euangelizantibus in virtute multa dat verbũ, nobis itẽ hoc pręstet, vt ingentes ad sui pręconiũ vires elargiẽdo, fides his innascatur, q in dei doctrina & virtute hęc scripta perlegerint. Placet igit̃ nunc Celsi dicta quæ huiusmodi sunt, refutare.

B Deus qdẽ o Iudæi, vosq̃ item & Christiani, vel dei filius, nec descẽdit aliquãdo, nec descẽsurus est. At si quos vos dicitis angelos descẽdisse, quosnã esse hos affirmatis? Deos ne? An aliud quoppiã genus? An vt par est, forsitan dæmones? Ad hęc autẽ quæ sępe repetit Celsus: quippe q eadẽ alias dixerit: nihil erit de cętero respondẽdũ. Sat eñ fuerint quę antea ad hæc ipsa protulimus: perpauca vero e multis, quę etsi cõsentanea vident̃ superioribus, haud tamẽ eãdẽ prorsus habitura sentẽtiam, explicaturi iam sumus: in quibus plane id demõstrabimus, quemadmodũ qui omnino decreuerit, nec deum quempiam, nec dei filiũ ad homines se contulisse: sublaturus sit cũ multorũ de deo opinionẽ vt cõparuerit, & visus mortalibus sit, tũm ea quæ superius dixerat. Si eñ sine vlla exceptione deum vel dei filiũ aliquẽ nec descẽdisse, nec vt descendat futurũ, fatetur in vero Celsus: perspicuũ est & sublatũ iri e terra vel deos, q siue vaticinandi ob causam, siue medendi, descẽdisse feruntur. Sic fiet, vt nec Pythius ipse, nec Aesculapius, nec eorũ alius quispiã quos fungi ad salutẽ hoc munere putãt mortales, pro diis de cętero habeant̃, perinde ac e cęlo sint ad terrã delapsi: vel si dii sint crediti, terram tamẽ sortiti sint sibi perpetuo habitandã, tãq̃ fugitiui deorũ sedes reliquerint, vel nequeãt in diuinorũ bonorũ sortem venire: vel forte fiet, vt ne dii quidẽ futuri sint Apollo ipse & Aesculapius, seu quis aliꝰ credũtur in terris miti quippiã factitasse: sed dæmones potius quidã his longe inferiores, qui sapiẽtia inter hoĩes pollent, & ob virtutẽ cęlũ conscẽdunt. Aduerte quẽadmodũ cum veller hic nostra euertere, etsi in nulla totius sui operis parte Epicureum se esse fatetur: in Epicuri tamen sententiam concessisse vel vltro coarguatur. C
Cauendũ autẽ tibi q in Celsi hæc dicta incideris, & his plane assentiatis quæ præposita sunt: siue aduentare deum vt singulis mortaliũ prospecturũ, apertius neges, siue id falso confutasse Celsum existimes: ne si prouidentiã forte sustuleris, huius dicta falsa esse coarguas: in quibus & deos iste & prouidentiã ponit, vt ea vera esse confirmes. Sin vero puidentiam & ipse induxeris, vt qui cũ Celso sentire nil videaris, nec deum, nec dei filium asserenti descẽdisse ad homines, nec vt descẽdat futurum: cur nõ ex his diligentius, quæ de Iesu per nos proferuntur, deq̃ hoc ipso & quæ prophetarum sunt vaticiniis edita, peruestigandum tibi desumpseris, & sedulo conquirendum, vter fuerit vel deus vel dei filius existimandus qui sese mortalibus descẽdẽdo obtulerit: Iesus ne qui tanta hęc & dispensauit & fecit, an alius quispiam, qui sub oraculorum & vaticinãdi prætextu: ne illos dicã quos curent, ad rectiorem vitam traducant, vel eorum mores castigent: sed ab inte-

gro potius illo & puriore,venerãdoq; dei cõ
ditoris & cultu cogunt desciscere: & sub ho
noris quodã obtentu q diis plurimis defera-
tur,eorum qui se audierint animos dirimen
do,ab eo diffugũt q & vnicus est, & apte ve-
D rior est deus.Sed cum deinceps tãq̃ Iudęis &
Christianis de his respoudẽtibus q ad homi
nes descẽdissent,& asserẽtib9 angelos eos fuis
se,sic subdit:Q; si angelos quosdam hos dici
tis extitisse,quosnã esse hos affirmatis? deos
ne an genus aliud qppiã?Proinde rursus qua
si respõdentes illos pducẽs:Si eñ,ingt,aliud
fuerit id gen9,vti par est,dæmones dixerim.
Age tñ hęc pnoscam9.Enimuero & angelos
dicimus ministrãtes spirit9 quosdã, & ĩ mini
steriũ,eoꝝ gratia missos, q hæreditariã sunt
habituri salutẽ:& hos quidẽ ascẽdere vt ho-
minũ vota precesq; & obsecrationes ad ea lo
ca iã perferãt,quę & cælestia sunt & puritate
mundũ penitus antecedunt,vel ad supercęle-
stia illa quæ cõstat esse terrenis his puriora:
& inde rursum descẽdere eorũ cuiq; p meri-
tis iussos aliquid subministrare, q dei affecti
sint beneficio.Quos vtiq; angelos p eorũ mi
nisterio fuisse & nomẽ sortitos didicimus, &
diuos vel deos plerũq; ĩ sacris literis vocita-
ri:cũ alioquin nobis nihil iniũgit,vt q mini-
strando ad nos q̃ dei suut deferãt,p diis cola
mus. Vota nãq; & pces oẽs,& gratiarũ ĩsup
actiones,ad deũ sunt p angelũ trãsmittẽda, q
p pontificẽ & viuẽs verbũ & deũ,angelus p-
fectus est cęteris.Id vero verbũ sumus depre
caturi , eiq; supplicabimus , & gratias simul
E acturi.Votis insuper deposcemus si quo fieri
modo id queat,vt quid recte, qd praue orẽt,
audiam9.Nã eos angelos nũcupare q in isti-
usmodi pnoscẽdis non hoĩes superent, haud
quaq̃ par est. Fuerit.n.& de huiusmodi reb9
scientia mira & inexplicabilis quædam, quæ
& inesse his angelis cõprehendatur,& ange-
lorum præ se ferat naturã,& ad quas sint hi
singuli res instituti:hæc tamen est minime p
missura,vt alteri cuiq̃ quis audeat supplica-
re nisi ei q ad oĩa sufficit, & cunctis præsidet
rebus,per eum q nobis saluti fuit, & dei fili9
est item & verbum,sapiẽtiaq; & veritas ipsa:
siue vt aliascũq; prophetæ,siue apostoli,hũc
suis scriptis expresserint. Ad illud autem no
bis vt sanctissimi angeli dei sese ppitios præ-
beãt,& nostri cuncta vt peragant gratia,no-
stra sat fuerit erga deũ animi promptitudo:
quæ totis pro humanę naturę viribus, ange
lorum imitetur & voluntatem deum sectãti-
um:cum & illud accesserit,vt huius filiũ Ie-
sum & verbum sic,quoad licuerit , capiam9,
vt nihil obsistere sanctissimis angelis videa-
mur clarius hũc & aperte pcipiẽtib9,sed indi
es ad istorum clariorem illam dei assequendã
cognitionẽ omni studio contendamus. Cel- F
sus vero vt qui sacras & nostras minus perle
gerit literas,sibi ipsi pinde ac si id nobis tra-
abdicatorũq;,& vt isti affirmant,nullius momenti hoĩm, esse pcupiat patet:& quẽ emiserit a se subtrahẽdo,vbi cõprehensus est vlcisci nõ potuit. Post hęc nobis vt affirmãtibus nõ alieni eẽ cuiuspiã & pegrini dei hũc mũdũ,sic inqt.Si.n.hęc illius sunt opa,quo pacto deus quę praua essent effecit?quomõ psuadere & cõmonefacere nequit? cur sup his quos creasset, nequioribus redditis, vt expers gratię pœnitet,& sui ipsi⁹ opificiũ culpat quidẽ & odit,criminaturq; pprios filios & deperdit? vel quas mũdi hui⁹ in partes eiiciẽdo relegar quos ipse cõdiderit?Mihi vero apparet vel in his Celsum nec ea q̃ mala sunt explicasse,tam etsi de bonis prauisq; Gręci varie senserint:& vt consentaneũ est,plane videt cũ diuini opis esse mundũ hũc ipsi astruim⁹,illud eũ arripere:perinde ac iuxta nos maloꝝ esse fabricatorẽ deũ qa mũdũ cõstruxerit,dicat.Habeãt igr sese vtcũq; quæ de malis tradunt,vtrũ ea fecerit deus an minime:haud tñ ex pcedẽtiũ rerũ sequela a deo facta hęc sunt.Miror aũt illã nostrã de mundo assertionẽ queadmodũ diuini sit opis,subseq Celsus id arbitret vt & mala fecerit de⁹:& forte id seqret,sed de his quę ipse intulerat. Sed q̃ret a Celso iã qspiã:si eñ dei hęc opa sunt,quo pacto deus & mala hęc fecerit?curve nec suadere hic valeat nec plane cõmonefacere? Inest aũt in verbis tũc quidẽ summa malignitas,cũ si qs ac ipse sentiat, aliter sentiẽtibus decreta criminãdo obiecerit vt quę in se nĩl sani cõtineãt:cũ ipse lõge pri⁹ plęraq; sentiat q̃ iure carpant. Videamus autẽ ipsi & breuiter,iuxta scriptiões diuinas,quęnã esse bona hęc constet,q̃ mala: & quo pacto nobis sit ad hęc respõdẽdũ, q; & mala fecerit deus, nec psuasione nec monitis valeat. Proprie aũt(vt sacræ literę volũt)bona,virtutes sunt, & quæ ex virtute gerunt:queamodũ & pprie mala,q̃ sunt virtuti cõtraria.Sed erim⁹ in pręsenti his ipsis contenti quę ex tertio & trigesimo psalmo subdent, id ita asseuerantibus.Quętentes autẽ dñm nõ minuentur omĩ bono:venite filii audite me,timorẽ dñi docebo vos:qs est homo qui vult vitã?diligit dies videre bonos?prohibe linguã tuã a malo,& labia tua ne loquant dolum, diuerte a malo & fac bonum. Declinare namq; a malo, & bona facere, haudquaq; de bonis his corporalibus siue malis his dicit,quæ apud aliquos sic nun cupẽtur,nec de reb⁹ quidẽ ipsis exterioribus, sed de bonis siue malis dici id cõstat q̃ ad animã referant:siqdem q istiusmodi declinauerit mala,& bonũ fecerit,vt verę virę percupidus, hãc haud dubie assequet,amore duct⁹ dies videri bonos,quorum sermo est iustitiæ sol: ad quos dies hic ipse peruenerit, deo ipso a prauo hoc seculo liberãte, malisq; diebus: quorũ sic meminit Paulus,Redimẽtes tẽp⁹,qm̃ dies mali sunt. Abusiue aũt quæ corporis sunt & externa nõnulla in bonis haberi solent q̃ ad naturalẽ hanc vitã cõtulerint:q̃ vero vitæ officiãt & aduersent,mala credi.Sic eñ Iob vxorẽ alloquit:Si.n.bona accepim⁹ de manu dñi, mala aũt cur nõ sustineamus? Verũ cum in sacris literis cõperiat ex dei persona nõnunq̃ illud pferri, Ego q facio pacẽ & cõstruo mala, de eodẽ psõpę hęc dici: Descẽderũt mala a deo sup portas Hierusalẽ,crepitus armorũ & equũ:quę qdẽ obturbasse pmultos cõstat qui sacras legerẽt scriptiones,qñ ex his minus pspicere possent bonorũ malorũq; significantias: par ergo fuerit vel hinc Celsum vt nesciũ pa ruisse q deus mala fecisset,vel ex aliquo ea de re indocti⁹ disserẽte id temere pcepisse,& suo loco eundẽ in modũ qd dixim⁹ explicasse.nos vero illũ asserim⁹,nec mala qdẽ,& q̃ ex his pdeunt facta,deũ struxisse.q eñ fieri poterat si deus mala hęc effecisset,vt futuri iudicii pdicatio cõmonefacere auderet futurũ omnino vt deteriores quiq; p malefactis,& cõmissorũ facinoꝝ magnitudine tormẽtis afficerent:beatos aũt fore ex deoq; & pmia recepturos qui p virtute duxerint vitã, vel secũdũ hãc opera fecerint rectiora? Et sane intelligo nõnulla istos sacris ex scriptionib⁹ pductutos,q mala p deũ fieri audeãt affirmare:cũ eorũ nequeãt vel cõtextũ aliquẽ vnũ ex scriptura ostendere q nõ praua qdẽ incuset facinora, cõprobet rectiora: & ea itẽ illi enarrẽt, q̃ etsi ppauca sint, subtrahere alioqn videant q pingui(vt aiũt) Minerua literas legerint. Nunc vero dictiões illas narrando pcurrere, quę plurimę sunt,& subtrahẽdi vim habeãt,& earũ interpratiões qbus plurimũ operę sit impendendũ exprimere,nequaq̃ pposito operi cõsẽtaneũ duxerim. Mala igit q̃ id noĩs pprie sint sortita,si audiat quispiam,intelligat nõ deum fuisse ea molitũ,sed eius pcedẽtia opa:siquidẽ quo ad hanc machinę dispositionẽ,& mala ista sunt subsecuta:queadmodũ & fabri cuiusq; lignarii fabricata iam ędificia dũ interea & secant & poliuntur,fragmenta residẽt quędã:& q domos item ædificant,cũ facere adnitunt q̃ ædificiis cõgruant,lapidũ perinde & cœmentorũ excidẽtia detrimẽta sequunt.Si itaq; ista sic nũcupata,mala corporalia quędã & abusiue dicantur:vel si dixerit quispiã,cõcedat & quæ praua sunt deũ creasse, vt per ea nõnullos ad meliora cõuertat:quidnam potest qd absurdius

sit id dictũ habere! Quemadmodũ enĩ si absũ
ue mala esse labores audiamus, qui castigandi
gratia liberis a pędagogis siue parẽtibus infe
runtur, siue per medicos curãdi causa & salu
tis, dum illorũ ex corpore pręcidendo adurẽ-
doq; aliqd demunt: & parẽtes dixerimus pæ-
dagogosq; item & medicos liberis malefacere
tametsi nec cædẽtibus qdẽ, nec pręcidẽtibꝰ id
crimini detur: sic deus vt in viã reducat & sa
net quos dolore ad medelam affecerit, si mala
superinducere ꝑdicet, nihil erit absurdũ: nec
illud qdem si mala supra Hierosolymę portas
descendũt, quę ad cõuersionẽ ex hostili nego-
cio his immittunt: nec si in virga visitabit ini
quitates, dei legẽ iã deserentiũ, vel in verberi-
bus peccata eorũ, & sup carbones ignis faciat
hos insidere. Haud secus & illud nõ indignũ
videbit, Qui facit pacẽ, & ædificãs mala, si for
te ꝓficiemus: struit enĩ corporalia mala vel
quæ exteriora sunt, qui erudit & purgat inui
tos, & qui verbis castigari & saniore doctrina
nil volũt. Et his qdẽ ad Celsi dicta responde-
rim deũ vel mala fecisse asseuerantis. Ad illud
vero ꝙ nec ꝑsuadẽdi vim habeat deus, nec ad
monẽdi, illud pręd iximus, ꝙ si fuerit id crimi
ni dãdũ, vel vniuersis id ipsum detulerit Cel-
A sus, prouidentiã esse suscipientibus. Sed dicet
quispiã: potest ꝓculdubio deus & cõmonefa-
cere & suadere: qppe q ꝑ omne diuinorũ scri-
ptorũ genus id agat, & eorũ insup interuẽtu
q ex diuina gratia auditores instituũt: ni for-
te quispiã suopte ingenio adinuẽta quædã &
furibunda ingessisse, cũ interea docet, audiat:
ita vt auditores vel male suadendo alliciat, &
hi ꝑceptori, etsi prauæ doctrinæ obtemperẽt:
quod vtiq; fieret pręter tritę & veræ scriptu-
rę significantiã. Ad illud vero ꝙ deus dicatur
minime posse persuadere, idq; vel effictis vitio
dari qui ꝓuidentiã diuinã admittũt, dicenda
hęc sunt. Cũ enĩ ꝑsuadere eorũ sit q ꝑinde ac
mutuo afficiant affectu: ꝑfecto haud secus il-
lud se habet ac hoim quispiã, q dũ interea bar-
ba abradit, simul & aliqd operet, & radenti se
præbeat. Quapropter nõ solũ indiget qs ope-
ra suadentis, sed ita vt dixerim, & suadẽti suc
cumbat necesse est, & eius qui suadet vt dicta
suscipiat. Quo fit vt nõ idcirco quia nequeat
deus ꝑsuadere, dicendi sint qui dictis nil obse
quunt nõ ꝑsuasi, sed quia dei verba ad ꝑsuadẽ
dũ validiora haudquaq̃ admiserint. Idipsum
& si de hoibus nõnullis quis dixerit in suadẽ
di arte peritioribꝰ, ꝑfecto nil fallitur: fieri. n.
potest vt qui mirifice sit rhetoricæ artis acu
mina cõsecutus, & his apte & decẽter vtatur
enixeq; omnia factitet quæ ad suadẽdũ maxi-

me valeant: persuadere nil videatur, si animũ
eius nil assequat vel capiat, cui fuerit ꝑsuadẽ-
dum. Qꝫ aũt verba quis fecerit quę persuadẽ-
di vim habeãt, dei id munere fit: ꝙ vero sua-
deatur, nõ semper ex deo ꝓcedere Paulus nos
instruendo sic explicat: Persuasio autẽ non ex
eo q nos vocat. Eiusmodi & illd est. *Si. n. vul-
tis & audieritis me, bona terræ comedetis: ꝙ
si nec vultis nec audieritis me, gladiꝰ vos de-
uorabit.* Vt autem ea quis velit quæ monẽte
aliquo proferũtur, & prolata hæc audierit, di
gnus efficietur Dei promissionibꝰ. Et sane au
dictis voluntate est opus, & ad ea quę dicun-
tur assensu. Vnde & in Deuteronomio dictũ
illud idcirco videt. Et nunc Israel quid domi
nus tuus a te postulat, nisi vt timeas dominũ
Deũ tuum, & ambules in omnibus viis suis,
& eum colas, & custodias omnia mãdata eiꝰ!
Erit pręterea & his occurrendum quæ supra B
dixerat & huiusmodi Celsus. Quo enĩ pacto
vt gratia vacuũ fecisse hunc poeniteret quos &
creasset, vbi nequiores sunt redditi! & suũ hic
idẽ culparit simul & oderit opificium, & cõ-
minãdo deperdat ꝓprios filios! Carpit insup
& falsitatis coarguit, q̃ in Genesi sunt hũc in
modum literis prodita: Videns autem Deus
ꝙ multa malitia hominũ esset in terra, & cũ-
cta cogitatio cordis intẽta esset ad malũ omi
tempore: poenituit eum ꝙ hominem fecisset
in terra, & tactus dolore cordis intrinsecus:
delebo inquit hominẽ quẽ creaui a facie ter-
ræ ab hoie vsq; ad animantia: a reptili vsq; ad
volucres cęli: poenitet enim me fecisse eos. Sed
scripturæ hic sensum inuertit: siquidem poe-
nitẽtia hoc loco nõ dei est nuncupata, nec qa
eius hic opificiũ vel respuat forte vel oderit.
Qꝫ si appareat deus diluuiũ cõminari & filios
perdere quos ꝓcreasset, dicẽdũ. cũ enĩ constet
hoĩs immortalẽ aĩam esse, hãc qdẽ cõminãdo
corripere nitit, & ad ea quę rectiora sunt audi
tores conuertere: interuicio vero illa clades
mortalium diluuio facta, terræ proculdubio
purgatio fuit, quẽadmodũ & græcorũ qdã &
nõ cõtẽnendi philosophi tradiderũt, ꝙ terrã
dii purgauerit. De hac vero dicẽdi cõsuetudi
ne, qua animi exprimũt affectꝰ, qbꝰ hoĩes ipsi
afficiunt, vt deo etiã tribuãt: nõ pauca nobis
superiꝰ sunt explicata. Porro Celsus suspicatꝰ C
& forte nec ipse ignarꝰ qd queat de his respõ-
deri q cataclysmo dispiciere, sic inqt. *Si. n. nec ꝑ
prios filios iste disꝑdit, cur ex hoc mũdo hos
subtrahit quos ipse cõdiderit!* Vel ad hęc rñ-
debimꝰ, e mũdo hoc ipso qd cælo terraq; cõ-
stet, nequaq̃ Deũ penitꝰ subduxisse q cataly-
smi sint vim illã ꝑpessi, sed exemisse qdẽ e car

nis hac vita,& e corporibꝰ ipsis vbi illos emi
sit,simul etiã ne in terris sint dissoluisse:quas
terras sacrę literę mũdũ dicere vsurpatũt. Et
in Ioãnis p̃cipue euãgelio sępe cõperimꝰ terre
strẽ locũ denoĩari:vt illud,Erat lux vera q̃ il-
luminat oẽm hoĩem venientẽ in hunc mũdũ.
Et alibi,In mũdo pressuras habetis,sed cõfidi
te,qa ego vici mũdũ. Quo fit vt si audiat qs-
piã deũ de hoc mundo vt loco terrestri,quẽq̃
subducere,nihil occurrat vt absurdius dictũ.
Sin vero mundũ ex aere terraq; cõpactũ quis
nũcupet, haudquaq̃ prorsus q diluuii aquas
p̃pressi sunt,subtrahunť ex hoc mũdo q sic ap-
pelleť: tametsi nobis qđ alibi legitur, visibilia
ista nihil cõsiderãtibus,sed quę minus viden-
tur,vt illud,Nã inuisibilia illiꝰ a creatiõe mũ
di creaturis cognita spectanť: dixerit qspiã q̃
sup inuisibilia illa,& q̃ simpliciter nõ apparẽ-
tia nũcupanť,insistẽs deꝰ mũdũ subtraxit,ver
bo dũtaxat ipo mortales hinc subtrahẽte,tra
ducenteq; ad cęlestia loca, bona illa spectatũ.
D Dictis aũt his cõquisitis p se & expensis, cũ ei
mens sit vel verbis vtcũq; librum explere, di-
ctionibꝰ aliis simillima refert paulo ante dis-
cussis,qbus illud p̃dixerat. Lõgo igiť interual
lo id stultiꝰ,q̃ prius fit & dies aliquot in mũ-
di creatione partitꝰ q̃ dies ipsi existerẽt:hoĩe
eñ hoc pacto creato,& terra nõdũ obfirma-
ta,necdũ sole hac circũacto,quo pacto eẽ po-
terãt dies?Quid eñ hęc a sup̃ioribꝰ differũt,
quę ipsi in hmõi dicta p̃tulimꝰ?Sed iterato q̃
vel sup̃ius diximꝰ cõtẽplemur,quẽadmodũ.s.
haudquaq̃ fuerit absurdior deus primogeni-
tus ille & maximꝰ,q dũ ita iuberet,fiat hoc il
ludve,& primo die tãta hic fabricauerit,& se
cũdo rursũ eo plus aliq̃d,tertioq; itẽ & quar-
to q̃ntoq; & sexto p̃egerit.Diximꝰ etiã suapte
virtute iussisse illũ hoc illudve fieri, & illud
p̃duximꝰ,Ipse dixit & facta sunt, ipse manda
uit & creata sunt: astruentes dei filiũ affuisse
fabricę intẽdẽtẽ,& deũ verbũ & p se q̃dẽ tanq̃
mũdi fabricatorẽ:nec secus & verbi patrẽ,qui
filio eius verbo mandauerit vt mundũ hunc
strueret,primũ esse structorẽ. Q; aũt vna q̃dẽ
& prima die lux fit effecta,secũda vero & fir-
mamentũ, tertiaq; coierint q̃ sub cęlo sunt in
cõgregationes suas & aquę,& fructꝰ de se edi
derit terra,q̃ vtiq; sola natura disposuisset,&
quarto luminaria ipsa & stellę,q̃nto natantia,
sexto terrestria,& hõ demũ:vt nobis liquuit ĩ
Genesis interp̃tatiõe iã diximus. Quinetiã &
in sup̃iorbꝰ criminiꝰ iis ipsi ascripsimus q fal,
so & promptius illud suscipiunt,q̃ anni tunc
ex diebꝰ p̃dierint:qđ sane cũ de mũdi creatio
ne mẽtio incidisset,p̃duximꝰ,Hic liber gene-
rationis cęli & terrę,qũ facta est dies,fecit deꝰ
cęlũ & terrã. Exinde cũ illud Celsus minime E
audisset,Cõpleuit autẽ deꝰ die sexto op̃a eius
q̃ fecit,& requeuit die septio ab vniuerso opere
qđ patrarat,benedixitq; deus diei septimo,&
sanctificauit illũ,qa ĩ eo cessauerat ab vniuer-
so op̃e qđ patrarat:existimãs idip̃m esse cessa-
re septimo die,& requiescere,sic subdit.Cęte-
rũ artificis cuiusdã deterioris in morẽ defati
gatꝰ,ocio deꝰ indiguit. Sed haud sane hic vi
dit post mũdi creationẽ quoad mũdus cõditꝰ
est qualisnã esset sabbati & dei cessantis dies,
quo & deo cessant,& illi hũc celebrẽ agũt qui
sua op̃a sexto die cõfecerint: & qa nihil vrgẽ-
tiũ se rerũ p̃tereũt,cõtẽplatione ad iustorũ &
beatorũ festũ diẽ ascẽdũt.Postea vero perinde
ac de deo id vel sacris literis astruẽtibꝰ vel no
bismet affirmãtibꝰ q̃ defatigatꝰ iã quieuisset,
sic inq̃t. Nõ eñ par est summũ deũ lassitudi-
ne affici,nec manibus operari,nec iubere.Cel- F
sus itaq; haudquaq̃ fas eẽ affirmat labore deũ
defatigari:nos vero dicturi sumus deum ver
bũ nec labore hoc ip̃o affectũ,nec alios quos-
uis,q ex potiori ordine illo & plane diuiniore
dependẽt. Lassescere nãq; & defatigari eorum
est qui humano hoc corpore obducũtur.Sed
quęres fortasse,quos istos inquis?num qui in A
quouis corpore sunt? an in terreo hoc & pau
lo pluscnlũ meliore? At haudquaq̃ fas est sum
mũ deũ manibus op̃ari.Ita q̃dẽ,si recte intelli-
gas q̃dnã sit manibꝰ opus aliqđ facere,nec se-
cũdũ aliquẽ deũ,nec ex diuis quempiã operã-
tẽ intuleris.Sed esto vt abusiue manibꝰ op̃ari
dicať vel tropice deꝰ, vt & illud ĩterp̃temur,
Op̃a manuũ eiꝰ annũciat firmamẽtũ: &, Op̃a
manuũ tuarũ sunt cęli, vel aliud si q̃d hmõi
tradiť,figurãtibꝰ nobis dei cũ manus,tũ mẽ-
bra cętera:q̃d igiť fuerit absurdum vt deꝰ sic
op̃eť? Vt itaq; nihil absurdius deũ hęc op̃ari,
ita nec eũ iubere vt & bona essent & laude di
gna q̃ fierẽt,qa diuino sint iussu effecta. Rur- G
sum Celsus, vt q forte vel illđ accepit,Os dñi
locutũ est: siue ĩdoctos quosdã audierit & ru
diores de hmõi p̃rulãtiꝰ differẽtes:nec plane
intelligat quo referanť q̃ sub mẽbrorũ corpo-
raliũ noĩe de dei virtutibꝰ exprimunť, sic iq̃t.
Neq;.n.vel oris species,vel vox in deo est vlla.
Atq vox nulla inerit deo,si q̃dẽ aer repercussus
fit vox,vel aeris verberatio,siue aeris species,
siue q̃d aliud qđ vocẽ eẽ definiãt p̃itiores:sed
q̃ dei vox diciť,est q̃dẽ vt dei vox visa: quẽad
modũ dei vocẽ visam eẽ populo tradũt,vt ex
his cõstat:Oĩs populus dei vocẽ videbat: vi-
dere illud ex scripturę cõsuetudine capiẽdo.
Quinetiã nec eorũ aliud q̃ppiã inesse deo af-

firmat q̃ illi inesse nos teneam⁹:cũ nihil inter ea expliceẽt,quã sint illa q̃ nobis sunt notiora. *Si.n.diuinoꝝ mẽbrorũ habere nos asserit notionẽ,nil repugnabim⁹,dũ tñ subandiri velimus corpaliter hęc nobis innotuisse,& vti vulgarius nũcupant.Si vero vniuersaliter hęc acceperim⁹* q̃ Celsus ait nos scire, pmulta haud dubie nobis de celeberrimo deo cõstiterint, si qdẽ in eo virt⁹,beatitudoq;,& diuinitas insit. Qꝫ si qs qd excellẽtius ac ea sint q̃ nobis innotuerũt intelligat, quãdoqdẽ vniuersa q̃ scim⁹ inferiora sint deo:haudquaq̃ foret absurdi⁹ si illud & nos suscepimus, nihil eorũ deo inesse q̃ nos teneam⁹ & seculo innotescãt:qppe quæ deo insunt nõ mõ his sint q̃ hũana nouit natura lõge supiora,sed vel his ipsis q̃ humanã naturã excesserint. Enũuero si pphetarũ dicta hic nosset,Dauid inquã dicẽtis, Tu aũt idem ipse es:& Malachię, *Sũ eqdẽ & nõ imutor:*videret pculdubio nostroꝝ hoĩm neminẽ I deo nec re qdẽ, nec cogitatu mutabilitatẽ astruere.Manẽs eñ ille & stabilis, mutabilia ista sic moderat,vti natura sunt p se cõstituta,& per

A suũ verbũ edixerit hęc gubernari.Celsus pter ea nihil aduertẽs qd imaginẽ dei cũ dicit, & ad imaginẽ ei⁹,iter se differãt! qñ dei imago oĩs creaturę sit primogenit⁹,p se verbũ & p se veritas,p seq; iustitia,imago existẽs ppriç bonitatis:ad imaginẽ dei & hõ creat⁹ est, & oĩs hõ cui⁹ caput sit Christ⁹,dei & gloria sit:nec sane vel in vllã hoĩs ptẽ id statuens,vt ad dei imaginẽ sit hõ format⁹, nec id magni faciens vtrũ qs veterẽ hoĩem nõ deposuerit,vel si cũ suis opib⁹ hũc aliqñ deponat, ad imaginẽ sit cõditoris futur⁹:sic inqt.Neq; hoĩem deus ad suã imaginẽ fecit : nõ eñ est istiusmodi deus, nec speciei alteri cuiq̃ silis, qualis est cõpositi hoĩs,vt pte deteriore,hoc est corpe,inesse existimet qd ad dei imaginẽ sit: si Celsi opinionẽ & sentẽtiã spectes in eo qd ad dei imaginẽ tradit factũ. *Si eñ esse ad imaginẽ dei solo corpe noscit:*pfecto qd poti⁹ est,hoc est aĩa ipsa,priuat quo minus sit ad imaginẽ dei,& in corpe corruptibili ea erit imago,quod sane nequaq̃ nos affirmam⁹. Qꝫ si vtrũq; det ad dei imaginẽ esse: necessario seqt vt sit cõposit⁹ deus,& pinde ex aĩa cõstet & corpe,vt qd secũdũ imaginẽ pstãtius fuerit,aiẽ insit:qd vero inferius & iuxta corpus,in corpe maneat:qd vtriq; nostrũ asserit nemo. Restat igr ad dei imaginem esse q in interiore & innouato iuxta nos hoĩe dicit,& natura pstiore vt ad cõditoris imaginẽ fiat.Tũc vero ad dei imaginẽ quispiã fieri intelliget,cũ pfectior, vt pater ille cælestis, euaserit,audituq; illud pceperit:Sancti estote qa & ego sanct⁹ sum dñs deus vester:& illud didicerit,Imitatores mei efficiamini,& in animũ suũ virtute iã pditũ dei impssiones admiserit:qñquidẽ & dei sit tẽplũ,q & q̃ dei sũt,in dei susceptit imaginẽ, corpus.s.qd istiusmodi sit animã nactũ,& in aĩam suã deũ susceperit, quę ad dei sit imaginẽ facta.Rursus q̃multa si B

bi cõgerit Celsus,pinde ac a nobis concessa,q̃ vtiq; Christianoꝝ nemo q mẽtis sit cõpos,cõcesserit:nõ eñ nostrũ aliqs asserit vel coloris vel formę deũ participare:quinetiã nec mot⁹ qdẽ participat,cũ cõstãs sit & stabilis ei⁹ natura,& instũ secũ vt maneat exhortet. Qꝫ autẽ dictiones nõnullę aliquẽ dei motũ designant, vt illud,Audiui dñm deũ deambulantẽ in paradiso post meridiẽ,ita erit suscipiẽdũ, vt cõ motũ deũ in peccatores intelligas vel tropice dictũ,quẽadmodũ de dei somno,vel ira,vel re hmõi aliqua dicit.Quinetiã nec substãtię de⁹ participat alienę: cũ ei⁹ potius participẽt alii q̃ ipe ex alieno qd vendicet. Et hi qdẽ dei fiũt participes,q dei sũt spm̃ cõsecuti. Et sane Saluator noster ille haudquaq̃ videt institię participare,sed cũ ipse iustitia sit,alii fiunt,& iustiores qdẽ ei⁹ participes. De substãtia aũt pmulta essent dicenda,& difficillima meditatu & ea psertim quã pprię pmanẽtẽ & incorporeã dicim⁹:& ita vt plane cõperiat vtrum supra substãtiã sit pstabilitate quadã atq; potentia de⁹, q substãtiã aliis impertit, & secũdum sui ipsius verbũ & verbo sibi impertit substãtiã,an ipse substãtia sit,cũ alioquin natura sit inuisibilis.Enũuero Saluator noster inuisibilis dicit dei imago: ex inuisibili vero voce,incorporeus designat.Querẽdũ aũt vtrũ substãtiarũ substãtiã, & idearũ ideã,& principiũ,& oĩs C

primogenitũ creaturę fas sit vnigenitũ nũcupare, & fateri:an liceat hæc oĩa hui⁹ patrẽ & deũ excedere. Celsus vero de Deo id astruit, q a se faciat vniuersa desluere, & nescio quo pacto, eius esse oĩa dicat:noster aũt Paulus & ex se ait deũ cõstare,& p se,& in se oĩa,ostẽdẽs substãtiæ vniuersorũ principiũ cũ ex se psert, & p se cunctarũ terũ cõplexũ,& finẽ deniq; cũ in se inqt:& sane de⁹ ex nemine cõstat.Cũ vero Celsus illũ subiũgit,Nec verbo qdẽ est cõprehensibilis deus,eqdẽ distinguendo sic dixerim. *Si eñ verbo dicit hũc minime posse cõprehẽdi* qd nobis insit,siue qd ex aliquo affectu pcedat,vel ore pnũciet, & nos insuper id ipsum fatebimur,nequaq̃ verbo esse cõprehẽsibilẽ deũ:at si verbum illud id esse intelligamus qd p Ioannẽ exprimit, In principio erat verbũ,& verbũ erat apud deũ, & de⁹ erat verbũ:ostẽsuri haud dubie sumus quemadmodũ

hoc verbo sit cõprehensibilis deus, nec sibi so lum id cognitũ, sed cuicũq; pater verbũ id re uelauerit. Falsitatis ergo coarguemus qđ Cel sus affirmat, nequaq̃ esse cõprehensibilẽ deũ. Q; aũt & sine noĩe esse hũc dicit, distinguen dũ id erit hoc pacto. Si eñ nec dictióib⁹ vllis nec significãtiis exprimi posse dei ꝓprietates hic dixerit, verũ ꝓculdubio fuerit qđ intulit, siqdẽ vel qualitates rerũ plerẽq; noĩatim expli cari nil queãt. qs eñ nominib⁹ quiuerit diffe rẽtiã reddere qualitatis q̃ in palmulatũ fit & fici dulcedine? qs inquã noĩe poterit qualita tẽ ipsam & secernere & demonstrare? Nil igiẽ mirũ, si hoc mõ noĩe careat de⁹. Verũ si noĩa bilẽ esse eũ ita acceperis, quẽadmodũ & fieri põt vt noĩe indito aliqd queas ꝓferre qđ dei sit, auditoris gratia moderãdi, efficiendiq; vt ꝓ humanę naturę captu de deo nõnulla intel ligat: nihil erit absurdũ si noĩe hũc ipsum ex presseris. Sic itẽ & id partiẽdũ, Nõ eñ qcq̃ pa tiẽ de⁹ qđ noĩe cõprehẽdaẽ: id sane haud du biũ est, affectiõe quauis vacare deũ. sed de his

D hactenus. Videam⁹ & subsequẽtia Celsi iã di cta, in qbus psonã ꝑinde quãdã inducit, quæ vbi hæc audierit istiusmodi subdat. Quo igiẽ pacto nouerim deũ, & q̃ ad cælestia ducit viã didicerim: & hũc mihi quẽ narras quõ deum ostẽderis? haud sane mecũ secus nũc agis ac ꝓ oculis tenebras offudisses, ita vt aperte nil vi deã. Moxq; huic animi dubio pinde ac respõ deat, causam putat cur tenebrę oculis offun danẽ ei attribuendã, q suꝑiora illa protulerit, inquiẽs: Hi eñ quos e tenebris ad clariorẽ lu cẽ derepẽte ꝑduxerit qspiã, cũ nequeãt obie ctũ statim splẽdorẽ inspicere: & visu offendi, & cruciari, & deperire plane se credũt. Vel ad hæc illud equidẽ dixerim, oẽs haud dubie in tenebris residere: & in his firmius collocari, qui pictoꝝ & statuas effigiãtiũ fallaces & pra uas artes attẽdũt, nec superna illa velint suspi cere, nec ex visibilibus hisce & sensibilibus cę teris ad rerũ oĩm fabricatorẽ mẽte cõscẽdere, q vtiq; & lux verior est, & quẽuis finit in lu ce versari, q verbi fulgorẽ illũ sequaẽ. Et pla ne ostendit quãtanã ignorantia & impietate, & nullo prorsus diuini numinis sensu, cum se vt verũ deũ colere debuissent, insensibilia hęc venerenẽ: cũ alioquin eorũ mẽtẽ ad vnigeni tũ & cunctoꝝ ꝓsidẽ deũ ipse direxerit q sal uos fieri se vellẽt. Populus eñ q ambulabat in tenebris, gentiũ. s. vidit lucem magnã: sedenti busq; in tenebris & vmbra mortis lux Iesus scilicet, oborta est eis. Christianorũ itaq; ne mo vel Celso ipsi vel aliis diuinũ verbum cui pãtibus ita respõderit: quonã pacto deum co gnouerim? qppe cũ horũ singuli, quoad quisq; capere valet, dei habeat notionẽ: nec eorũ qs piã illud ꝓtulerit: qnã iter ad cælũ tẽdẽs didi cerim? nimirũ q iã audierit, Ego sum via & ve ritas & vita: degustaueritq; iter id faciẽdo, iti neris cõmoda. Nec ꝓterea istorũ aliqs a Celso petierit, quõ mihi deũ ostẽderis? id nãq; inter cętera eius ꝓposita dixerat Celsus: & si qs lo quentẽ hũc audierit, est haud dubie respõsu rus, quãdoqdẽ huius dicta caliginosa esse per spexerit, cũ inqt: Prę oculis tenebras mihi of fundis. Celsus igiẽ & sui simillimi ante oculos E nobis obiicere tenebras cõnitunẽ: at nos con tra verbi Iesu splendore excutimus dogmatũ impiorũ caligĩnis densitatẽ. Verũ sic Celsum affabiẽ Christianus vir aliqs, apte nihil quod terreat explicãtẽ: nil eqdẽ tuis in verbis inesse video claritatis: quo fit vt nõ e tenebris Cel sus ad clariorẽ nos lucem traducat, sed e luce ad obscura poti⁹ trãsferat. Pouit. n. lucẽ tene bras & tenebras lucẽ, & fit sane Esaiæ ꝓcipuis dictis obnoxi⁹, Vę vobis q ponitis tenebras lu cẽ & lucẽ tenebras. Nos tñ nr̃e aĩę oculos ver bo aperiẽte, cognito tenebrarũ ac lucis discri mine, vtcũq; ĩ luce cõsistere malumus: ĩ tene bris vero manere nullo pacto est animus. Cũ aũt vera lux vigeat, nouit ꝓfecto cuinã radii sint, & cui lux ꝓferẽda: cũ alioqn suis interea caligãtib⁹ oculis, cuinã sit vt lux ipsa affulge at qñq; futurũ, plane ignoret. Q; si oĩno dicẽ dũ, & offendi & pœnis affici visum? cuiusnã alteri⁹ oculos aliqd pati dixerim⁹, q ei⁹ q dei ignorãtia teneaẽ, & vitiis sit ꝓpedit⁹, quo mi nus queat veritatẽ ꝓspicere? Christiani igitur haudquaq̃ existimant sese vel Celsi dictis vel alterius a dei cultu alienissimi, excæcatũ qñq; iri: verũ q se luminib⁹ captos ꝓsenserit, & vul gi erroribus ĩplicari, gẽtesq; ipsas festos age re dęmonib⁹ dies, ne errãtes sectãdo ꝓcipites eãt, ad verbũ Iesum se ꝓtin⁹ cõferãt: qđ haud secus oculis se cõdonabit, ac ꝓpe viã cubãtes & ꝓstratos egenos cæcosq; ipsos curauerit, & ea solũ de causa qa id ꝓclamassent, fili Dauid miserere mei. vñ misericordia ĩpetrata oculos mox illi & visum recipiũt, hoc est nouos qdẽ & nitidos, & quales dei verbũ cõdiderit. Quo F circa si qrat Celsus quõ deũ nos nosse, & quẽ admodũ apud hũc saluos nos fore existime mus: respõdebim⁹ satis idoneũ eẽ dei id verbũ vbi se qrẽtib⁹ obtulit, vel his q se oblatũ susce perint, vt patrẽ & cognitũ faciat & reuelet, q ante eius aduẽtũ fuisset incognitus. Quis eñ alius querit vel salutẽ afferre, vel ad deũ oipo tẽtẽ traducere humanã hãc aĩam, ꝓter deũ & verbum? qđ sane apud deũ cũ a principio ma

nens,eorum gratia q carne compacti essent & pcreati,quãdo hi carne cõstarẽt,factum illud est caro,vt cõprehẽdi ab his & cognosci posset,qui se vt verbum,& apud deum, & deum verbum videre nequirent. Quinetiã cum corporaliter loqueretur,& vt caro esset denũciatus,ad se qui caro sunt conuocat,vt primum formari secũdũ verbũ hos faciat,qd caro effectum est:deinde ad se visendũ desumat, quale antehac fuerit,& priusq̃ carnẽ assumeret: ita vt meliores hi redditi,vbi ab institutione ista carnali superiora conscenderint,inquiant:Et si Christum olim iuxta carnem cognouimus, nunc tamen nõ vltra spectando dignoscimus sed contẽplando.Caro igitur factus est ille: & vbi caro effectus est,habitauit in nobis,haud tamen extra nos factus. Inhabitãs vero in nobis & factus,haudquaq̃ in prima forma pmãsit, sed nobis ipsis in rationalẽ & celsissimum montem desumptis,gloriosam suam ostendit figuram,& vestium suarũ fulgorem, nec suarum modo,sed & spiritalis legis, quę Moyses pfert cũ Iesu in gloria visum:omnẽ ptерea nobis prophetiam aperuit, nec tamẽ post humanitatem assumptam vt perinde demortuam, sed in cęlũ sublatã: cuius rei Helias indicio fuit.Enimuero qui hæc cõtẽplabitur,illud pfecto dicturus est, Vidimus gloriã eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenũ gratię & veritatis.

A Celsus igit vel rudius qdẽ ea cõmẽtus est, q̃ nos ad eius q̃stionẽ respõsũ nos existimauit, queadmodũ.s.opinemur & deũ nos cogniturос, & habituros apud eũ salutẽ: nos vero ea dẽ illa q̃ pposita sunt affirmamus, tãetsi Celsus nõ indecẽtib⁹ argumentis respondere nos fateat,& scribẽdo se palã facturũ qd ipi respõdeamus,qd ita se habeat. Q̃n ẽm & magnus est & spectatu difficilis deus, ppriũ spiritum ĩ corpus immissum nostro assimile,huc ad nos misit,vt ex eo & audire nonnulla possemus & discere.Et sane nõ solus iuxta nos deus ille & pater magnitudine pstat: qppe q suimet & pprię magnitudinis participẽ vnigenitũ,& ois creaturę primogenitũ fecerit: vt cũ imago sit inuisibilis dei,in ea magnitudine patris imaginẽ seruet. Nõ enim fieri poterat vt æqualis esset (ita vt dixerim) decora & inuisibilis dei imago,nisi & magnitudinẽ hæc ipsa pferret. Sed deus etiã qa sit incorporeus,& inuisibilis est:his vero q se cõtẽplant cor inest & contẽplabile,hoc est qd mẽte & aio contẽplat. Cor aũt nõ qduis eqdẽ dixerim, sed purius aliqd: nõ ẽm fas est deũ vt ignaro qs corde cõspiciat,sed necesse ẽ vt purior sit puri cuiuspiã p

B dignitate & cõtẽplatio. Sed esto vt non facile possit de⁹ spectari:at nõ solus est cuiq̃ ille spectatu difficilis,sed ei⁹ & vnigenit⁹:difficulter nãq deus verbũ videt,nõ facile etiã & sapientia ipsa in qua vniuersa fecerit de⁹, pspicitur. Quis ẽm eã sapiẽtiã poterit ad singula q̃q ex oibus ĩ qua de⁹ vniuersoṛ & singula fecerit, cõtẽplari? Nõ igit qa spectari deus haud facile queat,vt spectatu facilẽ filiũ misit:enius rei Celsus plane ignarus,ex nostra pinde psona id ptulit,q hand facile hnmanis obtutib⁹ deus pateret,& q ppriũ spũm ĩ corpus ĩmittẽs nobis psimile,ĩ mũdũ demiserit, vt ex eo liceret q̃ sua sũt & audire & discere.Sed vt ĩpi tradidim⁹,fili⁹ etsi videri haud facile possit,vt q dens verbũ p quẽ effecta sũt oĩa ĩ nobis tñ in habitauit. Q̃ si ĩtelligat Celsus q̃ nos de spũ dicim⁹,vt qcũq spũ dei agũt, hi dei filii sũt: haudquaq̃ pinde a nobis fuisse illud assertũ si bi decernet,q ppriũ ĩmittẽdo spũm de⁹ ĩ corpus nostro psimile ad terras demiserit. Siqdẽ

C assiduo de⁹ his spũ suũ impũt,q se cape psũt, cũ spũs ille nõ pcisione vlla vel diuisione se dignos inuaserit. cõstat ẽm id spũs nequaq̃ esse vt nostrũ hoc corpus: queadmodũ nec corp⁹ esse & ignẽ:q vtiq deũ vt ĩ his phibeẽ,ptulerit,De⁹ noster ignis consumẽs.Hęc.n.tropice vniuersa tradunt,vt ex cõsuetis hisce noibus corpori cõgruẽtib⁹ ĩtellectiuã designẽt naturã:haud secus ac si peccata dicant ligna fœnũ & stipula esse,nõ tñ idcirco dicturi sum⁹ corporea esse delicta:& si virtutes aurũ esse argẽtũve astruant &lapidẽ pciosum,haud tñ corpora esse virtutes dixerim⁹:sic etsi deus ignis esse phibeaẽ,q ligna fœnũ & stipulã & quãuis peccati absumat substãtiã, nõ tñ corpus esse ĩtelligem⁹.Cũ vero & ignis pnũciaẽ, nõ tanq̃ corpus sit aliqd noscim⁹:sic igit si de⁹ spũs dicit,nõ pide ac corpus sit aliqd asseneram⁹.Ad sensibiliũ ẽm destructionẽ,mos sacris literis est vel ĩtellectualia q̃nis ad spũ ptinẽtia,vel spiritalia nũcupare:queadmodũ illud cũ Paulus ĩ qt:Sed sufficiẽtia ista ex deo est,q & nos sufficiẽtes fecit ministros noui testamẽti, nõ literę sed spũs:l,fa.n.occidit,spũs autẽ viuificat: literã sensibilẽ quãdã dixit diuinarũ literarũ ĩtelligẽtiã,spũ vero ĩtellectualẽ.sic itẽ & alibi,spirit⁹ de⁹ ẽ.Siqdẽ Samaritę illi Iudeiq corpaliter exeq̃bãẽ & spiritaliter q̃ p legẽ his mãdatẽtur,& istiusmõi saluator Samaritẽ affat⁹ est: Venit hora q̃ñ nec ĩ Hierosolymis nec ĩ mõte hoc adorabitis patrẽ:ẽ.n.spũs de⁹: & q illũ adorãt,ĩ spũ & veritate adorẽt necesse ẽ.qbus ex dictis edocuit nõ in carne & carnalib⁹ sacrifitiis eẽ deũ colẽdũ sed spũ adorãdũ is.n.ĩu spũ cognoscet,cui ęque in spũ & mente deseruiat

At nõ in figuris adorãdus est pater,sed in ve
ritate,q̃ p Christũ Iesum effecta est,vbi lex est
p Moysen tradita.quãdocũq; eñ cõuertemur
ad dñm,dñs autẽ spiritus est , tollet velamen
qđ cordi impositum est,& Moyses plegeť.Cel
sus itaq; vt q minus ea q̃ spiritus dei sunt te-
neat,(animalis eñ hõ nõ recipit q̃ sunt spiri-
tus dei:est eñ insipiẽs,& nõ potest intelligere
qđ spiritaliter indicatur)sibi illud desumit,ex
istimãs nos deũ fateri spiritum esse,neq; in eo
videť a Stoicis qcq̃ differre , astruẽtib⁹ deum
aerẽ esse,q p oñia diuageť,& ĩ se oñia cõple-
ctať·Peruadit aũt cura & puidẽtia deua vtiq;
vniuersa,nõ tñ vt Stoici volũt, ĩ aeris morẽ:
& cũcta qdẽ ita cõplectiť q̃ puidẽtia ipsa pui-
derit,vt non pinde corpus cũ aliqd amplexa-
tur ita cõtineat:quãdoqdẽ constat & corpus
esse qđ contineť:sed vt diuina vis aliqua ea in
se q̃ comphẽsa sunt,amplectať & teneat.Et iu
xta Stoicos qdẽ q corporeas esse potestates af
firmãt,& idcirco illas vniuersa corrũpere,& ĩ
discrimẽ venire ne & deum ipsum & summũ
corrũpãt,ni conspicuũ admodũ & audax faci
nus esset vel dei verbũ qđ ad hoĩes vsq; & in
fimos quosq; descenderit,nil aliud nisi spũs q
dã corporeus videreť. iuxta nos vero q aĩam
nitimur rationalẽ ostendere quauis corporali
natura pstãtiorẽ,& substãtiã esse hãc inuisibi
lẽ & incorporeã,haudquaq̃ fuerit corporeus
deus verbũ,p quẽ & facta sunt oñia, & verbo
hoc ipso vt oñia fiãt, nõ solũ ad hoĩes ipsos
ptingat,sed vel ad ea q̃ p minimis habeãtur,
& regãť natura.Succẽdãt itaq; Stoici vniuer
sa,nos vero incorporeã substãtiã succendi &
cõflagrare nil nouimus, neq; in ignẽ resolutã
hominis animã,vel angelorũ,vel throni , vel
dominationũ, vel principatuũ, vel potestatũ
D substãtiã scimus.Quocirca Celsus , vt q min⁹
videret q̃ spirit⁹ dei sunt,frustra id intulit, φ
cũ spirit⁹ a deo sit filius,vbi ad humanũ cor-
pus puenit,neq; is qdẽ futurus est immorta-
lis qui dei sit fili⁹. Vnde rursum alia q̃dã sibi
confingit,pinde ac nostrũ nõnullis nõ spiritũ
esse deũ sed dei filiũ asserturis,& putat hęc in
quiẽs,nobis se occursurũ: Nulla est spirit⁹ ta
lis natura vt pmansura continuo sit:& velut
nobis asseuerãtib⁹ ignẽ esse deũ & cõsumẽtẽ,
sic intulit,Et sane nullam huiusmodi constat
ignis esse naturã,vt pstare semper is q̃at:cũ tñ
minus intelligat quorsum nos referendo deũ
hũc nostrũ ignẽ esse dicam⁹, & ad quorũ con
summationẽ,& φ peccata sit & vitia consum-
pturus.Cõgruit eñ deo q bonus & ęqor sit,
vbi singuli certasse iã videbunť, & qualis q̃sq;
fuerit certator pspicuũ erit,vt p ignẽ suppli-
ciorũ vitia deleat,& commissa abstergat. Rur
sum sibi,qđ ipsi nil affirmamus,dicendũ desu
mit,φ necessariũ sit respirasse q̃nq; deũ,& sub
sequẽter nec potuisse Iesum a mortuis cũ cor
pore simul resurgere: nõ eñ recepisset inquit
quẽ dederat spiritũ deus corporis iam natura
infectum.Sed delirũ pculdubio fuerit velle ea
nos dicta refellere , pinde ac a nobis deprõpta
q̃ ipsi nusq̃ ptulimus.Deinde sępe eadẽ repetẽ E
do,vbi pmulta superius huiusmodi tradidis-
set,& irrisisset dei ex virgine genituram , etsi
nos huius obiecta satis iã vt licuit reuincẽdo
illi occurrimus,sic ingt.Si eñ placebat ex sese
spiritum e cælo demittere, qd erat necesse vt
mulieris vterum inflaret? poterat nãq; q cre-
are homines nosset, & huic corpus effingere
& plasmare, nõ suũ spiritũ in tãtã sordẽ ĩmit
tere.sic eñ nec fides huic demereť , si cælitus
veniẽs statim pseminatus esset & genitus. Et
sane eo hęc intulit Celsus,qa virginalẽ illã &
puriorẽ nesciret penitus geniturã,& ex nulla
corruptiõe eius corporis ortũ fuisse , qđ erat
futurũ vt humanę salutis ministerio fungere
tur.Arbitrať aũt hic Stoicoꝝ dicta narrãdo,
nec plane dissimulãdo q̃ de ĩdifferẽtib⁹ p eos
traduntť, se didicisse in sordes & ingnamenta
fuisse diuinã naturã aliqñ detrusam, siue qa ĩ
virginali corpore fuerit quoad corpus sibi ef
fingereť,siue qa corpus assumpserit : nec sec⁹
hic agit atq; hi solẽt q solis radios putant in
putido cœno & olidis cadauerib⁹ inquinari,
nõ puriores in his pmanere.Eñuero si p Cel F
si sentẽtia sine origine aliqua Iesu dño corpus
esset illud effigiatum, cõfestim qui id corpus
spectassent de improuiso sic extitisse,nõ geni-
tũ credidissent . neq; eñ id qđ visum iã esset,
naturã denunciaret vnde & ortũ cœpisset. Et
vt ita exẽpli gratia dixerim,mel aliqđ fuerit,
non tñ ab apibus fabricatũ,& id q̃spiã aliogn
cũ ex gustu,tũ ex aspectu pnũciet non ex api
bus cõstitisse, quẽadmodũ nec qđ ex apib⁹ sit
sensu ipso & gustu ex his habuisse principiũ
ĩnotescit,sed experiẽtia ipsa pduisse ex apibus
demõstrať,& itẽ e vitib⁹ vinũ manasse:nõ eñ
gustus referet qd sapiãt vites: Eũdẽ in modũ
& sensibile corpus haudquaq̃ ptulerit nũcian
do vndenã subsistere cœperit. His pterea adii
cienť & q̃ dici de cęlestibus possunt, quorũ &
subsistẽtiã & splẽdorẽ vidẽdo sentimus: haud
tñ hic sensus suggerit nobis vtrum ea creata
an minime sint,vnde & sectæ de his extiterũt
varia sentiẽtiũ. Verũ q ea condita fuisse affir
mãt,haudquaq̃ cõueniũt quẽadmodũ sint il-
la creata : nõ eñ illorũ suadet sensus quo sint
pacto creata,vel si ratio ipsa enitendo inuene

rir cōdita illa fuisse. Deinceps eadē sæpe resumens q̄ de Marcionis sententia dixerat, & alibi quidē quæ Marcionis in vero sunt explicat, alibi praue audisse videt: quæ nec refutāda p nos hoc tempore sunt, nec plane coarguēda.
A Deinde rursum ea sibi adaggerat, q̄ partim in Marcionis faciūt defensionē, partim q̄ illū impugnāt, sic ingens: Et sane in nonnulla crimina isti declināt, in nōnulla prsus incidūt. Cūq ea puelir dicta pbare quę Iesum affirmāt prophetarū vaticiniis denūciarū, vt Marcionem ipsum & q ab eo manarūt incuset, id apertius subdit. Vndenā arguet dei filius esse q tantis sit affect⁹ suppliciis, nisi de hoc fuerit id olim pdictū! Deinde hūc rursum ludēs vt solet irridet & cauillat, deorū filios duos inducens, alterū cōditoris, alterū dei q iuxta Marcionem cōstet: describitq inter hos initum singulare certamē, qd haudquaq̄ alienū a deorū sit certaminibus: afferēs haud secus istorum diuina certamina se habere, ac ea q̄ inter se coturnices ineūt: quādoquidē parentes ipsi & filiis in se decertātibus siue cōfecti iā senio nulli vsui sint, siue delirēt, quia inter se nihil constituāt, & filios sināt se debellare. Verū ad id qd̄ superius Celsus intulerat respōdebo, quęnā anicula cum infanti canendo alludit, non ea dicere vereat, quæ in suis Celsus veredicis dictis deblaterat! Siquidē cū decēs fuisset vt his quæ a nobis dicunt re ipsa insisteret, is vero necessariis reb⁹ omissis iocularirer agit & garrit, existimās mimos se & iocularia q̄dam & sales describere: nec plane aduertit quēadmodū istiusmodi ad verba & nugas euectio, pter ei⁹ ppositū sit q nos deniq velit vt relicta Christiana religione suis decretis animū intēdamus: q̄ si grauiter & modestius pertractaret, plus forsitan suasionis sint habitura: sed cū p risum & ioci pmulta & scurriliter eloquendo deliret, dicturi sumus elegantiū verborū inopia, vt q̄ nec nactus esset nec sciret, in tātā hūc incidisse garrulitatē. Post illa vero id infert. Enimuero si diuinus inerat & in corpore spirit⁹, omnino erat necesse vt immutatū aliqd haberet id corpus a ceteris alienum, siue magnitudinem dixeris, siue venustatē, siue vires validiores, siue vocē, siue speciem horridiorem, siue deniq suadēdi vim aliquā. fieri em̄ non poterat vt q̄pter cęteros aliqd in se haberet diuinitatis, nō itē ab his lōge differret. Id vero corpus ab alio quouis nihil distabat, nisi vt ferunt q pusillum esset & visu despectum & fragile. Videt itaq velle se Iesum vel in his carpere, perinde ac scripturas in fidē adhibeat, q̄ videantur ei criminādi causam exhibere, & q̄ his cōtinent mox explicat: cū vero p earundē scripturarū sententia videat qs cōtraria pnunciare, & his aduersantia q̄ fuerint ad criminādū admissa: hęc sane nec scire se simulat. Qz autē Iesu corpus visu esse despectius literis pdit, exhilaratus mox suscipit: etsi nō eiusmodi quale Celsus exposuit, cū nihil apertius significet q pusillū id esset, quis apud Esaiā describit, q vaticinādo pdicerer veturū hūc aliqn̄ nō decoro aspectu, nec pstāri pulchritudine aliqua. Quis em̄ (is inquit) credidit auditui nostro, & brachiū dñi cui reuelatū est! & ascendit sicut virgultū corā eo, & sicut radix de terra sitienti: nō est species ei nec decor, sed species eius sine honore, & deficiēs supra filios hominū. Hæc Celsus ac lubēs audiebat q̄ sibi ad Iesū criminādū cōducere videbant, cū tū ea nōdum aduertisset q̄ in quarto & quadragesimo psalmo dicunt, quēadmodū pferant: Accingere gladio tuo sup femur tuū potētissime: specie tua & pulchritudine tua intende psperre, pcede & regna. Sed cōcedatur vt hāc pphetiam nec legerit Celsus, vel eā forte plectā fuisse p interpretes tā praue distractā, vt de Iesu nil videat penitus pdixisse: verū qdnā dicturus de euangelio fuerit, ex quo illud sat patet, & conscēdisse mōtē altissimū Iesum, & fuisse in discipulorū cōspectu, trāsfiguratū, cū Helia simul & Moyse in gloria apparētib⁹ visum, & huius fatētibus exitū qualē hic esset Hierosolymis habitur⁹! Quin & si ppheta id iqat, Vidim⁹ eū & nō erat aspect⁹, & nō est species ei neq decor: quātocyus id vaticinii suscepit Celsus, vt ad Iesum relatū, & vti cæcus irrūpet vt dictū illud arripiat: nec tū intelligit q̄ ingentis illud mysterii sit, q q indecorus sic videat, dei sit filius, quādo qdē multis antehac annis eius de genitura & specie extiterint pphetię. Qz si alius q̄sq̄ ppheta decorē illi & pulchritudinē in esse affirmet, haudquaq̄ ad Iesum quod vaticinat⁹ is sit, Celsus retulerit: si vero aperte ex euāgelio posset illud desumi, quēadmodū nec speciē haberet ille neq decorē, sed eius species honore careret, deficiēs supra filios hominū: pfecto nō ex ppha qs diceret Celsū sed ex euāgelio hęc ptulisse. Nūc itaq qn̄ nec ex euangeliis nec ex apostolis ipsis id liqueat, pspicuum est Celsum conuinci ex pphetis dicta hæc accepisse, vt ex certiore Christi exitu cōprobata: qd sane haudquaq̄ in posterū siuerit in Iesum criminationes pcedere. Cęterū q istiusmodi differit: Cū em̄ diuinus corpori inerat B spirit⁹, erat necesse vt esset omnino vel in partem aliquā a cæteris alienus, siue magnitudine dixeris, siue voce, siue specie quadā horri-

diore, siue suadendi vi aliqua: quo pacto non illud videbat, Iesu corpus pro se spectantium viribus, & vt cuiq; in cōmodū cederet, & immutari & visum esse! Nec mirū si natura hoc pacto illi mutabilis inerat, ad quoduis conditoris arbitriū & nutū se verteret, & vt artifici libitū esset qualitatē quancūq; reciperet: iuxta quā nec speciē nec decorē tradit habuisse. Nōnūq; vero gloriosum & horribilē & mirabilem hūc redditū ferūt, vt in faciē tantę gloriæ & splendoris procūberēt spectatores apo-
C stoli tres illi q cū Iesu mōtem conscēderāt. Sed dixerit Celsus figmenta hæc esse, & a fabulis nil aliena: queadmodū & cætera Iesu miracula fuisse decernit: ad hęc vero superius q̄multa respondimus: habet autē illud arcanū aliqd & mystice interpretatum, qd Iesu varias formas denūciat ad diuini verbi referri naturā, & nō æque multitudini apparentis, atq; his q se in montē subsequi potuerunt. Et his qdem q inferius substitissent, & nōdū essent ad ascēsum paratiores: dei verbū nec speciē habet neq; decorē: quippe cuius species hisce hominibus sine honore pculdubio fuerit, & deficiēs supra sermones p homines factos, in his tropice filios hominū nuncupatos. Dixerint eñ philosophorū dicta pulchriora videri q sunt hominū filii, q̄ dei verbū tā multis iam pdicatū, qd vtiq; pdicationis stultitiā pferat: & qa stulta visa sit pdicatio, affirmaturi proculdubio sunt, q id solū attendūt qd dicit, Vidim⁹ eū nec speciē nec decorē habentē: his vero qui ad hūc subsequendū vires susceperint mōtem altissimū inscendētem, diuinam id verbū præ se tulerit formā visendam: e quibus extitit Petrus, qui a verbo ædificationem in se ecclesiæ cepit, & tantum iam habitus & fiduciæ est assecutus, vt inferi portæ aduersus eū min⁹ prę ualeāt: quippe qui eodem sit verbo a mortis foribus tātopere sublevatus, vt dei laudes oēs in portis filię Sion denūciet: vel si qui alii fuerint qui ex sermonib⁹ & doctrina genituram acceperint, sonori quidam & voce ingenti, & tonantis cæli fragore nihil inferiores. Sed vndenam Celso & aliis diuinæ doctrinæ infestissimis hostibus, nec veritatis studio inuestigādæ Christianorum res conquirentibus, cupido incessit quid sibi vellent variæ Iesu formæ internoscendi! quidve illius cū ætas, tū anteq̄ paterentur res gestę, tū etiā vbi & resurrexit q
D fecerit, sibi deposcerent! Deinceps Celsus hæc subdit. Quinetiā & si deo id aio inerat, quemadmodū & apud Comicum Iupiter e lōgiore somno iam expectus, humanū genus a malis eximere: cur in angulū quēpiā hunc ipsum detrusit, quem vos spiritum dicitis! cum potius fuisset necesse vt eodem spiritu permulta corpora inflarentur: quæ per orbem terrarū vniuersum essent in posterū dimittēda. At Comicus ille in theatro vt risum moueret id literis demādabat: Iupiter excitatus e somno ad Athenienses Mercuriū & Lacedęmonios confestim legauit: tu vero risu maiore dignū aliqd fecisse eū existimas, q ad Iudęos filiū destinasset. Aduerte ex his Celsi cū ineptias, tū leuitatē, pter oēm philosophi grauitatē comœdię auctorē susciperis, & cū Ioue iam experrecto Mercuriū delegāti, deū nostrū temere cōferētis omniū conditorē. Diximus aūt supra, queadmodū nō vri lōgiori ex somno surgentē deus delegasset ad homines Iesum: & tūc q dem per assumpti corporis dispensationē, nūc vero iustiores causas nactū, humanū dicimus genus beneficiis hūc semp afficere: nihil enim qd rectius sit inter homines gerit, nisi diuini spiritus interuētu, eorū se animo insinuantis, qui vel ad breue quiuerint diuini verbi operationes huiusmodi capere. Sed iure haud dubie factū vt in angulū aliquem adueniens se Iesus cōferret: siquidem erat necesse, vt his qui deum vnicum didicissent, eiusq; & prophetas perlegerent, & essent certiores effecti futurum omnino vt Christus pdicaret, vt qui fuisset prophetarum vaticinio iampridem denūciatus, iam deniq; aduentaret, & per id temporis ad nos ille concederet, quo ex angulo iā oporteret vt vniuersum in orbem verbum & verbi doctrina diffunderet. Vnde nec erat necesse vt vbiq; & multa existerēt ab inferis corpora, vel plęriq; & pares Iesu spiritui spirit⁹, vt orbis terrarū ex dei doctrina clarescerct. Sat enim erat vnicum verbū, tanq̄ iustitiæ sol ex Iudęa exortus, vt in mortaliū animos sese vltro suscipientium pertingentes emitteret radios. Q; si qs percupiat frequētet corpora intueri spiritu sanctiore referta, haud secus ac Christo ipsi ad vniuersorū salutē parata: eorū habeat notionē, q vt integerrimi sunt, ita & vitę rectitudine Iesu doctrinā alios edocendo vulgarūt. Et hos quidē diuinę literę Christos dicunt, vt illud: Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Enimuero quemadmodum venturum quandoq; Antichristum accepimus, cum alioquin B complures esse in mundo Antichristos sit nobis compertum: eundem in modum & Christum iam aduenisse nō nescii, videmus in mūdo permultos esse Christos iam redditos, qui haud secus ac ille iustitiam diligunt, & oderunt nequitiam: & idcirco & illos vnxit Chri

sti deus lætitiæ oleo. Qui tamen præter suos
participes exosus iniqtatē, adamataq́ iustitia,
primitias simul vnctionis accepit, vel vt recti
us dicam vnctionem penitus omnem lætitiæ
olei, ita vt participes singuli, vt quisq́ capere
potuit, vnctionis huiusmodi & priuatæ ad-
missi in partē sint. Quocirca cum Christus sit
ecclesiæ caput, ita vt vtriq́ in vnum coeant
corpus, vnguētum huic e capite ad barbā de-
fluxit, in argumentū Aaron viri perfectioris,
& ros item ad oram vestimēti & fimbrias de-
scendendo peruenit. Et hæc quidem Celsi di-
ctis vt leuioribus respōdēdo ptulerim, asseue
rantis oportuisse deum permulta & simillima
corpora inspirasse, quæ in orbem vniuersum
dimitteret. Atqui Comicus ille vt spectatori-
bus risum moueret, Iouem & dormientem fe
cit, & excitatum, ad Græcos Mercurium dele
gautem: Verbum vero, peruigilem sciens & in
somnem dei naturam; edoceat nos quemad-
modum per temporū vices & interualla, mun
di res istas gubernet & moderetur, vti æqui-
tas ipsa deposcit. Verum nil mirū cū ingētia
sint & ineffabilia dei iudicia, si rudiores non
nulli a veritate aberrāt, & cū his simul & Cel
sus. Nil igit̄ ridiculū fuerit, si ad Iudęos apud
quos olim extitere pphetę, legat⁹ dei sit fili⁹;
vt inde corporaliter desumpto principio, vir
tute & spiritu, mundo deniq́ illucesceret, quē
minime vellet sine animarum diuinitate desti
tui. Visum preterea Celso in libri primordio
A Chaldæorum gentem diuinitate quadā præ-
cellere, e quibus fallax generatio quædam vbi
defluxit, homines ipsos depasta sit. quin & ma
gos diuinas inter connumerat nationes, quo
rum gentis cognomē sit Magica, quæ postmo
dum ad nationes cęteras ad exitiū & interni-
cionem peruenerit. Et Aegyptii quidem ī his
quę supra meminerat Celsus vtiq́ fallebātur,
vt qui exterius legitimorū delubrorū ambit⁹
elegantiores haberent: intus vero pręter simi
as, capras, & crocodilos, & aspides & huius-
modi alia nil penitus asseruarēt: nunc vero vi
sum est Celso illud astruere, diuinitatis pluri
mum habere vel a principio Aegyptiorū hāc
gentem, & forte idcirco qa Iudęis tunc primū
bella isti intulerant. Nec secus Persarum gens
Celso diuinior quædam videtur, qa & matres
in vxores traducerent, & filiabus admiscerentur
tur. Indorum præterea diuinam gentem ap-
pellat, quorū quosdam iam dixerat humanam
carnem esitauisse. Iudæos tamen & priscos il-
los pręcipue cū nihil huiusmodi factitarent,
non solū dixit nō diuinitate præstare, sed sta-
tim deperditos: & id quidē, vt nescius vates,
de Iudęis hic pr̄cinit, ignarus prorsus dispensa
tionis circa illos diuinę, & vitæ maiorū egre-
gie anteactę: nec plane intelligens quemadmo
dū ex eorum commissis salus sit gentibus par-
ta: vt ipsorum peccatum mundo diuitias, &
ex illis victoria, gentib⁹ opes attulerit, quous
q́ adimpletio gentiū ingrediat̄, vt postmodū
(qd̄ plane Celsus ignorat) Israel demum sal-
uetur. Nec sane intelligo cur & illud intulerit B
inquiens: Qui vniuersa nouerit deū illud ne
fugerit, q́ ad prauos homines & scelera com-
missuros, & se demum excruciaturos, filium
mittat! Sed videt̄ vt volēs hic eius dicti obli-
tus, quemadmodum omnia quæ perpessurus
esset aliquando Christus, diuino spiritu & p̄-
uidisse prophetas & præcinisse: quibus id ne-
scientibus haudquaq̄ consentaneum est vt &
deus nesciret ad prauos & facinorosos homi
nes se filium transmissurum, quem hi paulo
post tormentis afficerent. Mox deniq́ ait iam
pridem hæc fuisse prædicta per nos affirma-
ri, vt nostra tutemur. Sed cū satis iam multa
sexto hoc libro complexi simus, dicēdi finem
huic faciendo, septimū iam tribuente deo ag-
grediamur, in quo his occursurum se Celsus
existimat, quæ nos fateamur de Iesu prædixis
se prophetas. Quæ vtiq́ cum plurima sint, &
ad ea explicanda longiori opus esset oratio-
ne, profecto neq́ itercidere libuisset, nisi libri
magnitudo cōpelleret, & si nō intercidere, pli
xiorē hūc septimū facturus sim & immēsum.

LIBER SEPTIMVS.

IN SEX SVPERIORIBVS
libris Sacer Ambrosi, vt no C
bis licuit aduersus Celsi ob-
iecta in Christianos crimina
contendendo, & nihil vspiā
omittendo pro viribus indis
cussum, nec qppiā quoad fieri potuit præter-
eundo quod esset per nos confutandum: de-
um ipsum per Iesum precamur quem Celsus
tantopere criminatur, vt cordi nostro afful-
geat id sedulo deprecanti, vt quæ ad refutan
dum falsa plurimum valeant, suggerat: quan
doquidem ipse veritas sit. Ad septimum
hunc primum peruenimus, propheticum il-
lud inter preces dictando, In veritate tua dis-
perde illos, hoc est contrarios veritati ser-
mones: hi namq́ dei veritate perduntur: vt
hisce deperditis cæteri omnes curis soluti,
quod deinceps subsequitur dicant: Volun-
tarie sacrificabo tibi: nimirū rationale & sine
fumo sacrificium vniuersorū deo erat is obla

inter & Iudęa connumeratur. Fit itaq; vt ne queat terrę huic cõuenire qđ legitur, In terrã bonã, & late patentẽ, lacte melleq; fluentẽ: tametsi symbolice vmbra quędam cũ Iudæa, tũ Hierusalem esse arguitur terræ purioris illius, & puto subiectę cęlo, & optimę, & late patentis: in qua & Hierusalem inest illa cęlestis: de qua Apostolus differẽs, perinde ac cũ Christo simul hęc resurrexerit, & superna illa cõquirẽs, mõtem sit nacta a Iudaica fabula minime depẽdentẽ, sic inqt. Sed accessistis ad Sion mõtẽ, & ciuitatẽ dei viuẽtis Hierusalẽ cęlestem, & multorũ miliũ angelorũ frequentiã. Vt autẽ sibi psuadeat qsq;, nihil nos pter spiritus volũtatẽ de terra hac apud Moysen & bona & multa differuisse: intẽdat prophetis animũ, edocẽtibus omnes in Hierusalem aliqñ tandem rediturος, qui ex ea vel aberrarint, vel forte exciderit: & vti eũ in locũ sint restituti, qui dei ciuitas apud tradẽtẽ huiusmodi nuncupef, In pace sancta locus eius: & illud ꝑterea differentẽ: Magnus dñs & laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri, in mõte sancto eius fundatur exultatione vniuersæ terrę. Sed sat in pñsentia fuerit, qđ in alio psalmo de terra iustorũ sic tradif pduxisse. Sustinẽtes aũt dñm ipsi hæreditabunt terram. Et paulo post. Humiles aũt hęreditabũt terrã. Et alibi. Iusti hęreditabũt terrã, & habitabũt in seculũ seculi sup eã. Aduerte aũt ex eo ꝙ purior terra puriore insideat cælo, iis plane denũciari qui ea q̃ in eodẽ psalmo dicũtur percipere quiuerit: Sustine dñm, & custodi vias ei⁹, & exaltabit te, vt hęreditate capias terram. Nobis vero videf, quę de lapidibus hisce qui ꝑciosi apud mortales habenf, Plato differuit, ab his hũc accepisse, q in Esaia cũ de ciuitate dei fit mẽtio, sic describunf. Ponã propugnacula tua iaspidẽ, & lapides tuos lapides crystalli, & circuitum tuũ lapides electos. Et rursum. Ponam fundamẽta tua Saphyrũ. Apud Platonẽ vero qui fabulam allegorice interꝑtantur, & elegãtius videnf philosophi dicta excipere, huiusmodi narrãt. Prophetias vero a qb⁹ Platonẽ accepisse illa nos arbitramur, qui haud secus ac prophetę, & diuinit⁹ vixerint, & oẽe tẽpus sacris literis scrutãdis addixerint, illis apeuerũt q & vitę integritate, & studio pdiscendi q̃ dei sunt, aptiores sunt visi. Nobis vero ꝓpositũ erat ostendere, q̃ de sanctiore hac terra iam cõstant, haudquaq̃ a Platone nos desumpsisse, sed Platonẽ ipm, & tũc tẽporis hoĩes, vt plane posteriores, nõ solũ a Moyse antiquissimo illo, sed a prophetis aliis plerisq;, & subsequẽtibus accepisse, q hu-

D

iusmodi ꝓtulissent, siue his demõstrãtib⁹ hęc audissent, siue sacras literas plegendo didicerint: ita vt de terra hac potiore dũ scriberẽt, rem seriã deprauarint. Aggęus eñ propheta ille apertius patefacit aliud qdem aridã esse, aliud terrã ꝓferre: aridã nũcupãs in qua ipsi cõsistimus. Sic eñ inqt. Adhuc semel, & ego concutiã cęlũ, & terrã, & aridã, & mare. Quẽ admodũ igitur Phædonẽ Celsus, apud Platonẽ impositã fabulã itroducit narrãtẽ huiusmodi: sic eñ Plato: Quid aũt ex his ille ꝓtendat, haud cuiq; facile ẽ cognitu: nisi ei forte q & intelligere queat quidnã sit illud qđ ait, prę imbecillitate & tarditate nil posse ad aeris postrema puadere: & si natura ipsa sufficiẽs fit cogitatiõe cõplecti, vbi ad cõtẽplatiõnẽ intenderit animũ, intelliget & verũ esse id cælũ, & verã lucẽ: Ita & ipsi quę de sanctiori terra & optima, quęve de ciuitate dei ĩ terra illa iã cõstitura tradunf, qa haudquaq̃ esse ꝓsentis operis arbitramur, in ꝓpherarũ expositionẽ distulimus: tametsi ĩ partẽ (vt licuit) de ciuitate hac dei ĩ Psalmorũ expositione iã differuim⁹. Et sane prisci illi Moyses & pphetę, in suis instructionib⁹ nomina qdã similima esse affirmãt, superiora illa cũ inferiorib⁹ hisce sortita: cũ verã lucẽ dicunt & cęlum, & id aliud esse q̃ firmamẽtũ: & iustitię solẽ aliũ q̃ sit sol iste sensibilis, & ad sensibiliũ deniq; differẽtiã, quorũ nihil sit veri⁹, Deus ĩquiũt vera sunt opa tua: cũ in aliis quidẽ dei opera statuant, in aliis & inferioribus quę opa manuum ipsius dicãtur. Vnde per Esaiam quosdã deus ipe coarguẽs, inquit: Opera dñi non respiciũt, & opa manuũ ipsius nõ intelligũt. Sed de his hacten⁹. De resurrectione autem cũ admodũ multa essent dicẽda, & interpretatu lõge plurimũ difficilia, ita vt nõ minus q̃ aliud quoduis dogma præcellẽs sapientem hęc quępiã exigat, vt dei & pręferat dignitatem, & dogmatis magnitudinem edocentis queãdmodũ seminis habẽda sit ratio: qđ vti ꝙ diuinis in literis animæ tabernaculum vocitatur: in quo qui iusti sunt grauati ingemiscũt, ꝙ nolunt expoliari, sed superuestiri. Qđ sane cũ nesciat Celsus a rudiorib⁹ qbusdam & nulla ratione id affirmãtibus se accepisse, id dictũ irridet. Sed optimũ fuerit, vel ad ea q̃ superi⁹ hac ipsa de re differuimus, & id solũ significasse, queãdmodũ nõ ex animæ vario quodam e corporibus ad alia corpora demigratu (vt Celsus existimat) pinde ac nõ recte acceptũ resurrectionis mysteriũ nos cõfirmem⁹, cũ aliter lõge se habeat res: quippe qui suapte natura incorporeã, & inuisibilem

E

F

animā norimus,vbicūq; & corporali in loco
cōstiterit,corpore indigere, qđ eius loci na-
turę cōueniat: nec secus id corpus cū gesse-
rit,vt exuat necessarium fore: superuacuum
tamen vt ad secūda corpora transeat. Cū au
tem aliud ei superinduerit corpori qđ prius
habuerat:& meliore indiget indumēto vt in
purioribus illis ætherëisq; & cęlestibus locis
permaneat. Vbi vero ad humanā hāc anima
hęc ipsa geniturā aduenerit,quoadusq; gestā
tis fœminę in secūdina permanserit,depofito
carneo illo & vili velamēto mox eo induitur
qđ super terram victuræ necessarium fuerit.
A Deinceps cū cōster domus tabernaculū terre
stre aliquod esse,q̄ tabernaculo ipsi sit neces-
saria:idcirco destrui sacrę literę asserūt terre
strem hāc tabernaculi domū: tabernaculum
vero domū nō manufactā æternā in cęlis in-
duere,& corruptibile incorruptionē quæ ab
incorrupto differat plurimū,& immortalita
tem mortale qđ a mortali sit alienū.Quēad-
modū enim ad sapientē se sapientia habet,&
ad iustum iustitia,& pax ad pacificū:sic item
se habet ad incorruptionem corruptio,& ad
mortale,qđ sit immortale. Aduerte aūt quā
terū ad magnitudinē diuina nos hęc doctri-
na horretur.Incorruptionē siqdē inqt & im-
mortalitatē induite.Hęc nāq; veluti amicu-
lū aliquod & indumētū , ei nil quippiā sinūt
qui his induat,vel corrūpi vel deperire,quo
se circūduxerit. Et hęc quidē eius gratia di-
xisse nūc ausim, qui minus intelligat quæ de
resurrectione dicant,& ea irrideat,quę plane
se fugiāt. Cum vero nos iste existimet ex dei
adepta cognitione quę resurrectionis sunt p̄
dicare: pro arbitrio congerit quę sibi animo
B insidēt,& istiusmodi inqt. Vbi vero hi vndi
q; & coercentur & cōuincunt:haud secus ac
nil audissent, iterato ad illud vt quętāt,iam
redeūt: Quo igit pacto vel cognituri sum9,
vel visuri nos deum,vel ad hūc concessuri?
Volens autē quisq; intelligat: quemadmodū
etsi in rebus aliis,qa & corporeo in loco nos
simus,corpore indigemus,& cuiusmodi cor
porei loci natura exegerit:& corpore hoc cū
ipsi indigeamus,supinduimus q̄ dixim9 cor-
poris tabernaculi esse.Ad dei vero assequēdā
cōgnitionē nihil nobis opus est corpore: nō
enim corporis oculus deū hunc nouerit:sed
mens quędā,quæ vtiq; contemplet:qđ plane
sit ad conditoris imaginē factū, quęve deum
noscendi vim habeat ex prouidētia dei exce
ptam. Et sane cor est purius aliquod qđ deū
intueatur,& e quo cogitationes prauę nullę
in posterū prodeāt, vt homicidia,adulteria,
impudicitię,furta,falsa testimonia,vel visus
impurior,& absurdiora nōnulla huiusmodi.
vnde & illud edicit:Beati mūdo corde,quo-
niā ipsi deū vidēbūt.Sed cū nostra haud qua
q̄ sat facere queat volūtas vt corporis puri-
tatē hanc prorsus adipiscamur:deo est opus
qui nobis illud huiusmodi paret . quo fit vt
per eū q scite precet,illud dicatur:Cor mun-
dū crea in me deus . Sed neq; vt loco aliquo
circūscripto manētē deū, rogaturi aliqd su-
mus, dicturive quo pacto queat per nos ipse
adiri:est em̄ deus quouis loco prestantior,&
vniuersa in se circūplectit:& nihil est vsp:am
qđ deū cōtineat.Ad deum itaq; vt conceda- C
mus: nō corporaliter nobis qđ inqt inirigit:
Post dominū deū tuū ambulabis:nec corpo-
re propheta ipse deo inhęrēs inter precandū
sic infert:Adhęsit anima mea post te. Menda
cii igitur Celsus cōuincit ,' per nos asserēs id
affirmari,futurū omnino vt corporeis ocu-
lis deū itueamur,illiusq; perinde & vocē au-
diamus,& manibus his sensibilibus,vt hunc
attrectemus. Nec sane nos pręterit iisdē no-
minibus qbus & corporis oculi expeimunt ,
sacris i literis & animę oculos dici:nec secus
& aures ipsas & manus:& qđ his est vtiq; mi
rabilius, sensum etiā quēdā diuinū, & ab eo
diuersum,q vulgo soleat vsurpari. vbi enim
subdit prophera:Reuela oculos meos,& cō-
siderabo mirabilia de lege tua: Pręceptū do-
mini lucidū illuminās oculos:& illud,Illumi
na oculos meos,ne vnq̄ obdormiā in morte:
nemo erit pfecto tā stolidus,vt corporis ocu
lis putet diuinę legis mirāda illa percipi pos
se,vel dei pręceptū.corporeos oculos illumi
naturū,vel mortis somnū inducere,q corpo
reis oculis illabat. Verū cū Saluator noster D
protulerit,Qui habet aures audiēdi audiat:
vel quiuis ista intelligat de diuinis quibusdā
auribus dici. Cū enim & dei verbū in manu
Hieremię prophetæ vel alterius factū dicat,
vel lex in Moysi manu,vel manibus meis q̄si
ui deū, & nō sum deceptus: nullus adeo desi
pit q nō man9 hasce tropice dictas itelligat ,
de qbus & Ioannes sic differit:Manus nostræ
attrectauerūt de verbo vitę.Q; si de potiore
aliquo sensu & minus corporeo libuerit qcq̄
perdiscere : Salomonē audi in Prouerbiis sic
differētē:Scientiā dei inuenies. Nō itaq; no- B
bis qui deum cognimus, eo fuerit quo Cel-
sus remiserit concedendū, nec adeunda erūt
Trophonii,& Amphiarai,& Moysi loca,vbi
ad humanā speciē videri hic deos affirmat,
nec cōmētitios quosdā & appatētes,sed veros
& plane cōspicuos.Nos vero nil fugit hos dę

mones esse, nidoribus & sanguine fotos, & ex sacrificiis fumo, ita vt velut carceribus quibusdam his locis coerceant, quæ pro eorũ sunt cupiditatibus nacti, & diis sacrata Græcorũ opinione creduntur. Nos vero nil ambigẽdo tenemus deorũ hęc esse fallacium domicilia. Deĩde puerse Celsus de his quos dixerat diis speciem pręse, vt ipe iam autumat, humanã ferẽtibus differit: atq; hos ipsos spectare quẽpiã posse nõ semel illapsos, & volẽtes quoq; affari, & sui psentiã facere, nec secus atq; eũ fecisse Christiani affirmãt, q se plane fefellerit. Et sane apparet ex his veluti vmbratilẽ quãdã huc & apparẽtẽ imaginem Iesum dixisse: quia vbi a mortuis resurrexit sit discipulis visus, & tãq̃ prætereũdo dilapsus vt ab
F his videret. Quos vero sub humana specie deos hic dixit, eos esse existimat, qbuscũ volẽtibus singulis fiat colloquẽdi potestas. Verũ qui fieri poterat, vt apparẽs aliqua (vt ipe affirmat) imago sic pteruecta & repẽte dilapsa vt falleret spectatores, vel vbi cõspecta sit tãta illa & tã mira pegerit, & tãtorũ hoim ad meliora animos immutarit, & persuaserit demũ, vt tanq̃ iudiciũ subituri, omnia factitarent, q̃ deo essent accepta: quo inquã pacto qui imagine ten⁹ nomẽ sit iuxta Celsum sortitus, vel dęmones ipsos abegerit, vel alia pleraq; nil cõtemnẽda & fecerit sedulo & operetur, non locũ vnũ aliquẽ nactus, quẽadmodũ sui sub humana specie dii, sed vniuersum orbẽ puadens colligat & consciscat ad sui diuinitatẽ quoscũq; inuenerit ad viam rectiorẽ
G procliuiores? Exinde ad ea quę p nos sunt, vt licuit, explicata, rursum Celsus hęc infert. Et hi qdẽ adhuc sunt illud dicturi, Deũ se nosse quẽ sensu nõ capiãt. Quid eñ potest sine sensu perdisci? Moxq; ad hęc ipa respõdẽs sic inquit. Non eñ vel hois, vel animæ, sed carnis vox est. Sed audiãt isti, si qd audire forsitan q uerint, vt timidũ & corpori deditũ hoim genus: si enim sensu vos fateamini cõniuere & mẽte respicere, carnisq; oculos auertẽdo, qui aię sunt extulẽritis, his solũ deũ cõtẽplaturi vos estis: vel si animę hui⁹ ducẽ perquiritis, nebulones erunt, & magi, & idoloꝝ inductores vitã his: nec omino sitis vos irridẽdi, q alios quidẽ quos deos esse ostẽdim⁹, maledictis vt idola insectamini, & eũ q idolis ipsis est lõge miserior, sed ne idolum quidẽ, & aliq mortuum colitis, & partem quęritis huius persimilem. In primis quidẽ ad ea q̃ hic falso confinxit, quippe qui nobis haud secus dicenda q̃dam imponit ac ea dixerimus, de carnis resurrectione ducimus respondẽdum. Ei nanq;

qui personam loquẽtẽ inducit, in laudem cedit si consictę personæ cum mẽtem obseruat tũ mores: vitio autẽ datur, si verba, loquẽtis dignitati nil congruentia promat. Quinetiã &
H ęque erũt coarguendi, qui vbi personas inducũt loquẽtes, barbaris & ineruditis quibusdã & plane seruilib⁹, & qui philosophorum nõ modo dicta nusq; perceperint, sed hos potius improbent, naturę rationes explicandas ipo nũt: quas etsi ipsi vt fictores didicerit, haud tamen par fuerit vt ficta psona & rudior aliqua eas pernoscat: & cõtra si sapiẽtes introducantur qui & diuina percalleant, his ea iniũgãt dicenda, quę ex imperitiori animi quodam affectu a rudiorib⁹ depromant, & inscite pronuncient. Vnde Homerus, etsi cætera admiratione dignus videtur, tũc tamen præcipue cũ Heroum dignitatẽ seruarit, quos a principio itroduxisset loquẽtes, vt Nestorẽ, Vlyssem, Diomedem, Agamẽnonẽ, Telemachum, Penelopenq;, & huiusmodi Græcorũ cæteros principes. Euripides vero ab Aristophane carpitur & irridetur, quia intẽpestiue q̃dam protulerit: & q a frequẽtius ex philosophorũ decretis, vt Anaxagoræ & sapiẽtium aliorũ, dicta quædã vel barbaris mulierculis vel seruis narranda imposuisset. Si rãtũ itaq; virtutis vel vitii in personarũ introductione loquentiũ inerit: quo pacto nõ quispiam Celsum irriserit, q Christianis dicẽda ingesserit q̃ nusq; per Christianos sint pdita? Qz si rudioꝝ quorũdam hic verba confinxerit: vnde nam illis accesserit, vt rerũ sensa queãt sic internoscere, vt sensibilia ab intellectualibus secernẽdo diiudicẽt, & possint haud secus statuere ac Stoici faciũt, qui intellectuales substãtias tollũt: & plane decernere quẽadmodũ sensu haud dubie comprehẽdantur quęcũq; intelligunt, & animi conceptus oẽs ex sensu hoc ipo dependeãt? Nec secus erit hic irridẽdus, si philosophoꝝ quorũdã fuerit dicta cõmẽtus, quę ad Christũ attineãt enixe admodum conquirentiũ: nec his quidem consentanea adinuenerit. Siquidem eorum nemo qui deum inuisibilem esse didicerit, & eius opera esse nonnulla inuisibilia, hoc est quæ mente tãtum concipiantur, de his quæ resurrectionis sunt, responsurus, dixerit deum cognituros quãdoq; qui sensibus non eum perceperit, vel fieri posse vt sine sensu perdisci aliqd queat: nec solum hisce in rebus quæ & recõditę sunt, & paucis lectitatę, & his quidẽ studiosis & doctioribus, illud cõtingere affirmarit, sed in vulgatiorib⁹ quibusdam, vt sacris est proditum literis, inuisibilia dei a creatio-

ne mūdi creaturis intellecta videri. Ex qbus intelligi potest queadmodū vel in hac vita necesse fit hoīes ve a sensibus ordiant q̄ sensi bilia sunt, cū ad intellectualia sunt progres suri: haud tamē erit sensibilibus his isistēdū. Nec sine sensu qdē dicturi sunt homines, im possibile fore vt perdiscant quæ mēte & ani mo cōprehēdūtur. Qui vero illud vsurpent, Qui fieri potest vt sine sensu queat qs disce re: profecto coarguēt nō iure illud p Celsum huc in modū inferri: Nec hominis quidē nec
A animæ, sed carnis vox fuerit. Cū igitur deū inuisibilem illū & incorporeū, & mentē esse, vel mētē oēm & substantiam simul excedere affirmamus: haud quaq̄ id alterius gratia di cimus, nisi eius q ad huius sit mētis imaginē factus: & incorporeū deū nō alteri cuiq̄ asse uerabimus cōprehēsibilem esse & innotesce re, nisi ei q huius præse fe rū mētem, rū imagi nē ferat. Nūc enim, vt Pauli verbis vtar, per speculū & ænigma deum videmus: tūc vero facie ad faciem hūc sumus visuri. Enimuero vbi faciem dixerim, nil velim ex hac dictione vt mēte quispiā illam quæ ex ea significatur incuset, sed dicat in his q facie reuelata dei gloriā speculantur, & a claritate in claritatē in eādem transformant imaginē, haud quaq̄ intelligi faciē inesse sensibilē: sed tropologice sumi: queadmodū & oculos, & aures, & hu iusmodi alia, quę appellatione eadē tradūtur qua & corporis mēbra, vt supra ostēdimus. Et homo qdē, hoc est anima q̄ corpore vtit, & homo interior nūcupatur, vel anima ipsa respondet: nō tamē ea quę Celsus describit, sed q̄ dei vir ille docet Apostolus: carnis aūt voce nec Christianus qdē vtetur, qui didice rit spiritu opera carnis mortificare, & Iesu mortē cōtinēter corpore circūferre, eius di cti nihil ignarus: Mortificate membra vestra sup terrā: quid ve ex eo significet nō nescius: Nō pmanebit spiritus meus in hoībus his in æternū q̄a caro sunt: nec illud eū fugiat, qui caro sunt placere deo non posse: & idcirco oīa factitat ne de cętero ī carne hac maneat.
B Sed videamus quibusnam Celsus nos prouo cet argumētis, & cohortetur ab se tandē vti audiamus, queadmodū dei iu his assequi co gnitionē possimus quæ Christianorū nemi nem putae posse vt ab se tradita audire. Sed alioquin audiāt, inqt, si quid audire forsitan poterūt. At quænā lubet ex se vt ipsi audia mus intelligendū. Philosophus enim vir iste cum nos instruere velit cōuiciatur: cū enim in ipso dicēdi exordio erga auditores bene uolū se vt præferret oportuisset, longe aliter egit: hīs nāq̄ q aduſq̄ mortē perniciē subeūt ne vel voce tenus Christianā abiurēt religio nē, & hui⁹ gratia paratiores sint semp qduis supplicii perpeti, & mortis quouis genere af fici, formidolosum eē hominū gen⁹ obiecit. Ait præterea & genus esse nos hominū, qui
C corpori studeamus, vbi id astruxerimus: Etsi Christum olim secūdū carnem cognouimus nūc tamen nequaq̄ hunc recognoscimus. qd vtiq̄ criminandi gratia intulit, quippe q pro pietate & cultu tam prompte corpus expoui mus, vt nō tā facile sibi philosophus detra xerit pallium. Nos itaq̄ sic Celsus affatur. Si enim sensibus conniuēres, mēte vos estis con templaturi, & corporis oculos auertendo, ani mi attollitis oculos: sic dūtaxat deum visuri estis. & putat hęc sane quę sub duplici oculo rū specie dixit, vt a Græcis ipse desumpserit ita & apud nos neminem vnq̄ fuisse philoso phatū. Ad hæc vero sic duxerim respōdēdū: Moysen ipsum cū mundi creationē describe ret hominē introduxisse: qui auteq̄ dei iussa transgrederetur, alibi qdem videret, alibi mi nus, & vidisse tūc sane cum de muliere id di ceretur: Et vidit mulier q̄ bonū esset lignū ad vescēdū & pulchrū oculis: tūc vero haud quaq̄ vidisse, perinde atq̄ oculis captū, cum per serpentē fœminę diceret: Scit eīn deus q̄ in quocūq̄ die comederitis ex eo aperientur oculi vestri: nec secus & illud cū traditur. Et comederūt: & aperti sunt oculi ambo. Eo igit sensus oculi paruerūt, qbus oprime con niuerēt, ne curis distracti impedirent quo mi nus quieēt animę oculis contēplari: quos ve ro essene iterea nacti animi oculos cū perspi caciores, tū in deo & eius in paradiso iucun ditate affectos, crediderim eqdē ob peccata hos conniuisse. Vnde & noster ipse Saluator duplicem oculorum hanc speciem inesse no bis nihil ignarus, sic inqt: Propterea ego in hunc mundū veni vt non videntes videant, & videntes cęci fiant: arguens plane q nō vi derent animæ oculos esse, quibus verbum lu cem præstiterit: oculos vero sensibiles & si fa tis viderēt: idcirco verbum iam excæcauerit vt absq̄ vlla interpollatione & cura, anima ipsa q̄ videnda sunt, videat. Cuiusuis itaq̄ q Christianę sit religiōis sectator, animæ attol litur oculus & sensus submittitur: & p hac potioris oculi subleuatione & sensus luminū submissione, vel innotescit cuiq̄ deus, vel pla ne conspicitur: vnaq̄ & eius filius verbū, qd vtiq̄ cōstat & dei sapiētiam esse, & quæ eius sunt cętera præ se ferre. Celsus vero vbi hæc ita sunt conquisita, vt in Christianos omnes

dicta q̃dam obiiciẽdo intendit: quæ si ad eos haberet q a Christi doctrina alienos se penitus fateretur, accõmodatiora essent forsitan visa. Ophianos nanq; (vt supra meminim⁹) fuisse hos cõstat, q Iesum vtcũq; negauerint dei filiũ extitisse: vel alios quosq; q cũ his ea dẽ senserint, idola inducẽdo, fallaces quosdã & veneficos hoĩes. Hi siqdẽ sũt q fores afferuatiũ nomina & ieptias illas perdiscũt, quas
D ante cõmemorauimus. Frustra igit̃ Christianis id obiicit Celsus, cũ inqt: At saltem viræ huius ducẽ perquirite: Ophianos illos ptendẽs: Sunt eñ hi vobis vt deceptores & venefici & idolorũ introductores vitandi. Et cum nihil intelligat Ophianos hosce nõ min⁹ ac ipsemet Celsus, vt eiusdẽ secũ veneficii reos, & Iesum carpere, & cõuiciis insuper hui⁹ religionẽ insectari & cultũ: Ophianis hisce nos intermiscet, id inquiẽs. Et ne omino ridiculi sitis, alios quidẽ qui dii esse probantur velut idola q̃dam maledictis & probris vos insectamini: vestrũ vero deum vel idolis ipsis longe miseriorẽ, nec idolũ qdẽ sed plane demortuũ colitis, & patrem quęritis huius persimilem.
E Q; afit nesciat Celsus quid afferãt Christiani, quidve qui tales cõmenti sint fabulas, sed putet ea nobis inesse quæ Ophianis illis criminі dãtur, & ea insup quæ minus sentimus obiecerit: ex eo liquet, q in qb⁹ Ophiani illi fallunt̃ cũ mirabiles proferũt consultores, & verba illa dæmonica, quibus leonẽ cõpellãt, & q in terris virã degat, & aquis, siue q asini speciem pręferat, cæterosq; huiusmodi alios alloquant̃, ianitores quosdam & sacros, quorum nomina miserabiliter & calamitose perdiscant, & nos delirare inquiat Celsus, & dignos q culeo deniq; insuamur: nec sane intelligit eorum neminẽ fore quos illi vel asini habere speciẽ credũt, vel virã degere vtrobiq;, & deliramẽta huiusmodi cætera, qui adusq; mortem institerit vt veritatem sibi vel saltem visam tueretur: qd vtiq; pro præcipua quadã & excellenti erga deum pietate per nos facti tatur, ita vt cuiuis mortis generi corp⁹ hoc offeramus. Quocirca aculeo potius hi insuãtur, qui nihil huiusmodi patiunt̃, q̃ ipsi qui diuinũ ob cultum vel hoc ipso plerũq; insuimur: etsi alioquin Ophianorum fabulosum illud de leonis figura, deq; vtrobiq; viuẽtib⁹ & aliis similib⁹ deliramẽtis, nobis his exprobret. Nõ igitur Celsi ob grãtiã quæ de leonina hac specie & huiuscemodi cęteris tradita sunt, declinamus: nõ eñ vel a principio huiusmodi aliquid cõplexi nos sumus: sed Iesu doctrinã sectati, ea ipsi vt vera astruim⁹ quæ ab Ophianorum sunt dictis admodũ aliena: nihil assentiẽdo vel ea esse facie Michaelem, vel aliũ eorũ quos diximus quempiã. Intelli- F
gẽdum autem quosnam velit nos Celsus vt duces sectari, qui ducib⁹ nil careamus: & viris quidem cum priscis, tũ plane diuinis. Remittit nãq; nos ille ad diuinos quosdam (vt ipse affirmat) poetas, & sapientiores philosophos, cum hauddum tamen his coaptauerit & imposuerit nomina: & vbi duces se ostẽsurum promiserit, nihil definiendo decernit diuinos poetas & sapiẽtes hos eẽ philosophos. Q; si suo queq; nomine explicasset, vel conrẽdendum forsitan aduersus hunc non iniuria videretur, quia cęcos quosdam circa veritatem is nobis duces attulerit, vt demum fallamur, & si forte nõ penit⁹ excęcatos, circa nõ nulla tamen decreta veritatis deceptos. Orpheum deinde, siue Parmenidem, siue Empedoclem, siue Homerum ipsum, siue Hesiodũ, diuinos eẽ vult vates. Sed ostẽdat cui id forte libuerit, quo pacto melius longe incedant qui ducibus istis vtantur, & maiora aut capiãt vitę hi cõmoda, q̃ qui ob Iesu doctrinã, & statuas istas & simulacra reliquerint, & Iudęorum superstitione quauis posthabita, per dei verbum, patrem verbi deum contemplãdo obseruant. Verum quinam fuerint vel sapiẽtes hi, vel philosophi, a quibus audire velit nos Celsus & multa quidem atq; diuina, dei seruo posthabito Moyse, & eius prophetis qui vniuersa hæc fabricauit: haud dubie diuinitus tam multa vaticinãtibus, & deum insuper ipsum fatẽtibus humano generi illuxisse, iterq; diuini cultus monstrasse, & quantum in eo fuerit, neminẽ pręteriisse qui suorũ mysteriorũ non aliquid degustarit: ita vt pro excellenti eius benignitate, & erga humanũ genus charitate mirifica, quæ diuinarum rerum scientiam queat sapiẽtioribus elargiri, a terrenis hisce animos subleuãtẽ, vel imperitorum quorũdã, simpliciumq; fœmellarum seruorũq;, & eorum quib⁹ nemo hominũ pter Iesum opituletur, cõdescendere ad naturam & defecatiores habitus possit, vt quoad liceat rectius viuant, & hisce cum institutis, vt quæ de deo admittere animo potuerunt suscipiant. Porro Celsus ad Platonem philo G
sophũ, vt ad rerũ diuinarũ solertiorem magistrum nos reiicit: explicans quæ in suo ille Timęo hũc in modũ protulerat. Factorẽ igit̃ vniuersi huius parentẽq; & inuenire arduũ est, & qui eũ inuenerit, ad omnes vt hũc perferat impossibile. & paulo post. Videte vt cõquiratis cum rebus diuinitati sat congruen

tibus, tum veritatis & via. Et vt Plato sensit vt omnib⁹ p eā pateret īcessus, fieri nō poterat: quandoquidē subdit: Vbi vero compertum est sapiētibus viris vt de eo qui nomine vocitari nil queat, & summus sit, aliquid cōmentemur: qd eum vel ex compositione ad res alias quadā vel resolutione a cæteris, vel proportione demonstret: cum alias velit quē admodum is inexplicabilis sit edocere, Mirarer equidem inquiens si sequi poteritis qui omino sitis carne obducti, & nihil qd purius sit conspicemini. Ingeniose quidem & mirabiliter hæc protulit Plato: sed vide si nō longe humanius scriptiones sacrę deū induxerint, cum a principio hunc apud deū fuisse affirment, & deus verbū vt caro sit factus, vt devenire ad omnes verbū id posset: qd qui invenerit, ad omnes vt deferat impossibile esse Plato disseruit. Dicat itaq; Plato cōditorem illum & vniuersi parentem, inuētu difficilem esse & plane negociosum: impossibile arguēs fore humanę naturæ, vt deū pro eius dignitate inueniat: & si min⁹ forte pro dignitate: at saltem & magnam in partem & præter cæteros omnes inuenerit. Qd vtiq; si verum fuisset, & iu vero deus a Platone vel a Gręcorū alio quouis esset inuentus: haud quaq̄ hunc prӕter alium colerent, vel deum vocarēt, vel adorassent: neq; eo posthabito qui vniuersa cōdiderit, & cōdita moderetur & regat, alia quædam hi suscepissent, quę minus essent in
A tanto Deo cuiq̄ admittēda. Nos vero ita statuimus: humanam naturam haud quaq̄ satis posse vtcūq; deū cōquirere, & pure hunc invenire, si nihil ei opituletur qui quęritur: & inueniri quidem ab iis, qui vbi fecerint qd sui erat officii, fatebūtur eo se indigere: qui his spectandū se præbet, a quibus merito iudicarit spectari se posse, & vti suapte natura est. Deus quidē homini vt innotescat decernimus: hominis autem anima adhuc in corpore constituta Dei vt habeat notionem. Cęterum etsi Plato affirmet qui Deum inuenerit nil posse rerum omniū conditorem parētēq; omnibus explicare, ineffabilem tamen & sine nomine esse nou eū fatetur, sed posse, cū nomine explicetur, & sermonibus p̄nūciari.
B Deinde Celsus tanq̄ eorum oblitus quæ ex Platonis dictis pduxerat, ex his ipsis vel nomine carere Deum confirmat. Platonis vero hæc sunt. Vbi vero compertum est sapientibus viris vt de eo qui nomine explicari non potest & summus est, aliquid commentemur & huiusmodi cætera. Nos vero non solum Deū ineffabilem esse astruimus, sed post deū & alia pleraq;, quæ Paulus significare conatus sic ingt: Audiui arcana verba q̄ nō licet homini loqui: audiui vsus, p percepi: qd vtiq; simile est euāgelico dicto: Qui habet aures audiēdi audiat. Factorē itaq; illum vniuersi parentē, spectandum esse nos dicimus. Videt autem Deus, & aliis dum visitur innotescit, non modo iuxta propheticum illud, Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt: sed iuxta illud præterea, quod est per inuisibilis Dei imaginem pronūciatum: Qui videt me, videt & patrem qui me misit: qd vtiq; nemo qui mentis sit compos, quoq̄ pacto fatebitur Iesum hæc idcirco dixisse: quia ad corpus suum sensibile illud & humanis oculis patēs retulerit. Licuisset eī hoc modo vel importunius obstrepentibus Iudæis & idētidē clamitantibus Crucifige, & patrem spectare: & Pilatus item hunc ipsum vidisset, vt qui in Christi humanitatem acceperat potestatem: qd plane absurdius est. Q; autem illud: Qui C videt me, videt & patrem: nou ad cōmunem sensum refertur: ex eo liquet qd Philippo sic dicitur, Tanto tēpore vobiscum sum, & non cognouisti me Philippe: si dixisse id modo videtur roganti illi: Ostende nobis patrem & sufficit nobis. Qui vero perceperit quēadmodum illud sit de vnigenito Dei filio sapiēdū qd legitur, vt primogenito omnis creaturæ, quoad Verbum factum est caro, profecto inuisibilis Dei imaginem viderit vt patrem sit insuper cogniturus omnium conditorem. Celsus igitur siue ex cōpositione quadam ad D alia, quę geometricę illi cōpositioni æqua portione respondeat, siue vtcūq; vt Dei cognitio habeatur in promptu esse existimauerit, si forte boni aliqd sic facile possit accedere: at dei verbū id ingt, Nemo cognouit patrem nisi filius, & cui filius reuelauerit: gratia, scilicet diuina quadā, & nisi diuinitus nō animę ipsi immissa. Quin & diuino quodam instinctu de Deo haberi posse cognitionē decernit. Par eī fuerit, vt dei illa cognitio longe superior sit, q̄ vt ab humana possit natura cōprehēdi: & idcirco rā multi apud mortalium genus varia sentiētium extāt de Deo errores. Quinetiā bonitate de Dei & benignitate, B & gratia mirāda insuper quadā & diuina, huius diuinitatis cognitionē vel ad eos pertingere non iniquū videbitur, qui diuina prius fuerint prӕscientia occupati, vt in posterum sint pro eius q cognitus est dignitate victuri: nullo pacto quē semel exceperint erga hūc, cultū & pietatem adulterātes: ita vt nec vel ab his qdē in viā quæ ducit ad mors

tem impingantur quādoqꝫ, vel forte irrideā-
tur, q̄ & pietatem hanc & cultum ignorent,
& quiduis potius hāc esse emētiantur, q̄ q̄d
in vero sit pietas dixerint. Ipse vero deū exi-
stimauerim, vbi eorum conspexerat insolen-
tiam qui ceteros aspernando in dei cognitio
ne hac insolescerent, & sua plurimi facerent,
pinde ac a philosophis diuina pdidicissent,
cum alioquin nil secus ac rudissimi quiqꝫ ad
simulacra illa deorū & templa & celebriora
quędam apud eos mysteria ducerentur: stul
ta mūdi hęc elegisse, hoc est Christianorum
quosqꝫ miræ simplicitatis, qui lōge modesti⁹
q̄ philosophi ipsi & purius viuerēt, vt sapiē
tes confunderet nil veritos inanimata quędā
& cōmētitiorum deorum imagines vt Deos
F affari. Quis enim non irrideat, qui vbi tanta
& tam multa de diuinitate disseruisset, simu
lacris aut interior sit, aut supplicet: vel ex si-
mulacrorum istorum aspectu, ad eū transcen
dendum esse imaginetur, quem mente & co-
gitatione conceperit? Christianus vero, etsi
imperitior, quēuis mundi locum Dei templi
totius partem esse crediderit: q̄ vbiqꝫ terra-
rum sit, & quouis in loco, & vbi sensibiles, in
ter precandum conniuendo summiserit ocu
los, & animæ deinceps sustulerit lumina, mū
dum omnē superinscēdit: nec super cęli axem
innititur, sed ad supercęlestia loca illa, mente
& cogitatione prouehitur, sancto spiritu du
ctus: & veluti extra hunc mundi orbem ela-
tus, submittit ad deum nec pro exiguis qui-
dem rebus & preces. quippe qui ex deo didi-
cerit nihil exile, hoc est nil q̄d sensibile sit fla
gitare, sed grandiora dūtaxat quædam & ve
re diuina, & quæcunqꝫ sint per deum & eius
filium verbum, qui & deus sit, contributa: &
ad eam ineffabilem beatitudinem quæ apud se
G sit, demum contulerint. Sed videamus & ea
quę Celsus se pollicetur nos instructurum, si
sequi forsitan illa licuerit: in quibus nos pla-
ne affirmat carne prorsus & cōstringi, & col
ligari: qua proculdubio soluimur, si pro Iesu
doctrina & vitā duxerim⁹, his Pauli dictis:
Non in carne estis, sed in spiritu, si spiritus
dei i vobis inhabitat. Ait præterea nihil nos
quod purius sit intueri, qui enixius adnita-
mur ne vel cogitatione tenus vitiorū inqui-
nemur suggestione, quiue inter vota & pre-
ces id deposcamus: Cor mundum crea in me
deus, & spiritum rectū innoua in visceribus
meis: vt corde duntaxat hoc puriore, & sua
pte natura deū spectāte, hunc cōtemplemur.
Celsi vero hęc sunt. Substantia quidem & ge
neratio & mente percipi possunt & visu cō-
plecti: cum substātia veritas, cum generatio
ne vero error & falsitas. Circa veritatem igi
tur sciētia, circa alterutrum opinatio. Et sa-
ne intellectio, eius est q̄d intelligibile fuerit:
visus vero q̄d visibile sit. Quod intellectuale
est autis nouit, visibile ocul⁹. Q̄d igitur fue
rit in visibilib⁹ sol, qui vtiqꝫ nec visus quidē
nec oculus est, sed oculo videndi causam prę
bet, & visui vt per se cōstet, & visibilibus vt
videātur, & sensibilibus omnibus vt generē-
tur, non tamē ipse sibi vt videatur est causa:
Id ipsum erit in intellectualibus oculus, q̄ ne
q̄ mens sit, nec intellectio, neqꝫ sciētia, sed mē
ti quidem vt intelligat causa, & intellectioni
vt per se constet, & scientiæ vt per se noscat,
& item intellectualibus cæteris: & veritas q-
dem hęc fuerit, & ea substantia, vt supra cæ-
tera sit ineffabili quadā virtute itelligibilis.
Hęc sane hominibus prodita sunt qui mētis
sint compotes: q̄ si quid ex his & ipsi tenetis
recte vobiscum agitur. Nec secus & si spūm
quēpiam diuina afferre mandata asseritis, is
profecto futurus spiritus est qui huiusmodi
prędicet, quo prisci quōdam pleni iam & im
buti, & multa quidē & rectiora denūciarūt:
quæ si audire vobis minus licuerit, cōticesci
te, & vestras ineptias occultate: nec eos q̄ vi-
dent cęcos dixeritis, nec claudos esse qui cur
rūt: quando quidē ipsi debilitati prorsus ani
mo sitis, & mutilati, & corpore ī ipso, hoc est
in demortuo, vitam hanc ducere videamini.
Nos vero q̄ nihil eoꝝ quę p hos rectius for- H
sitan proferanť qui a Christi fide sunt alieni,
ne contentiose agere videamur, quoq̄ pacto
vel repudiāda vel infectāda cēsuim⁹: dicturi
ad Celsi obiecta hęc sumus, quemadmodum
cauēdū ei maxime sit qui cōuiciari his velit
quibus id animo sedeat, vt erga cunctoꝝ prę
fidem deum se pios pro viribus prestent: qui
vt imperitoꝝ in se suscipit fidem, ita & sapiē
rium cum ratione cultum: seqꝫ vt omniū cō
ditorē pcantiū, & summittentiū vt per pon-
tificem vota, qui mortalibus ipsis integerri-
mum colendi genus detulerit: ne eos animo
dicat debilitatos & mācos, & corpore hoc ī
demortuo viuere, qui ex animi affectu fari il
lud didicerint: In carne viuētes non secundū
carnem militam⁹: arma enim militiæ nostræ
nō sunt carnalia sed fortia deo. Nec secus q-
dam vt caueāt velim, ne cū alios vt deo sup
plices carpunt, suas animas & claudicātes iā
reddāt, & interiorē suimet hominē mutilēt:
& in semetipsis, cum alios maledictis incesse
rint, qui vitam hāc degere rectius velint, de
coris illud pręcidāt & moderātię, q̄d natura

est per conditoreȇ ipm rationali cuiq̃ inditũ. Qui vero ad cetera ex diuina doctrina & dixerint illud & factitarint, vt maledicentibus benedicto respõdeãt, & quas subierint persecutiones vt tolerẽt, & pro se blasphemantibus orẽt, proculdubio eorũ ex numero sunt futuri qui animæ dirigũt gressus, eãq̃ & puegẽt, & reddant puriorẽ: non modo vt dictis dũtaxat substantiã a generatione seiungãt, & a visibili qd mẽte percipitur, vel substãtiæ ipsi veritatẽ conectãt, cum generatione vero errorẽ quouis modo defugiãt: cõsiderãtes nõ ea quę generationis sunt sese fuisse edoctos, quandoquidẽ cũ visibilia sint, idcirco & breuia, sed q̃ his lõge sunt potiora: siue substantiã ista qs dixerit: siue qa intelligibilia sint, & videri nõ possint, siue qa extra sensum sit

A eorum natura, inuisibilia nuncupẽt. Sic præterea & his quæ ad generationẽ attinẽt intẽderint animũ Iesu discipuli, vt pinde ac fundamẽto quodam his ipsis vtãtur ad percipiẽdam intelligibiliũ rerũ naturã. Nam inuisibilia dei a mundi creatione, hoc est intelligibilia quę creaturis innotuerũt, dum intelligũtur spectãtur: neq̃ perstãt quidẽ in inuisibilibus Dei, vbi ad ea ex hac mundi & creatarũ rerum structura animo agitata deniq̃ prouehũtur: sed satis iam in diuinis illis exercitati & plane inuisibilibus, ad sempiternã dei tendẽ scẽdũt potẽtiã, & ipsius intelligunt diuinitatem, & quemadmodũ clemẽtior deus vt veritatẽ: ita & sui cognitionẽ aperuit: neq̃ his modo qui sibi adhæserunt, sed plerisq̃ aliis q̃ extra diuinũ illum & integrũ cultũ & erga se pietatẽ iã prestitissent. Quidã vero dei prouidẽtia quadã cũ ad tãtarũ rerum cognitionem euaserint: nil tamẽ agendo qd eam deceat notionẽ, impie agũt, & veritatẽ in iniustitia detinẽt: cum interea excusationis locũ in tantarũ rerum magnitudine pernoscẽda, apud deũ habere adhuc hi minime queant. His igitur qui & Celsi dicta suscipiunt, & p decretis huiusmodi philosophari se profitẽtur, sacræ literæ testimonio sunt: quẽadmodum et si deum nouissent, non tamen vt deũ glorificarint, vel ei gratias egerint: sed in cogitatibus suis euanuerũt, & obscuratum est insipiẽs cor eorũ. Et sane post tantũ sciẽtię & earũ rerũ splẽdorẽ quas deus his reuelasset, obscuratũ est, & plane coercitum istorũ cor

B illud insipiẽs. Spectare itaq̃ licet quemadmodũ qui se dixerint sapiẽtes: maioris cuiusdam stultitię prę se iã tulerint argumẽta: quando quidẽ q̃ tã multa in scholis de deo ac tanta, deq̃ rebus cogitatione & mente perceptis edisseruerãt, incorruptibilis dei mox gloriã in corruptibilis hoĩs volatiliũq̃ & quadrupedũ serpẽtiũq̃ similitudinẽ cõmutarunt: vnde a dei sunt prouidẽtia destituti: vt qui pro eorũ dignitate nõ viuerẽt, q̃ deus illis aperuisset, in suorũ cordiũ cõcupiscẽtiis voluẽtur & immunditia, & sua vt corpora afficiant contumeliis & ignominię passionibus & flagitiis, q̃ a principio dei veritatẽ in mẽdaciũ mutauerũt, coluerũtq̃ & seruierũt creaturæ potius q̃ creatori. Nostri vero per Celsum ex imperitia abiectiores quidã & stolidi & seruiles iam vocitati, vel si parũ per se Deo crediderint, suscepta Iesu iam disciplina tãtum absunt a flagitio & immũditia, & quauis concubitus fœditate, vt haud secus ac perfectiores sacerdotes nõnulli quẽuis coitum auersentur: ita vt vel in cælibatu ex his qdã oĩno pmaneãt, ne dixerim vt a quouis venereo cõgressu abstineant: cũ vnus nescio qs apud Athenienses Hierophantes inuentus sit, qui vbi nec suas & viriles cõcupiscẽtias continere sit reditus potuisse, atq̃ puincere, quoad huic libuisset genitalibus medicatis pcasto sit & cęlibe habitus, & q̃ idoneus fuerit ad Atheniensiũ sacra legitima pcurãda. Inter christianos vero spectari poterũt viri, qbus vt pure curent diuina: nulla est opus medela: quãdoquidẽ rationis sat habeãt in medelã: vt quoduis concupiscẽtię genus ex animo abigãt: sic deũ viri pcibus colũt. Apud alios preterea virgines sunt, q̃ vt puriores se erga diuinũ numẽ exhibeãt, vreũ virorũ custodia asseruent nec ne nil operęprecciũ sit explicasse: nõ enĩ ppositũ est nũc ista disqrere. At inter Christianę sectatores religionis, nõ vt honores ab hominib' vẽdicẽt mulierculæ, nec pecuniarũ vel glorię ductę cupiditate sese ad castitatẽ exercẽt, sed ita vt quẽadmodũ probauerũt deum habere in cognitionẽ, a deo in mẽte pbata seruẽtur, & omni iustitia impleantur & bonitate: vt faciant quæ maxime decent. Hæc autẽ dixerim C non vt contẽdendo his aduersarer, quę recte forsitan Gręcis sunt adinuẽta: nec vt eorum decreta carperem saniora, siue perinde ostendere velim his lõge maiora diuinioraq̃ prophetas dixisse, & Iesu apostolos idẽtidẽ confirmasse, & per eos perquiri q̃ velint Christi fidem seruare, & appeime dictum id teneãt, Os iusti meditabitur sapiẽtiã: & lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipsi': sed illud plane vt patefaciã, indoctis plerisq̃ & rudioribus probiorẽ quãdã inesse simplicitatẽ, quã vtiq̃ nonnulli qui se sapiẽtes esse fatentur, dũ minus suscipiunt, cũ pueris qui

buſcum diuerſari haudquaq̃ fas eſt, turpiter
volutarur, ita vt maſculi in maſculos turpi-
tudinem operent. Celſus vero nõdũ aperuit
quemadmodũ cũ generatione ſit error: neq̃
qđ animo inerat demonſtrauit, vt ſua vbi cũ
D noſtris his cõtulerimus, ꝑnoſcamus. Prophe
tę autẽ cũ ea quę generationis ſunt ꝑferunt,
prudentius offerri pro peccatis ſacrificiũ di
cũt, & pro recentius natis, quia minime ſint
omnino peccati expertes. Dauid eñ ſic inqt,
Ecce eñ in iniqtatibꝰ cõceptus ſum, & ĩ pec-
catis cõcepit me mater mea. & alibi, Alienati
ſunt peccatores a vulua. & illud mirifice, Er
rauerũt ab vtero. Quo ſit vt ſenſibiliũ omnẽ
iuxta nos ſapientes iſti criminent naturã, &
ita vt alibi vanitatis nomẽ ſortita ſint corpo
ra, vt illud, Vanitati. n. creatura ſubiecta eſt
nolens, ſed ꝑpter eũ q ſubiecit in ſpe. & alibi,
Vanitas vanitatũ, dixit Eccleſiaſtes, & oĩa va
nitas. Alius vero ſic carpſit hoĩm ĩ terris vi-
tã: Sed oĩa vanitas, oĩs homo viuens. Nõ eñ
de vitæ hic differẽtia ambigebat, quã anima
ducat ĩ terris, vel extra terras haſegerit: nec
ſane id dixit, Si eñ nouit verũ viuere mors
ſit, & mori vita, vt Plato: ſed cõſidẽtius vera
ille profat, Humiliata eſt in puluere anima
mea, & ĩ puluerẽ mortis deduxiſti me. quem
admodũ & Pauli illud, Quis me liberabit de
corpore mortis huiꝰ? nec ſecus & illud, Qui
transformabit corpus humilitatis noſtræ. &
alius item propheta quidam, Humiliaſti nos
in loco afflictionis: locũ terreſtrem hũc dicẽs
ad quẽ e paradiſo ob nequitiã & præuarica-
tionem eiectꝰ Adam, hoc eſt homo, deuenit.
& illud. Videmus adhuc ꝑ ſpeculum in æni-
gmate, tunc vero facie ad faciẽ. & peregrinã-
tes ĩ corpore peregrinamur a deo: propterea
ꝓbamus exire de corpore & migrare ad do-
E minũ. Aduerte quanta de vitæ & animarum
diſcrimine ſint cõtẽplatione percepta. Sed qđ
fuerit neceſſe vt tam multis Celſi nũc dictis
occurrã, perinde ac iãpridẽ hæc fuerint apđ
nos tradita: qñ ex his quæ protulimus, ſatis
iã pateat quid nos ſentiamꝰ? Proxime autem
Celſus id dixerit, Quo pacto diuinus ſpiritꝰ
ille deſcẽdens, ex deo diuina denunciat? Hic
ſane ſpiritꝰ fuerit, vt ipſemet intulit hæc ipſa
denũcians, quo priſci illi imbuti refertiq̃ per
multa quidẽ & rectiora pręcinerent, nil tamẽ
eoꝝ hic diſcrimen peruidit, quę noſtris ſunt
notiora, illud tradẽtibꝰ, Incorruptibilis tuus
in oĩbus ſpiritꝰ eſt, propterea cadẽtes paula-
tim arguit deus. & illud, Accipite ſpiritũ ſan
ctũ. qđ vtiq̃ muneris quãtitatẽ aliã præfert,
q̃ ea ſit quę ex dictis hiſce deinceps exprimit,
Baptizabimini in ſpiritu ſancto nõ poſt mul
tos hos dies. Opus igitur eſt vt q diligẽtius
hæc intellexerit, eorum & differẽtias noſcat
quę ex longioribus interuallis breuẽ dei ſen-
tẽtiã capiant, & veritatis conceptũ, & aliorũ
qui & imbuebant diuinitus, & cũ deo verſa-
bant aſſiduo, & diuino ſpiritu ducebant. Qđ
vtiq̃ ſi Celſus peruestigaſſet, & iueſtigatum
intellexiſſet: haudquaq̃ nos arguiſſet iſcitię,
neq̃ iuſſiſſet quo minus cęcitate captos hos
diceremus, qui ex hominũ artificio, qđ vtiq̃
e terra & materia cõſtat, ſimulacris his fabre
factis diuinũ præferri cultũ exiſtimãt. Nemo
eñ qui animę oculis contempletur, Deũ alio
modo coluerit q̃ eo qui & vacãdũ ſemꝑ rerũ
cõditori eſſe oſtendit, & illi ſedulo ſupplicã-
dũ: & cũcta eſſe ſic peragenda, ac in eius con
ſpectu aſſiſteret, qui vel cogitationũ adſit no
ſtrarum ſpectator. Precandũ igitur nobis vt
videamus, & cæcoꝝ vt efficiamur rãdiu du-
ctores, quoadusq̃ ad dei doctrinam peruene
rint, & ſuarũ animarũ recipiant lumen igno
rantia excęcatũ. Qꝫ ſi digna quędã eo feceri-
mus q diſcipulis dixit, Vos eſtis lux mundi:
& ſacra doctrina, quę illud nos edocet, Et lu
men in tenebris lucet: profecto & lux eoꝝ ſu
mus futuri, qui in obſcuro & in tenebris di-
uerſantur, & item erudituri vt inſipiẽtes, &
inſtructuri infantes. Sed nil ęgre tulerit Cel-
ſus vbi & eos claudos dicimꝰ, & aĩæ greſſus
(vt ita dixerim) obcæcatos, q ad eorũ legiti-
ma ſacra haud ſecus accedunt atq̃ ad vera q̃
dam & certiora iter accelerarent: cũ interea
minus aduertant nullũ vel nebulonũ vel ſce
leratoꝝ hominũ opus, eſſe ſanctũ poſſe. Cur
rũt autem iuxta Ieſu doctrinã veri cultores,
quoad vię tãdẽ finem adepti, vero quodã &
ſaniori affectu hęc proferãt: Bonũ certamen
certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui,
de cætero repoſita ẽ mihi corona iuſtitię. Et
ſane noſtrũ qſq̃ ſic haud dubie currit, vt nõ
in incertũ decurrat: & ſic itẽ aduerſus vitia
certat, vt nõ aerẽ ipm diuerberet, ſed eos af-
fligat qui ſub principe ſunt poteſtatis aereæ F
qui nũc operatur in diffidẽtię filiis. Dicat iã
Celſus corpore nos ĩ demortuo viuere, q id
audimꝰ: Qui ſecũdũ carnẽ viuitis moriemi-
ni: ſi vero ſpiritu opera carnis mortificabitis
viuetis: & illud didicimus, Si ſpiritu viuimꝰ
ſpiritu & ambulemus: ſi ex rebꝰ ipſis qđ inqt
oſtẽdere poteſt, & mẽdacii eum arguere, qui
illud de nobis protulerit, quemadmodũ ſit ĩ
corpore mortificato viuẽdum. Exinde ad ea
Celſus qbus vt licuit iã ipſi occurrimus, nos
ita affando ſubiũgit. Quãto aũt vobis longe G

plurimũ profuiſſet, ſi noua quædam inducere
inceſſiſſet cupido animũ, vt in aliũ quępiam
q ſtrenue obiiſſet, vel in eos qui ad ſuſcipiēdā
diuinā de ſe fabulā accōmodatiores fuiſſent,
id ſtudii cōtuliſſetis! Age vt ita dixerim, ſi mi
nus vel Hercules vel Aeſculapius placuiſſent,
vel quos olim extulit ad cælũ fama: Orpheus
tñ erat in promptu, vir ſane & ſanctiore ſpi-
ritu vſus, & ipſe violēta nece affectus. Sed de
hoc forte alii ꝑdixerũt. At Anaxarchũ habe-
tis, qui in vrnā coniectus lapideā, & iniuſtiſſi
me ī ea attritus, illatos egregie cruciatus cō-
tēpſerit. Quid ni? qui inter tormenta ſic dice-
ret: Tunde tunde Anaxarchi vtrē, ipſm vero
haudquaq̄ tutuderis. Diuini ſpiritꝰ profecto
vox illa. Sed hũc & alii ſunt eiuſdē conſtãtiæ
ſubſecuti philoſophi, inter quos & Epictetus
extitit, cuius herus cũ ei tibiā intorſiſſet, ſub-
ridēs & plane interritus, ꝑfringito inquit. At
illo frangente, nōne ꝑdixerā ait te hãc perfra-
cturũ! Quid vnq̄ huiuſmodi veſter deꝰ dũ pœ
nis afficeret effatus eſt! At Sibyllam cuius di
ctis veſtroꝝ nōnulli vtuntur, vt dei filiā, huic
ſaltem ꝓtuliſſetis: nũc vero ſcribēdo intermi-
ſcere fruſtra vobis licuerit huiꝰ ſcriptis ꝑmul
ta cũ praua, tum & maledica. At eũ qui & vi-
ta fuerit turpiſſima & morte miſerrima vſus,
deũ eſſe decernitis: quãto hoc vobis Ionas il-
le ex ceti ventre ad diuinitatē ſuſcipiendā ac-
commodatior fuerat, vel ex beſtiis Daniel, vel
alii quidā q longe magis portētifica fecerint!
A At velim equidem vbi ad Herculem nos Cel-
ſus remittit, illius ſaltem dictoꝝ proferat mo
nimenta, vel de ipſius indecora & turpi apud
Omphalen ſeruitute reſpondeat: oſtendatq̃
verũ hic eſſet diuinis honoribꝰ dignus, q ſoli
ta violētia & prędonis in morem eius bouem
ſurripuiſſet q agrũ tunc coleret: quē iā depa-
ſtus & optime epulatus, tā lętior audiret quę
in ſe epulãtem execrabiliter miſer ille cōuicia
effudiſſet: vt illud ſit vel hiſtoriæ proditum
Herculis numen cũ imprecationibus & male-
dictis recipere ſacrificia. Nos pręterea prouo-
cat vt de Aeſculapio eadē repetamus q̄ antea
diximus: ſed nos contēti his ſumus. Verũ qd
ille ex Orphei demiratꝰ operibus, pro indubi
tato affirmat hunc & ſanctiore ſpiritu vſum
& recte vixiſſe! Sed miror equidē cur idem vt
nobiſcũ contēdat, & Ieſum extenuet, non Or-
pheũ extollit: vbi vero & huiꝰ legerit de diis
impias fabulas, nō eius opera auerſet, vtq̃ lon
ge potius ſint digniora, q̄ Homeri ſcripta, vt
ex optima republica propulſentur: quippe qui
longe peiora de diis, q̄ Homerus ipſe protule
rit. Strenuus itaq̃ Anaxarchus iſte videt qui
Ariſtocreonti Cypri tyrãno inter tormēta id
dixerit: Tunde tunde Anaxarchi vtrē. Id vnũ
in Anaxarcho mirandũ Græci intellexerunt,
quo etſi cæteri, vt Celſus exiſtimat, ob virtu-
tem merito colendũ eſſe vel hoiem ducerent,
haudquaq̄ tñ par foret vt idcirco Anaxarchũ
deũ quis dixerit. Moxq̃ ad Epictetũ nos quē-
dā traducit, admiratus huius ingenue dictũ:
nō tñ eſꝰ vt verba cũ tibia ipſi infringeret cũ
mirabilibꝰ poſſint Ieſu dictis cōferri: q̄uis nil
fidei his ꝓbeat Celſus qa diuina virtute ſunt
edita, & ad id tēporis non modo ſimpliciores
quoſdā ad rectiora cōuerterint, ſed & ſapiētes
q̄plurimos. Sed vbi poſt tantorũ viroꝝ expli B
catũ iam numerũ inquiat: Quidnā iſtiuſmodi
veſter hic deus inter ſupplicia & pœnas ꝑtu-
lerit! dicturi ad ea nos ſumus: in plagis Ieſum
& verberibꝰ cōticēdo, etſi inter Gręcos cęteri
in vitæ diſcrimine obloquunt, alioqn maiorē
longe cũ fortitudinē, tũ patiētiā Ieſum præ ſe
tuliſſe: ſi modo credere his Celſus velit quę a
veridicis ſunt literis ꝓdita, q de Ieſu miranda
nil falſo diſſeruerũt: & hęc inter & cōticentiā
ſimul cōnumerarũt: quā dũ plagis afflictaret
ſeruaſſet: vtq̃ coccinea dum veſte indueret, &
ſpineā capiti impoſitā geſtaret coronā, & pro
regio ſceptro ī manu calamũ accepiſſet, ſum-
ma quadā ſit manſuetudine vſus, dũ nihil in-
terea vel moleſtũ in eos ꝓferret, q tãta hęc in
ſe auderēt. Nō igit q præ tolerãtia inter ver-
bera ſubticeret, & pro ſua manſuetudine oīa
ſuſtineret q̄ ſibi ab illudētibus inferrētur: dici
pōt ex vilitate (vt putãt nōnulli) animi cōti-
giſſe, nec illud qdē cũ diceret: Pater ſi fieri po
teſt, trãſeat a me calix iſte: ſed nō qđ ego volo
ſed qđ tu. Habet itaq̃ apparens illud calicis
ſubterfugiũ rationē, quā & ī aliis abunde iam
cōquiſitā reddidimꝰ: ſed vt ſimpliciꝰ dictũ il-
lud audiamꝰ, aduerte vt erga deũ cũ pietate
tñ a quouis ꝓferri ea ꝑcatio poſſit: q nullũ ꝓ-
cedere putet periculũ, ſed id ferat aīo æquio-
re qđ primũ acciderit, vbi ad id tēpus iā euo
cet: nec ſane ꝑmittētis erat vox illa, ſed eiꝰ po
tiꝰ q̄ ex his q̄ occurrerēt: ꝓinde ac ſi oblectare
tur, & duceret potiora q̄ ex ꝓuidētia imine-
rēt diſcrimina, vox illa erat q̄ diceret: Nō qđ
ego volo, ſed quod tu. Dein neſcio quo pacto C
hic voluit vt Sibyllā potiꝰ dei filiā diceremꝰ,
q̄ Ieſum: decernēs vel huiꝰ ſcriptis adſcripſiſ-
ſe nos multa & maledictis referta, tametſi mi
nus oſtēderit quænā eſſent quæ ipſi aſcripſi-
mus. Qꝫ ſi ea mōſtraret, ꝑfecto vetuſta illa &
puriora ꝓtulerit, q̄ minꝰ haberēt q̄ ipſe putat
fuiſſe adſcripta, cũ alioquin nec ea oſtēderit,
nec īpietatis arguerit. Rurſum nō ſecũdo vel

tertio, sed sæpius Iesu vitã turpissimã dixit, cũ nihil ĩterea singulis improbãdis insistat, q̃ vel in vita egerit Iesus, vel q̃ vt turpissime facta sint habita: vt hęc forsitan cõfirmãdo appareat nõ de incertioribus q̃busdã decernere,
D nec ei cõiciari quę nesciat. Si eñ vitę turpissimę species ex operib⁹ is explicasset, q̃ in Iesu fuisse forsitan viderent: ad ea nos refutãda cõtenderemus q̃ per hunc fuissent p̃ turpissimis iudicata. Quod eñ de Iesu iã dixerat, q̃ morte esset miserrima vsus: vel dici de Socrate potest & Anaxarcho, quorũ paulo ante hic meminit, & innumeris aliis. Aut eñ, inquit, Iesu mors dicetur miserrima, istorum vero haud quaq̃ hmõi: aut nõ eorũdẽ miserrima, Iesu vero miserrima. Vides igitur quẽadmodũ vel hoc loco voluerit Celsus aduersus Iesum cõcedere, & vt arbitror, spiritu aliquo percitus quẽ Iesus iã perdidisset, ne de cætero nidores haberet & sanguinẽ, q̃bus iã fotus fallebat q̃ in simulacris deũ cõquirerẽt, nec verum deũ
E respicerẽt, q cũctis p̃sidet rebus. Cæterũ vt is qui finẽ libro iã facere proposuisset, malebat Ionã deũ q̃ Iesum nos ducere, quẽ etsi in Niniue ciuitate & sola pœnitẽtiam p̃dicasset, Iesu ipsi præponit, cuius p̃dicatio terrarũ orbẽ puaserit, & res gestę sint longe maiores q̃ Ionæ facta, q̃ vnq̃ gessisset: & qa mirabiliter in ceti vẽtre tertiũ iã diẽ egisset, placuit vt deũ appellaremus: at eũ qui humani generis gratia mortem susceperit, haudquaq̃ libuit vt ob tertũ cęlo terraq̃ gestarũ magnitudinem, post deũ oĩm cõditorẽ, duplici dignaret honore, vt quẽ deus ipse prophetarũ ex vaticiniis & suo testimonio cõprobasset. Et Ionas quidem eũ iniũcta sibi pro dei arbitrio nõ prędicaret, a ceto absorptus est: at Iesus vbi ea edocuisset quæ deo collibuissent, pro hominib⁹ mortem suscepit. Ait prętera Danielẽ poti⁹ a leonib⁹ vbi se retulisset, adorãdum fuisse q̃ Iesum, qui cuiusuis feritatẽ obsistẽtis potẽtię conculcasset, & nobis sup serpẽtes & scorpios, & cuiusuis inimici virtutẽ, ambulãdi fecerit potestatẽ, & cũ nihil ei reliquũ eẽt qđ diceret, Vel si his alii magis portẽtifici fuerint, adiecit, vt simul Danielẽ & Ionã carperet: quãdoquidem sp̃us sibi inesset qui iustis b̃ndicere ignoraret.
F Sed videamus q̃ subsequẽtes & hũc in modũ is inferat. Est p̃terea & his aliud quiddã inisiciũ, nil esse in eũ q iniuriã fecerit vindicãdũ: vel si quis, ingr, tibi maxillã pcusserit, alteram exhibe: priscũ sane id, & olim iã dictũ, ab his tñ rudius cõmemoratũ. Nam & a Platone Socrates introducit cũ Critone sic disputãs. Nõ igit inferenda iniuria est! nec sane oportet vt iniuriã referat qui sit affectus iniuria, vt multi existimãt. Cũ itaq̃ haudquaq̃ videat inferẽda iniuria, quid ergo! nũ mala sunt ingerẽda o Critõ, an mĩme! Nequaq̃ o Socrates. Quid autẽ! Nũ etsi mala p eũ referãtur q sit ea p̃pessus, equũ ne an iniquum id duxeris! Nequaq̃: nam & hoĩes malo afficere, haud secus se habet, ac inferre iniuriã. Vera dicis. Nõ ergo referẽda iniuria est, nec quę mala sunt cuiq̃ hominũ irroganda, vel vtcũq̃ ab his quispiã vt hęc patiat necesse ẽ. Hęc Plato. Et paulo post. Ipse igit id cõtẽplare, vtrũ mecũ nũc sentias, & tibi idipsum ne videat, sed inde iam ordiamur, vt plane velimus nunq̃ se recte habere, vel inferre iniuriã, vel referre, vel mala qui patiat iniuriã vindicare: cũ malũ potius referat q̃ a malo abstineat: mihi vero & si id olim est visum, & i p̃senti videt, Platoni quidẽ sic placitũ, vel hęc eadẽ diuinis quodã viris sunt visa. Sed de his qdẽ & aliis quęcũq̃ isti corrũpẽdo depravãt, hæc ptulisse sat fuerit, cum alioquin q̃ ex his aliqd plusculũ duxerit cõquirẽdũ, possit vt lubet hæc ipsa puestigare. Ad ea G
vero quęcũq̃ fecerit Celsus cũ nostris cõmunia, cũ nequeat qd in his insit veritatis p̃spicere: asserit nãq̃ vel apud Græcos eadẽ illa q̃ apud nos fuisse p̃dicta: dicẽda hęc sunt. Si eñ vtile aliqd fuerit decretũ, qđ sanius quippiam sentiat, idq̃ apud græcos sit traditũ, vt apud Platonẽ vel aliũ ex sapiẽtib⁹ quẽpiã, siue apud Iudæos, vt apud Moysen, vel ex p̃phetis quẽuis aliũ dixeris, siue apud Christianos, quorũ noĩa in Iesu sermonibus conscripta sunt, siue apđ Apostolũ aliquẽ p̃dita, p̃fecto haudquaq̃ existimãdũ est quod p Iudæos & Christianos tradirũ fuerit, esse idcirco culpãdũ, qa & apđ Græcos dictũ fuisse cõperiat, p̃sertim si faci le ostẽdat, Iudæoꝝ res Græcis lõge antiquiores fuisse: nec rursum qa idip̃m ex græcę ōonis ornatu elegãti⁹ forsitã exprimat, oĩno melius esse crediderĩ, q̃ illud fuerit qđ apud Iudæos siue Christianos, vel inornatius sit & simpliciorib⁹ verbis p̃nũciatũ: tametsi Iudæoꝝ primus ille dicẽdi modus, quo prophetę iã visur pato, hebraica lingua libros nobis cõpositos reliquerunt, accuratiore & cõposita oratione nec indegẽter iuxta illos, sit literis p̃ditus. Qz si ea q̃ cũ apud Grecos, tũ apud latinos eundẽ sunt i modũ decreta, & mirifice videat p̃nũciata, ostendendũ est eñ longe melius hæc expressisse tã Iudæorũ q̃ Christianoꝝ p̃phetas. Verũ vt ea q̃ dicim⁹ cõfirmẽtur, e ciborũ instructiõe & apparatu exẽplũ sic desumemus. Esto cibi aliqđ genus salubrius, qđ & vires in dat vescẽtib⁹. Cibũ itaq̃ sic cõparatũ vt dul

cotib9 fit multis conditũ, capiant nõ agrestes
hoies qdẽ & sordidi, ĩ stabulis educati, & ino-
pes, & q talibus vesci cõdimẽtis nil consueue-
rint, sed opulẽti & sobrii vel soli vescãtur: cũ
alioquin nõ vt lautioribus viris paratũ hi ci-
bũ desumpserint, sed pinde atq; agrestibus. Si
igit̃ cõcedat̃ vt ex cibi hmõi apparatu, q lau-
tiores habent̃ & ĩgenui, etsi pauci quidam, vt
optime valeãt, & ex his ipsis cibatibus vt rur
sticiores pmulti & ĩperiti rectius cõualescant
si ad hos admittant̃: quosnã istorũ ad tã salu-
berrimas escas nos admiserim9? Lautiores ne
illos & splendidos q pauci sint? an sordidos &
rusticanos q plurimi, cũ tãtũdẽ vtrisq; si vno
eodẽq; cibo vescantur, sit salubritatis futurũ?
nimirũ pspicuũ est humanitatis & charitatis
officiũ id suadere, vt cõmuni cõmodo longe
magis videat̃ conducere medicus q multorũ
sanitati pspexerit, q̃ qui paucis medeat̃. Id ve-
ro exẽpli si cognitũ fuerit, poterit pfecto ad
rationalis escę & rationabiliũ animãtiũ quali
A tatẽ transferri. Aduerte aũt Platonẽ ipsum &
sapientes illos Gręcorũ, in his q̃ rectius forte
edisserũt, eorũ psimiles extitisse, q illis vt me-
deãtur permaxime curẽt, q splendidiores exi-
stimẽtur & lauti, & hominũ turbã nõ magni
faciãt: cũ longe secus Iudęorũ prophetę, & Ie-
su discipuli egerint, q verborũ variam illam &
ornatã cõcinnitatẽ, vt nullius momenti abire
disperditũ iusserint, & sapiẽtiã detestẽtur quã
humanã & secundũ carnẽ sacræ literæ nũcu-
pãt, pprium illud & simplex dicẽdi genus vtiq;
ostensuri his simile redditũ, q ciborũ saluber-
rimã aliquã & suauissimã parauerint qualita
tatẽ, quæ verborũ salutifera quadã cõpositio-
ne instituat & exornet quæ possint ad turbas
pertingere: qbus interea viri isti pręstãtiores,
& sapiẽtes eloquẽdo pdesse nil possunt, & qa
peregrinę sunt natiões, audire haudquaq̃ hos
patiuntur. Enimuero si futurũ est, vt ita dixe
rim, rationalis vt cibus probũ quẽpiam & mi
tem efficiat qui vescatur: cur nõ lõge porior
fuerit & rectius cõparata & diuinitus instru-
cta oratio, quę probos & mites permultos effi
ciat, confirmetq; qui virtute hac ipsa profece
rint: q̃ istorũ sit luculentius illud dicendi ge-
nus, vel si detur ex hoc perpaucos admodum
probitate & cõsuetudine pfecisse? Quẽadmo-
dũ enĩ qui græcus natura sit, si vel Aegyptiis
velit vel Syriis saniora quędam decernẽdo cõ
ducere, pdiscere mox audiẽdo istorũ linguam
curabit, ita vt pro illorũ vtilitate vel barbare
loqui, q̃ gręce malit, si lingua nequeat sua pro
fari quod Aegyptiis possit & Syriis conferre:
sic prouidens illa diuina natura nõ solũ eorũ

qui gręce scire credũtur, sed vel gẽtilium cęte
rorũ imperitiæ cõdescẽdit, & ex his quæ ex se
vberrim audirẽtur pspexit, vt cõsuetis sibi &
vernaculis dictionib9 vsi q hos edocerent, ad
audiendũ imperitã multitudinẽ puocent, quę
facile vbi primũ sit introducta, & paululũ in-
stituta, ausura sit postmodũ ab idiota quędã
scripturarũ sensa pcipere. Nã & cuiuis liquet
qui eas plegerit, altiores longe diuina scripta
habere sentẽtias, q̃ ex his vidrãtur pręferri: q̃
vtiq; his q ad cõquirẽdã dei doctrinã se prot-
sus addixerint, sic innotescũt: vt pro se quisq;
in hac assequẽda incũbat, vel pro animi mira
quadã cupiditate, studii plurimũ cõferat. Nõ B
igit̃ vt ad ppositũ redeam9 ex his confirmat̃,
vt prudẽtior Celsus affirmat, inepte Iesum id
iniunxisse, vt percutienti maxillam percutiẽdã
quis alterã porrigat: & tunicã volenti relin-
quat & palliũ: sed ad vitã profecto ille cõmo-
diora vt induceret loquebat̃, cũ ea iniũgeret
q̃ vtiq; lõge sunt potiora, q̃ ea q̃ dixerat ĩ Cri
tone Plato: quippe quẽ nec audire possunt in-
docti quidã & imperiti, & vt istos omittã, nec
doctiores plęriq;, nisi prius q̃ ad inclytã illam
gręcorũ phiam perdiscendã accesserint, imbu
ti sint humanitatis & eloquẽtię studiis. Scien
dũ pręterea nequaq̃ corruptũ iri qd de virtu
te sentiat̃, si incõdite & rudib9 verbis id pfe-
rat̃. Qua in re Celsus & Christianã doctrinã
sic inquiẽs criminat̃. Sed de his qdẽ & aliis q̃
cũq; isti corruperint, sat fuerint q̃ diximus: &
id sane intelliget q de his plura velit inquire-
re. Sed age & cętera videam9, in qbus hęc in-
fert. Ar id psequamur. Non enĩ hi patiuntur C
vel tẽpla vel aras vel simulacra & statuas in-
tueri, qd vtiq; nec Scythę facerẽt, nec Libyci
agrestes illi & barbari hoies, nec qui sine Deo
sunt Syri, nec ĩpiissimę aliæ deniq; & pditissi-
mę nationes. Q; aũt & Persę id sentiãt, in his
sic tradit Herodotus. Cõpertũ habeo Persas
his legibus vsos. Simulacra qdẽ & aras & de
lubra eos dicũt erigere, qui nõ ex lege proce-
dũt, qui vero erexerint stultitię arguũt: & vt
mihi quidẽ videt̃, quia nõ ex hoibus genitos
deos pro græcorũ institutis putarent: & sane
Heraclitus ita decernit: & hisce supplicant si
mulacris, nec fieri põt vt si qs ĩ tẽplis obgar-
riat, vel deos vel heroas, quales sint nesciat.
Quid enĩ Heraclito sapientius nos instrueret?
Is siquidẽ aptissime suggerit, & stultũ esse fa-
tet̃, vt qs imaginib9 supplicet, si minus intel-
ligat quotinã vel dii vel heroes sint. Hæc He
raclitus. At hi simulacra apte vituperant. Q;
si vel lapidem negent vel lignũ vel æs vel au-
rũ deũ esse: ridiculum profecto erit id sapere.

Quis.n.ea nisi stolidus qspiã p diis habuerit? Sed deo⁊ sũt ista vel simul sacra vel effigies q dã: vel forte nec diuinas qdem has esse imagi nes duxerim. Nã aliã esse dei figurã, vt & Per sis videt, seipsos isti coarguendo ignorant, cũ dicunt hoiem deũ ad suã fecisse imaginẽ, spe ciẽ vero sibimet similẽ: sed illud qdẽ assentien tur, in quorũdã honorẽ hęc esse, q vel similes sint vel dissimiles specie, fabricata: nec deos es se qbus ea sint dedicata sed dæmones, nec esse dęmonibus per hunc seruiendũ q deũ credat.

E Ad hęc erit sic respondẽdũ: etsi Scythę & Li byci agrestes illi & Syri, quos diis carere Cel sus affirmat, & nationes alię cũ impiissimę, tũ pditissimę, & Persę insup ipsi, haudquaq̃ spe ctare vel delubra, vel aras, vel simulacra iam tulerint: haud tñ par fuerit cũ illi videre hæc minime patiant, vt ipsi nõ eadẽ tolerem⁹. Es sent nãq̃ & dogmata ipsa examinãda, ex quo rũ id sententia egerint, q nec tẽpla nec simula cra hęc ferãt, nec spectare eadẽ patiãtur. Q̃ si ex sanioribꝰ qbusdã decretis id pdeat vt mi nus ista ferãtur, pfecto q minime tulerit col laudet necesse est: q vero falsis institutionibus pareat, vt criminis arguat. Nã & fieri potest vt ex dogmatũ differentia quadam hęc fiant. Exẽpli gfa, declinãt hi adulterium qui Ciriei Zenonis statuta philosophãdo sectãt, nec se cus & Epicurei plęriq̃, eorum decretis vt pa teãt q imperitissimi sint: Sed vide dum adulte riũ hi oẽs declinãt, q̃ inter se differant: siqui dẽ hi ex mutua partim charitate, partim qa præter animãtis naturã q ratione vtatur esse decernunt, velle mulierẽ adulterare quę alteri cuiq̃ ex lege prius denupserit, & alteri⁹ hois corrumpere domiciliũ. Illi vero idcirco nihil adulterãdo delinquũt cũ adulterio abstinent, qa bonorũ finẽ i volupeate pfiniũt, & eis plę raq̃ obstẽt q̃ voluptatẽ hãc intercipiãt, q for nicãdi hãc vnã subierĩt voluptatẽ: ita vt plæ rũq̃ vel i carcerẽ detrudant, vel aliis psequen tibus ineant fugã, vel mortes incurrãt nõnũ q̃, vel ptius q̃ hęc patiãtur & vitę discrimina subeant, cũ interea vel abeuntẽ e domo virũ idcirco obseruãt, vel eos q viri partes tutan tur, vt quoad fieri possit frustra hos habeant adulterando, & domesticos cęteros fallant, & eos insup apud quos sibi ĩfamię nota ex adul terio poterat cõparari. Atqui ĩ adulterii cri men vltro inciderit voluptatis gratia Epicu reus: priuatus vero vit aliqs & imperitus, cũ liceat ei vt opportunitatẽ nactus adulterare nec tñ adulteret, depħendet nõnunq̃ ex instã ti legis formidine & cruciatu nullam adulte rasse: nõ tñ Epicurei more, vt plurimũ volu ptatis venet, a fornicandi facinore abstinebit. Vides ne igit cũ vnũ sit adulterii facinus, dũ varia sibi hoies abstinẽdo pponãt: nõ id ipm id oĩbus fieri, sed plane diuersum, siue ex de cretorũ quorũdam integritate, siue ex prauis illis & impiissimis Epicureorum statutis, siue ex his quæ priuatorũ quorundã & imperito rũ hoim fuerint? Vt igit vnum illud, hoc est adulterii abstinẽtia, etsi idẽ esse ṕtẽdit, multi plex tñ pro variis institutis id esse compertũ est: sic & qui minus apud aras & tẽpla & simu lacra Iesum colere patiunt, siue Scythę hi fue rit, siue Libyci quidã pastores, siue q sine deo sunt Syri, siue deniq̃ Persę, ex decretis aliis q busdã id egerint, atq̃ ea sine quibus vel Chri stiani vel Iudęi nil tolerẽt deũ sic coli, vt mul ti colendũ hunc duxerint. Et sane illo⁊ nemo F quia deorũ religionẽ & cultũ in fictilẽ eã tra ducat materiã & ita effigiatã, nec aras nec si mulacra hęc patiet: siue qa de dęmonibꝰ illud acceperit q in his imaginibꝰ & locis isti insi deant, & veneficiis quibusdã ad hæc euocen tur, siue alias vtcũq̃ sibi pręripere ea loca po tuerint: in qbus dũ auidius sacrificãtiũ obla tiones suscipiũt, vt impiã voluptatẽ venẽtur, ita & impios captant. Christiani vero & item Iudęi cũ audiũt, Dominũ deũ tuũ timebis, & illi soli seruies, & nõ erunt tibi dii præter me alii, nec tibi feceris idolũ, nec rei vllius simili tudinẽ, quæcũq̃ in cęlo sunt & in terra deor sum, & qcũq̃ in aquis de sup terrã, nõ adora bis ea, nec seruies illis, & Deũ tuum adorabis & illi soli seruies: & ob alia plęraq̃ nõ his dis similia: non modo deorũ templa & aras & si mulacra hęc auersantur, sed vel ad mortem si fuerit necesse, promptius veniũt, ne ex aliquo excessu & impietate prorsus inquinent qd de omniũ conditore optime sentiunt. Superius G aũt de Persis facta mẽtio est, queadmodũ nec tẽpla hi ponerẽt, cũ & solem alias colerent, & dei structuras: sic eñ sunt instituti. qd vtrĩq̃ no bis & interdicitur, vt intelligamus posthabi tis cæteris vnum esse deũ colendũ: & quemad modũ sit oĩno futurũ vt creatura hæc libere tur a seruitute corruptionis in libertatẽ glo rię filiorũ dei, & q expectatio creaturę reuela tionẽ filiorũ dei expectat, & q vanitati crea tura sit nõ volens subiecta, sed ppter deũ q eã subiecit i spe: nec oportere q̃ in seruitute cor ruptionis sint, & vanitati subiiciant, & in spe meliore hæc faciãt, dei loco nulla te indigen tis, vel filii ei⁹ oĩs primogeniti creaturæ vicẽ pręoccupãdo vt honorent. Sed satis iã ad ea hęc sint, q̃ de Persarũ gẽte meminim⁹, aras & simulacra penit⁹ auersantiũ, & creaturę poti⁹

seruientiũ q̃ creatori. Sed cũ Heracliti dicta
explicãdo protulerit, quę stultius esse signifi-
carẽt vt simulacris qs supplicet, ni deos prius
hic norĩs & heroas qualesnã sint: dicẽdũ erit
& posse deũ cognosci, & cũ eo simul & vnige
nitũ filiũ, & qui per deũ eo sunt & honore di-
gnati vt dii dicant, & ei⁹ diuinitatis partici-
pẽt: quos plane cõstat a gẽtiũ diis esse penitus
alienos, q dęmones sint. Nõ igit fieri id pote-
rit, vt & deũ qs nouerit, & simulacris vt sup-
plicet: nec solũ statuis supplicare vesanius est,
sed qd plerię vsurpãt, vel hoc ipm dissimula
re: qd vtrię Peripatetici faciũt, & Epicurei, &
qui Democriti decreta suscipiũt. Nil.n.opor-
tet eius aĩo qd adulterinũ sit, insit, qui in vero
ac pie deũ coluerit. Nec simulacra quidẽ nos
veneramur, nec eo tenus quãtũ in nobis fue-
rit, vt vel in eã incidamus opinionẽ qua ima-
gines istas aliquos esse deos putemus. Vñ cũ
Celso, tum cęteris item deos eẽ simulacra ne-
gãtibus, crimini damus, quia cũ sapientes sint
habiti, honorẽ videãtur imaginibus detulisse:
quos postmodũ vulgus sectãdo, nõ solũ quia
alios imitet, dũ recte se colere arbitrat, delin-
quit, sed quia inclinatus animus enixe incum
bat vt deos eẽ hos credat quos alii venerent,
& ita vt ne audire id tulerit, vt deos esse quis-
A piã neget qui per se adorentur. Celsus igitur
haudquaq̃ p diis simulacra haberi affirmat,
sed diis dicata: cum alioquin minus ostendat,
nõ hoĩbus fuisse hęc cõsecrata, sed vt ipse di-
xerit ĩmortalibus diis: cũ plane pspicuum sit
huiusmodi facere & affirmare, hoĩm esse cir-
ca diuinitatẽ errãtiũ. Sed ne diuinę qdẽ ima-
ginis simulacra hæc esse duxerimus, quippe q
dei vt inuisibilis ita & incorporei formã nul-
lam effigiamus. Verũtamen vbi nos existimat
Celsus in contraria recidisse, quandoquidẽ in
hoĩs speciẽ Deũ esse negemus, & eũdẽ creda-
mus ad suã imaginẽ hoĩem effinxisse: ad hæc
haud secus erit ac superius diximus respõdẽ-
dũ, quia in aĩa rationali q̃ & secundũ virtutẽ
qualitatẽ excipiat, inesse hanc dei imaginem
B dicimus. Deinde Celsus cum minus intelligat
quidnam intersit cũ dei imago dicitur, & ad
dei imaginẽ: Deũ ait nos affirmare ad sui si-
militudinẽ hoĩem pcreasse, & sibimet specie
similẽ. Sed in supioribus ad hæc satis respon-
dim⁹. De Christianis pręterea meminit, quẽ-
admodũ assensuri proculdubio sint simulacra
ista esse quidem in quorundã honorẽ q specie
vel siles sint vel dissimiles facta, nec deos hos
esse quibus hęc dedicentur, sed dęmones: nec
fore necesse vt dæmonibus seruiat q Deũ co-
luerit. At si dæmonũ hic rationem teneret, &
qualia eorũ singuli operent, siue ab iis inuo-
cari q inuocãdi artẽ hãc calleant, siue sponte
se offerãt, q̃ velint vel quieuerint operãdo: &
conciperet aĩo de dæmonibus dici permulta
posse & hũanæ naturæ difficilia captu: haud
quaq̃ nos incusaret, veluti asserẽtes nil opor-
tere cũ dæmonib⁹ inseruire, Deũ qui colat. &
profecto tãtũ absumus vt dæmonibus his ser
uiamus: vt vel pcib⁹, vel sacrarũ literarũ do-
ctrina ex humanis hos animis abigam⁹, & ex
locis his propulsemus, in quib⁹ collocati iam
per hoĩes essent. Persępe etiam ex brutis ani-
mãtibus ipsos eiicimus: nã & in horũ perniciẽ
nonnulla dęmones operãtur. Verũ qa de Iesu
pmulta superius diximus, haudquaq̃ sunt ea
in psentia repetẽda: siquidẽ aperte hi cõuincũ
tur nec deũ qdẽ nec dęmonẽ, sed mortuũ cole
re. His itaq̃ qua diximus ratiõe omissis, cõsi- C
deremus iã Celsi insequẽtia dicta, quæ istius-
modi sunt. Enimuero illud in primis rogabi-
mus: Cur em̃ dæmones colẽdi nõ sint? nonne
pro dei arbitrio oĩa gubernantur, & oĩs ex eo
est prouidentia? Et sane quicquid vspiã gerit,
siue per angelos, siue per dęmones alios, siue p
heroes: id omne ex summo deo accipit legem.
Cõstitutũ ẽ aũt vt singulis ĩ reb⁹ vim habeat
quisq̃, qua sit vt sortiret dignatus. Hunc igit
qui inde sit id potestatis adeptus, nonne iure
is colat q deũ coluerit? Nõ em̃, inquit, fieri id
potest, vt multis dominis seruiatur. Aduerte
hoc loco quãtanã iste sit corripiẽdo cõplex⁹,
quæ tñ sunt nõ negligẽtius inquirẽda, sed ex
arte quadã inuestigãda, qua oĩa vel pfundio-
ra cognitu & plane recõdita gubernẽtur. Cũ
em̃ vniuersa pro dei agãtur arbitrio, qui fieri
potest vt quis ea examinãdo cõquirat? Et sa-
ne quęrendũ verũ dei id regimen & rerũ oĩm
moderatio, ad ea quę delinquũtur ptingat, an
minime. Q; si vel ad peccata pertigerit, nec ea
solũ q̃ praue p hoĩes cõmittunt, sed q̃ vel dę-
mones ipsi, & quęuis alia extra corpus patra-
rit: videat Celsus qd absurdi sequat, q cũcta p
Dei arbitrio asserat gubernari. Siquidẽ id se-
queret, vt vel quicqd vbiq̃ peccat, & quę a vi
tiis vniuersa prodirent, pro dei arbitrio insti-
tuta, eius permissu proculdubio fierẽt, qa deo
nil phibente hęc patrarent: qd vtrię ab eo est
lõge diuersum, q̃ se nõ prohibente id fiat. Q;
si quis proprie quid gubernari illud designet
acceperit: pfecto id prę se ferre intelliget, quæ
a vitiis scilicet prodeunt dispensari: hoc est q̃
oĩa ex dei sententia dispensent, nec impie agat
in dei gubernationẽ quicunq̃ deliquerit. De
prouidẽtia aũt sic distinguẽdo dicendũ. Cum D
em̃ oĩs ex deo prouidẽtia dicit, profecto veri

aliquid profert, si tamen de rebus pręstātioribus nōnullis ea sit prouidētia. Q̃ si oīno rerū oīm quæ gerūtur prouidentiam esse dicamus, vel si praue quid fiat: falsum id esse coarguet ꝙ oīs ex deo sit puidentia: ni forte ex his q̃ ex puidentia subsequunt̃, ex Dei esse qs
E prouidentia dixerit. Decernit aūt vel quicqd in vniuerso cōstiterit, vel Dei opus, vel angelorū, vel dæmonū aliorū & heroum, ex summo Deo legē habere. Et sane haudquaq̃ vera fatet̃. Non eīn quicūq̃ impie egerint, perinde ac dei legem & summi sectādo id agūt: sed legem excedere, & nequiret facere, scriptiões diuinę nō solū prauos hoīes dicūt, sed perditos dęmones & improbos angelos. Istiusmodi autē dęmones non modo nos esse asserimus, sed oēs fere qui & dæmones Deos esse memoriæ prodiderūt. Fit igit̃ vt nō oīa ex summo Deo habeant legē. Quicūq̃ eīn vel suapte incuria vel vitio, vel malignitate, vel bonorū ignorātia a lege diuina exciderit: dei legē non sunt cōsecuti, sed id vt noua quadā appellatione, & sacris ex literis exprimā, peccati haud dubie hi legē habuerūt. Ex multorū igit̃ qui dęmones ponūt, sentētia, vel improbi dæmones illi, etsi ex Deo nullā sortiti sunt legē, legem tamen prętereundo delinquunt. Iuxta nos vero dęmones quidē sunt oēs, qui e via sint quę ad meliora traduceret, lapsi, cū antehac nullibi dęmones extitissent. Et cōstat sane dæmonū esse speciem quādā, qui a Deo desciuerint. Quocirca nec dæmonibus ipsis inseruiet qui Deū coluerit. Enimuero quæ dæmonū sunt, ex his innotescēt q vel ad amores cōciliādos, vel ad inuidiā faciendā, vel ad opera quædam interpellāda, & huiusmodi cætera īfinita, hos inuocauerit: quod vtrūq̃ peragunt qui carminibus & veneficiis hos ipsos didicerint euocare, & quo volunt traducere. Vnde & dęmonū quorūuis seruitus a nobis est penitus aliena, qui Deū vnicū illū & qui cūctis præsideat, colimus. Perspicuum præterea est huiusmodi dęmonū seruitutē eorū esse & cultū, q dii credunt̃. Nā & gētiū dii vniuersi dęmones sunt: & ex eo plane id liquet, ꝙ cum primum legitimis hi extruendis delubris & puluinaribus fecerint fundamēta, quæ sibi ad id efficaciora videntur, varie moliūtur, nec secus cū locare ibi & statuas cœperint: quæ vtrūq̃ peragūt qui dęmonū veneficiis vacant, & his obsequunt̃. Vnde nobis est visum, dęmonū cultū non aliter ac perniciē aliquā declinādū. Dęmonū ve
F ro dicim⁹ cultū quicquid apud aras & simulacra legitime græci & religiose coluerit. His pręterea quę supra dixerat Celsus, constitutū esse in singulis reb⁹ vt summi dei vim sortiatur quicūq̃ dignet̃ vt cuiuis rei p̄sideat: & illud adiecit. Nō eīn vt in vrbib⁹ gladiatores, etsi trucioris in reb⁹ dispositi sunt, sed alioquin necessariis, sic & perditi dæmones a Dei verbo qd oīa moderat̃, sunt instituti; & rebus quibusdā p̄sides facti. An vt in solitudine aliqua & desertis ī locis prædones, q aliquē vnū sibi p̄fecerint q in cęteros dominet̃: sic dæmones vt terrarū quisq̃ loc⁹ exegerit, gregatim & p cœtus principē sibimet quēpiā fecerint, futurū his ad ea gerēda inducē quę duxerint ad hoīm aīas subtrahēdas perdendasq̃ potiora! Erit aūt ei pernecessariū, q ad hęc refutanda certiorib⁹ dictis sit cōcessur⁹, vt Christianos tuet̃, qui p̄ter Deū rerū præsidem illū, & oīs primogenitū creaturæ, aliū quēpiā vt colāt hoīes dehortent̃, & ipsi id plane defugiāt, vt euāgelicū illud p̄ducāt, Oēs quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones, & non audierūt eos oues. Et illud. Fur aūt nō venit nisi vt furet̃, & mactet, & perdat. & si qd aliud inerit sacris literis istiusmodi, vt illud. Ecce G
dedi vobis oēm potestatē calcādi sup serpentes & scorpiones, & sup oēm virtutē inimici, & nihil vobis nocebit. & illud. Sup aspidem & basiliscū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē. Sed frustra hæc nouerit Celsus, quippe si nosset nō illud dixisset, oībus in rebus siue Dei aliquod opus, siue angelorum, siue dęmonū aliorū, siue herorū, ex summo Deo legē habere, & singulis eū pręfici reb⁹, q eā sit potestatē vt sortiretur dignatus. Hūc itaq̃ qui id sit potestatis sortitus, haudquaq̃ iure coluerit, qui Deū vnicū colat. His demū & illud adiecit. Nō. n. fieri potest vt pluribus idē dominis seruiat. qua de re ī sequēti libro nōnulla mox complectemur: cū iam satis habeat septimus iste quem cōtra Celsū opus conscripsimus.

LIBER OCTAVVS.

SO TANDEM NOBIS PER G
uentum est, vt libros septem iam absoluerimus. Libet itaq̃ octauū ordiri. Quocirca deū in primis & eius vnigenitum verbū adesse poscimus, vt & Celsi quidē obiectiones q̃ reliquæ fuerint strenue per nos refutent̃, frustra Veri sermonis titulo annotatę: & forti⁹ illd Pauli dictū, Pro Christo legatiōe fungimur, his innotescat q Christianā profitent̃ religionē, vel hāc maxime cōcupiscunt, & fouent: perinde acsi deo nos cohortāte, vt feruentiore Pauli illo affectu per

nos ipsos & nostrā causam peroremus, & pro Christo legationē ad hoīes ineamus: illud de nūciando, dei verbū ad ei⁹ amicitiā oēs hortari, & eos velle per iustitiā & veritatē, & per virtutes hmōi cæteras sibi cōciliare, q olim & nondū susceptis Christi Iesu decretis, in tenebris qa deū nescirēt diuersareut: & in ignorātia, qa nec rerū cōditorē pnoscerēt. Nec secus illud efflagitauerint, vt strenuū illū & verius nobis verbū fruendū cōcedat, dūm inquā potentē & fortē in bello ad nequitiā debellandā.

A Sed ad Celsi iā dicta q̄ mox subsequent pgrediamur. Quęsiuit eñ a nobis superius, cur dęmonib⁹ nusq̄ deseruiremus: & ad ea quidē q̄ de dęmonibus dixerat, vt nobis est visum respōdimus, & illa deniq; pro cælestis doctrinæ arbitrio refutauimus q̄ de dęmonib⁹ hic protulisset: post hęc vero ad eius quæstionē, cum velit oīno & nos dæmones colere, perinde ac respōdētes nos hūc in modū inducit: nequaq̄ qui vnus sit posse pluribus dominis inseruire: quā vtriq; vocē seditiosorū quorūdam esse affirmat, vt ipse inqt, amolientiū se & abscindentiū a mortalib⁹ cæteris. Autumat aūt qui ista ptulerit, quantū in se fuerit, qd suum est velle in deū vitiū cōferēdo abradere. Vnde in hoīes quidem id cadere putat, vt cū vni cuiq̄ seruiat aliquis, non ęque alteri possit seruire, qa hac seruitutis diuersitate vtriq; offenderētur: nec par esse q̄ se cuiq̄ addicasset, vt alteri iterato se dedat: perinde ac sit obfuturum, siue diuersis heroibus, siue dæmonibus variis seruiatur. In deo aūt, qa nec offendi appareat nec indignari, absurdū⁹ ducit vt caueat quispiā deos plurimos colere: perinde ac vel hoīes vel heroas, vel dęmones ipsos colēdos desum

B pserit. Ait ptereα, q diis plurimis seruiat, summo deo vel ea in re qd gratū sit facere: addit insup nec honores deferri cuiq̄ posse, cui non sit ex illo pmissum. Nā & qui honorē iis (inquit) & cultū detulerit q summi illi⁹ sint dei, haudquaq̄ eum offenderit, cuius ditionis sint oēs. Sed anteq̄ ad subsequentia Celsi dicta deueniat, videamus verū non iure optimo vox ea a nobis excipiat, neminē posse duob⁹ dñis inseruire: cui illud subiūgitur: Futurū est eñ vt vel alterum oderit, & alterū diligat, vel vt vni adhęreat, & alterum contēnat: & illud deinceps: Nō potestis Deo seruire & Mámonæ. Sed nostra ista defensio eo nos pducat vt profundius quędam & forte obscurius de diis ac dñis eloquamur: nouit eñ diuina scriptura, magnū & supra oēs deos dñm esse, quos inter non deos esse hos audimus quos gentes adorent, vt q id didicerim⁹, vbiq; gētiū deos dęmones esse: sed deos esse hos dicimus, quorū congregationē nouit propheticus sermo, & vniuersis vt pſidens deus singulatim opus aliquod ppriū demandarit. Stetit eñ deus in synagoga (inquit) deorū, in medio autē deos diiudicat: nimirū q deorū deus & dñs sit, qui ve per filiū terrā a solis ortu adusq; occasum vocauit. Iubemur pterea deorū deo nos cōfiteri, illud edocti, nō esse hūc mortuoꝝ, sed viuentiū deū: & quę sic proferantur, nō solū ex his explicari, sed ex innumeris aliis inotescere. Siquidē scriptiōes diuinę istiusmodi multa nos edocent & inuestigare & sapere, cū alibi dicāt: Confitemini dño dominorū, quoniā in ęternū misericordia eius: & alibi, Rex regū edisserūt, & dominantiū dñs: & deos quosdā dici sat callens, & quosdā qui in vero sint dii, siue dicantur, siue minus, id ipsum de dominis cū veris, tum falso asserit, sic Paulus edocēs inquit. Nam & si sunt qui dicātur dii siue in cælo siue in terra: siquidem sunt multi dii, & multi dñi. Deinde quoniā deorū deus vo- C cat ab oriente ad occidētem ad eius portionē per Iesum quos libuit, dñs vero Christus sit dei: ostendit per quosnā sup omniū ascēderit terminos, & ad se ex omnib⁹ terminis vocet, quia oībus est dominātib⁹ celsior. Vnde istorum nō nescius Paulus ad ea quæ diximus & ista subiecit. Nobis tñ vnus de⁹ pater, ex quo oīa, & nos in illo: & vnus dñs Iesus Christus, per quē oīa, & nos per Iesum. Cum mira quędam cōtēplaretur & magni mysterii hoc loco inesse, sic illa subsequitur: Sed nō in omnibus est sciētia: & cū id explicasset, Sed nobis vnus est deus pater ex quo omnia, & vn⁹ dñs Iesus Christus per quem omnia: nobis illud quo ad se ipsum & cęteros dixit, qui ad vniuersorum pręsidē deorū Deū ascenderit, quive supra oēs est dominos dñs. Ascendit autē ad Deū omnibus pręsidentē, qui nec rescindendo, nec diuidēdo, nec partiendo per eū hunc colit: q cum Dei & verbū & filius sit, ad hūc solus eos deducit q vtcūq; dictis factisq; & cogitatu Deo omnium conditori conciliare sese enixius adnituntur. Iuxta hæc autē & istis similia, quia deorū Deus dicatur, Celsum existimauerim, qui se in angelū lucis transfigurauerit, huius mūdi principem effecisse, cū inquit. Hūc vero deorū exercitus & dęmonum sequitur, vndecim in partes instructus. In quibus hæc & de seipso & æque philosophātibus intulit. Cum Ioue quidem nos sumus, alii vero cum dęmonibus aliis. Cū multi igitur dii esse dicātur, & domini item plęriq;, nos tñ omnia factitamus vt nō solū quæ a terrę gētibus pro diis colū-

tur egregie superemus,sed quos vel sacræ li-
teræ deos appellant:quorũ nullá habẽt hi no-
tioné, vt qui a Moysi & Saluatoris nostri dei
testamẽtis procul aberrẽt, & euangeliis item,
quę ex his exprimunť. Transcẽdit etiã omnẽ
deniq; seruitutẽ,quæ dæmonibus his defera-
tur, qui nihil egerit qđ dæmones ipsos oble-
ctet, & eorũ inscẽderit portioné q apud Pau-
lũ Dii dicũtur, & intẽtius cõtẽpleť: vtcũq; se
habeãnt res nõ quæ visunť & sub oculos ve-
niũt,sed quæ minus vidẽtur:& intelligat de-
mũ quemadmodũ & creaturæ expectatio ipsa
reuelationẽ filiorũ dei expectet,nõ volens,sed
propter eũ qui subiecit eã in spe: & creaturã
hanc ipsam benedicẽdo collaudet,vt quam vi
deat a seruitute corruptionis deniq; liberan-
dã,& in filioꝝ dei libertatẽ aliquãdo peruẽtu
ram:ita vt nil distrahať alteri cuiq̃ vt seruiat
Deo,vel duorũ dñorum vt ineat seruitutem.
D Nulla igiť his seditiõis vox inerit, qui istius-
modi norint:nec plane vt velint futurum est
dñis pluribꝰ seruiẽdo obtẽperare:vnde Chri-
sto dũtaxat Iesu cõręnti ac dño:q sua sub di-
tiõe hos quidẽ erudiat,castigetq;,qui sibi de-
seruiãt: vt castigatos demũ & bene istructos,
veluti regnũ Deo dignos tandẽ effectos,Deo
ipsi tradat & patri. Atqui ab iis se isti disiun
gũt,& plane abscindũt, q a Dei sunt republi-
ca alieni,ab eiusq; testamẽto longius peregri-
nãtur:illi nimirũ ad Deũ & viuum & Dei ad
ciuitatẽ Hierusalẽ supcælestẽ illã accesserint,
& multoꝝ miliũ angeloꝝ frequẽtiã, & primi-
tiuorũ ecclesiã q sunt in cælis conscripti,se id
circo cõtulerint,vt in cælestibꝰ domiciliũ cõ-
sequanť.Nec sane qa perinde ac ea deus iactu-
ra afficiať, qua solẽt hoies affici si alteri cuiq̃
potius q̃ ipsis deseruiať, idcirco defugimꝰ ne
hũanæ simus seruituti obnoxii, sed Deo dũ-
taxat:cuius ex disciplina & veritate ideo du-
cimus seruiendũ,ne nobis ipsi officiamus si a
Dei portione difiũgimur:q iuxta illius beati-
tudinẽ,vitę id agimus, spũ quodã filioꝝ ado
ptionis pcipuo:siquidẽ eiꝰ qui in cælis est pa-
tris,sit icet hos filios deus:nõ eñi dictiũculas
sed res ipas voce ingẽti ex occulto abba pater
pronũciamꝰ. Lacedęmonioꝝ quõdã oratores
Persarũ regẽ,vel satellitibꝰ ipsis vrgẽtibꝰ, ve-
nerari nil sunt, vnũ dũtaxat dñm veriti, Ly-
curgi legẽ: ipsi vero dũ pstãtiore & lõge ma-
gis diuina fungimur p Christo legatiõe: nec
Persarũ quidẽ,nec Gręcoꝝ,neq; Aegyptioꝝ,
nec cuiusuis deniq; nationis principẽ sumus
veneraturi:siue principũ cogãt satellites,siue
dæmones ipsi, siue satanici angeli vrgere nos
velint,vel forte psuadere eũ vt aspernemur qui

quauis lege sit terrena pstãtior. Atq; eoꝝ qui
pro Christo leganť,Christus est dñs, cuiꝰ ob
gratiã legatiõe funguntť, & q est in principio
verbũ,& apud deũ deꝰ pculdubio est.Deinde E
Celsus vbi ita est visum,& de hoim seruitute
disseruit:pinde ac si hęc alteri forte pręsteť,ia
cturã vt subeat alter necesse sit: de heroibꝰ.s.
& nõnullis dæmonibus dicere pfundiora q̃dã
hũc in modũ orditur. Sed esto vt de heroibꝰ
item id dici & dæmonibꝰ possit. Verũ rogan
dus hic fuerit, quosnã esse intelligat heroas,
& quales esse affirmet hos dæmones: ita vt q
ex heroibus vni se cuiq̃ seruitute obstrinxe-
rit,ne alteri seruiat oino oporteat:sic item &
q dæmoni se huic illive seruiendo addixerit,
ne alteri obsequaťi qa haud secꝰ ac hoies ipsi
iacturã hi sint ex hoc subituri.At si quam vel
heroũ istoꝝ vel dęmonũ iacturã hic esse exi-
stimat:perspicuã hãc fecerit velim.Cogeť eñi
vel i immẽsum garrulitatis & nugarũ hic pe-
lagus irridẽdo resumere, & ea q̃ dicta iã sunt
refutare, vel si garrire forsitã & ineptias dice
re minus libuerit, fateri demũ q; nec heroas
sciat,nec dęmonũ naturã intelligat. Ad illud
vero qđ de hominibꝰ dixerat,futurũ omnino
vt qbus prius fuisset seruiẽdi officiũ præstitũ
dãno afficerenť, vbi his derelictis alteri qs de
seruiret,dicẽdũ.Quid.n.iacturæ prioribꝰ illis
factũ hic dixerit,si is qui illis seruierit,seruire
& aliis velit?Si.n.vt imperitus ista ptulerit,&
indignã philosopho iacturã is prędicet,vt pe
cuniarũ,& rerũ cęterarũ q̃ externa esse signifi
cãtur, coargueretť plane mẽdacii:vt q Socra-
tis dictũ illud egregie, nil aduertisset.Me ve-
ro Anytus ipse & Melitus morte qdẽ possunt
afficere,dãno vero nil queũt.Non.n.fas est vt
qđ potius sit,a deteriore lædať. Q; si iacturã
hic dixerit motũ animi quẽdã siue affectũ,qui
ex vitio pdeat: pfecto perspicuũ est, cũ nulla
sapiẽtũ iactura,vel distãtibꝰ qdẽ in locis duo-
bus sapientibus seruire quẽpiã posse. Verũ si
neq; hoc ipm vt fiat par fuerit: frustra est er-
go illi desumptũ exemplũ, quo dictũ id crimi
neť,Neminẽ posse dominis duobꝰ seruire:prę
sertim si ea de seruitute dicať quæ deo rerum
pręsidi,& eiꝰ vnigenito filio exhibeť.Deo au-
tẽ haudquaq̃ perinde ac nostra idigeat opera
in seruitutẽ nos dedimus: nec tanq̃ moerore
afficiať, si sibi minus deseruiamus:sed ipsi ex
eo seruitutis genere lõge pficimus, & vtilita
tis plurimum vendicamus, tristitiaq; exper-
tes & cuiusuis passionis efficimur, vbi Deo
per eius vnigenitũ filiũ, verbum inquã & sa-
pientiam ipsam, seruimus.Aduerte aũt quẽ-
admodum nihil sit illud quod dixerat Cele

sus inuestigãdũ: quãdoquidẽ in eo plane ostẽ-
ditur queadmodũ cult⁹ ille p nos deo sine vl
la nostra iactura delatus, ad quẽpiã ipsos nos
A deferat, q ex dei sit sorte. At Celsus perinde ac
præsenserit non ad sanitatẽ illud se pculisse: Si
eñ vel aliud qppiã ex vniuersis colueris: mox
ita se recipit, & ei⁹ dicta castigat sic inquiẽs: In
hoc vero nulli licet vt honorib⁹ amplief, cui
nõ ille pmiserit. Nos vero hũc in modũ Cel-
sum rogabim⁹, de honoribus disserentẽ, qui si
ue heroibus siue dæmonib⁹ haud secus sint ac
diis delati: vndenã heus tu id patefeceris per-
misisse qnq deũ vt honoribus isti augeãtur,
& nõ ex humana poti⁹ ignorãtia fieri vel im
peritia, mortalib⁹ ipsis errore nõ exiguo inter
ceptis: & ab eo deniq excidẽtib⁹ cui pprie ho
nos deferẽ. Honorant igit, vt per te Celse pau
lo ante assertũ est, Hadriani amatoria sacra:
nec sane dictur⁹ es pinde ac a deo rerũ oĩm pã
de, Antinoo illi adamato fuisse honores pmis
sos, qbus vt de⁹ iã colereẽ: id ipsum dicturi &
de cęteris sum⁹, argumẽta exigendo & signa,
cur istis p deũ sint honores delati. Q̃z si de Ie-
su simile qppiã nobis obiecerit: palã mox
sumus dicturi per deum illi fuisse honores de
latos, vt filiũ honorificent oẽs queadmodũ &
honorificãt patrẽ. Siquidẽ q̃ ante huius nati
uitatẽ p prophetas edita sunt, ei⁹ fuissent ho-
noris stabilimẽta, & insup q̃ mirabiliter gesse-
rit, nõ veneficiis, vt Celsus existimat, sed sola
diuinitate a prophetis iãpridẽ denunciata, ex
deo testimoniũ habuere: & ita, vt qui filiũ ho
norificaret: quẽ verbũ esse sac cõstat, dũ inter
ea nihil agat absurdius, vtilitatis plurimũ sit
ex delato illi honore cõsequuturus: & q hunc
honorib⁹ prosequat qui & veritas sit, melior
fiat qa honorẽ veritati detulerit. Nec secus &
meliores futuros dixerimus, qui cũ sapiẽtiam
ipsam, tum & iustitiã, tum cætera deniq qui-
bus diuina scripta affirmãt filium dei consta-
re, veneratione prosequãtur & cultu. Q̃z aũt
erga deũ filiũ in vitę integritate honor serue
tur, nec secus vel erga deũ ipsum & patrem:
aduerte vt ex Pauli dictis hmõi instruamur.
Qui i lege gloriaris, per prævaricationẽ legis
deũ inhonoras: nomen eñ dei p vos blasphe-
matur. Et alibi. Quanto magis putatis dete-
riora mereri supplicia, qui filiũ dei conculca-
uerit, & sanguinẽ testamenti duxerit pollutũ,
in quo sanctificatus est, & spiritu gratiæ cõtu
meliã fecerit! Si igitur per legis transgressum
deũ quis cõtumelia afficit, profecto & filium
dei cõculcat qui huius conculcauerit discipli
nam: & liquet sane deum hunc honorare, qui
legẽ seruauerit: & deũ colere, q dei fructus sit cũ
doctrina, tũ operibus. Q̃z si intelligeret Celsus
quinã sint dei, & vt sapientes duntaxat illius
sint portionis: quive ab eo sint alieni, vt ipro-
bi omnes, qui nihil omnino ad suscipiẽdã vir-
tutẽ inclinant: sciret quemadmodũ id esset di
cendum, quod ipse hunc in modum protule-
rat. Aliquis ergo cũ veneraẽ & colit qui illius
sunt omnes: quidnam deo iacturæ attulerit, B
cuius sunt oĩa? Deinceps sic infert. Enimuero
qui vnum dici aliquem dominum pstabitur,
si de deo id asserat, impius est: quippe qui diui
num scindit & partit imperiũ, & seditiosum
deniq reddit: pinde ac diuersę in eo sint factio
nes, & alius quiuis existat q ex simultate huic
& odio aduersef. Hæc Celsus dicere fortitan
non iniuria potuisset, si linearibus argumẽtis
qui a gẽtibus ipsis vt dii coluntur, deos esse ostẽ
deret: & q circa simulacra & delubra & aras
versari existimantur, nõ improbos quosdã dæ
mones esse monstraret. Sed dei regnum quod
apud nos frequentius vsurpatur, & literis p-
ditur, nos quidem & nosse optarimus, & tales
aliquãdo reddi, vt & regi per deũ, & eius esse
sub ditione liceret, & dei regnum vt nostrum
efficeretur. At Celsus cũ multis nos instruit
vt deorum deos colamus: debuit potius si sibi
cõsentanea quædam eloqui animo inerat, dei
nobis imperium explicare: non eñ vel factio-
nes sunt apud deũ, nec deus est alius quispiã
seditiosus, qui illi obstiterit: ni forte (vt fabu-
lę ferunt) gigãtes nonnulli, vel alii quidam ex
innata malignitate deo velint bellũ inferre, so
ciis ad id, tum Celso, tũ cæteris plane desum-
ptis vtcũq hũc impugnãtib⁹, q argumẽtis in
numeris quæ de se vt Iesu tradunt demõstrã
do cõfirmat: quive terrarum orbi, p nostri ge
neris humani salute, vt pro se quisq hunc ca
peret, sese simul vt dei verbũ tradiderit. Post C
hęc autem videri Celsus fortitan alicui pote-
rit similia veri aduersum nos protulisse, cũ in
quit. Si eñ alium neminem pręter vnicum hi
deum coluerint, possent deorũ aliorũ nullam
habere hi rationẽ: hũc vero q nuper cõparuit
superstitiosius colunt: & alioquin nihil se putãt
erga deum delinquere, tametsi huius seruus
colatur. Vel ad id quidem dicẽdũ, si eñ illud
Celsus teneret, Ego & pater vnũ sum⁹: nec se
cus & qđ dei fili⁹ inter precãdũ sic ingt: Ego
& tu vnũ sumus: haudquaq putaret nos aliũ
quẽpiã colere, pter deũ illũ pidẽ rerũ: nã & il
lud psal: Ego i patre, & pater in me ẽ. Q̃z si qs
forte addubitauerit ne vltro ad eos nos acce
damus q duas substãtias esse patrẽ & filiũ ne-
gẽt, his dictis velim insistat: Erat autẽ creden
tiũ oĩm cor vnũ & aia vna: vt illud intelligat

Ego & pater vnũ sumus. Deũ itaq; vnũ, vt sæ
pe iã diximus, patrẽ & filiũ colimus: de cæte-
ris vero nulla apd nos ratio cõstat. Nec eũ vt
Celsus inquit, qui nuper cõparuit, tanq̃ nõ a
seculo sit, superstitiose nos colimus: quippe q
dicẽti fidem pręstamus: Anteq̃ Abrahã esset
ego sum: & illud insuper affirmãti: Ego sum
veritas. Nec sane qs nostrũ ineptus adeo fue
rit & imperitus, vt putet veritatis substãtiam
ante Christi aduẽtũ nusq̃ fuisse: quo fit vt ve
ritatis patrẽ & filium qui veritas sit, simul ve
vnũ colam⁹, quos vtriq; cõstat duas res eẽ sub
stãtia, vnã vero cõsensu cõuenientiaq; & vo-
lũtatis idẽtitate: ita vt qui filium videat, qui
splẽdor est glorię eius, & forma substãtię dei,
in hoc ipso q sit dei imago, & deum haud du
D bie viderit. Exinde qa cũ deo & filiũ colimus,
illud sequi existimat, vt nõ mõ iuxta nos de⁹
colat̃, sed ei⁹ insup serui. Q; si i vero hic nos-
set veros dei cultores & seruos, post vnigeni
tũ Iesum, & Gabrielẽ & angelos cęteros & ar
chãgelos nil ignoraret: vel his quidẽ seruien
dum iam fateretur, quorũ ministerii signifi-
cãtiã & ministrãtis opa suo loco exprimerẽ,
vbi tãtis esset de reb⁹ his disserendũ, vtcunq;
ea capere licuisset. Nũc vero cũ ministros esse
existimẽ qui a gẽtibus adorãtur & dæmones,
haudquaq̃ rerũ sequela nos cogit vt his ser-
uiẽdũ ducamus quos Satanæ ministros sacrę
literę prędicẽt, qui & princeps huius sit mun
di, & a deo quos potest subducat. Fit igit̃ vt
quos cęteri hoĩes colunt non vt ministros, &
ipsi colere declinemus: nõ eñ ipsi si dei mini-
stros hos esse edoceremur, dęmõia dici quoq̃
pacto cõfiteremur: cũ vnius dei ob gratiã, tũ
ppter huius vnicũ filiũ, verbũq; & dei imagi
nẽ, quẽ vtiq; votis & precib⁹, vtcũq; licuerit,
adoramus: ipsiq; deo oĩbus pręsidẽti per eun-
dem vnigenitũ & supplices vota offerimus:
cui his primum oblatis, deniq; supplicamus:
quãdoquidẽ nostrorum sit ille delictorũ ppi-
tiatio, vt tanq̃ põtifex & nostras offerat deo
cũ pces, tũ sacrificia. Circa deũ igitur nostra
omnis est fides: qa hanc in nobis obfirmet &
filius. Et sane quas deferat nullas habet nunc
Celsus in filiũ dei seditiões: nã & patrẽ sic co
limus vt & filiũ demiremur, q & verbũ & sa-
pientia, veritasq; & iustitia sit, & hmõi cętera
quæ dei filii ppria esse didicimus: sic itẽ & q;
tãto sit patre pgenitus. Sed de his hactenus.
E Deinde Celsus sic inquit. Si eñ vel istos com
monefeceris haudquaq̃ dei esse hũc filiũ, sed
deũ esse oĩm genitorẽ: nil tñ voluerint qd po
ei⁹ expediret, solũ hũc colere, nisi & eũ simul
coluerint, q sibi factiõis est princeps, & quem
dei nuncupãt filium: nõ vt deum maiorẽ co-
lãt in modũ, id agunt, sed vt filiũ maxime p-
uehant. Nos vero edocti qs sit dei filius, & q;
splẽdor ẽ glorię, & figura substãtię ei⁹, & vir-
tutis diuinę potẽtia, & lucis ppetuæ splẽdor,
& speculũ immaculatũ dei operationis, boni
tatisq; eius imago: certo scimus ex deo talem
filium pdiisse, & hui⁹ patrem deum esse: nec
indecẽs quippiam his inerit dictis, nec deo in
cõgruẽs, si talem ille & vnigenitum sustineat
filiũ: nec nobis quispiã persuaserit, nõ esse in-
geniti dei & patris tãtũ hunc filium. Q; si ab
illis forte id Celsus acceperit, q dei filium ne-
gẽt cõditoris rerũ filiũ esse: id omne is vide-
rit, & q hui⁹ dictis assentiunt̃. Nõ igit̃ factio-
nis princeps nobis est Iesus, sed quietis & pa-
cis: qppe q hũc in modũ discipulos alloquat̃:
Pacẽ relinquo vobis: moxq; cũ sciret hui⁹ se-
culi nõ dei homines, nos esse in posterum op
pugnaturos, & illud subiecit: Non quõ mun-
dus dat, ego vobis do pacem. Et illi quidẽ, &
si in mũdo opprimimur, dicenti confidimus:
In mũdo pressurã habebitis, sed confidite, qa
ego vici mũdum: & hunc ipsum dei filiũ esse
asserimus, & eius dei, quẽ si Celsi dicta sequa-
mur, pręcipue colimus, & eius filiũ nouimus
a patre egregie auctum. Sed esto, vt ex creden
tium multitudine quidã discordias facile ad
mittentium, sua ex petulantia saluatorem
præponant, & deum esse, & cæteris præsidere
affirment: nos tamen haudquaq̃ id astruxeri
mus, qui dicenti illi fidem pstamus: Pater qui
misit me maior me est: quocirca quem patrẽ
nunc dicimus, nõ dei filio, vti Celsus nos car
psetit, facimus ipsi inferiorem. Post hęc infert F
huiusmodi Celsus. Q; aũt non ex coniectura
id sentiam, vtar equidem istorummet vocib⁹
qui in suo cęlesti quodã dialogo, quod sequi
tur his exprimũt verbis: Potentior deo est fi-
lius, & illius dominus filius hoĩs. & quisnam
alius regnãti dominabitur deo? quo pacto tã
multi circa puteum fuerint, & nullus in pu-
teo? cur is qui tantũ cõfecerit vię nil audeat,
latet ne te? Pręsto sunt mihi confidẽtia & gla
dius. Fit itaq; vt illis ppositũ sit non deũ sup
cæleste illũ vt coiãt, sed quẽ hui⁹ & falso sub-
iiciunt patrẽ, & cuius de cultu inter hos con
uenit, vt sub magni dei prętextu, hũc ipsum
quẽ plane prętulerint hominis filium, & for-
tiorem decernant, & vt dei regnantis vel do-
minum, solum tandem & vnice colant. Vnde
& illud constat esse iniunctũ: non esse duobus
dominis seruiẽdũ: vt factio omnis i hoc vno
seruetur. Ipse equidem neq; ex his satis intelli
go, a quanã obscurissima hęresi isthæc Celsus

desumens, vniuersos Christianę religionis sectatores edictis huiusmodi criminet. Obscurissimam vero idcirco hanc dixerim, quia nec nobis quidem adhuc, qui omne hæresum genus fat calleamus, vt in his sępe exercitis, sententia hęc innotuerit, e qua hæc Celsus acceperit, si forte accepit, & nõ de se ista cõfinxit, vel vt sequelam rei adiecerit. Nos vero qui & eius esse mũdum dicimus sensibilem istum, qui vniuersa condiderit, haudquaq̃ fatemur filiũ patre potentiorẽ, sed inferiorẽ asserimus prestita dicenti sibi hęc fide: Qui misit me pater maior me est: nec nostrũ quispiã adeo fuit, vt dominũ dei esse affirmet qui filius hominis fit: at saluatorẽ tunc pcipue cũctis quæ sibi subdita sunt, non tñ patri & deo dicimus dominari, cũ deũ verbũ & sapientiã & veritatẽ hũc esse cognorim⁹. Porro quia nõ inuitis imperat verbũ, & extãt nõnulli, nec homines solũ, sed angeli insuper & dęmones omnes, in quos aliquo modo dixerim⁹ nullũ habere id verbũ imperiũ: quippe qã sibi non vltro se illi subiiciãt: cũ alioquin quo ad aliã quandã dominatus significãciã, & his dominetur: haud secus id dicimus his dominari, ac hoies ipsos in bruta ditione potiri, quæ mãsuetiora effecerint, vel edomitis animantibus huiusmodi cæteris: alioquin enixe omnia factitat verbum vt vel his dominetur persuadendo & exhortando, qui sibi vel dudum nihil obsequerentur. Iuxta nos ergo mendacii qđ dixerat Celsus arguitur: Quis em̃ alius imperãtis dei do-

A minus fuerit? Deinceps vt arbitror, iterato res ipsas cõfundẽs, ex hæresi alia quadã id intulit. Circa puteũ multi, & nemo in puteo. Et illud item. Cur tantũ cõfficiẽs viæ nil audeat te ne latet? Et, Presto mihi est cõfidẽtia & gladius. Quę vtiq͂ ipsi q ex ecclesia sum⁹, a Christo & solo cognomen sortiti, haudquaq̃ vera esse fatemur. Sed hæc Celsus pfatus, videtur sibi cõsentanea dicere: quæ si nos ipsos spectemus, nullius fiut momenti futura. Est em̃ nobis illud ppositum, vt non ex opinatione aliquẽ deũ colam⁹ hũc pręter q & vniuersa hæc condidit, & alia itẽ quę nec sub tactũ veniunt nec sub aspectũ. Sed hoc viderint q vel aliud iter incedũt, & alias semitas, & verũ Deũ negãdo, nouis quibusdam figmentis & nomine tenus credito deo, pinde ac cõditori rerũ pręstantiori sese addixerunt. Reddita itaq͂ p nos ratio est, cur duobus nil sit dominis seruiẽdũ. Siquidẽ perspicuũ fecimus, nullas circa Iesum & dominũ posse factiones pręcẽdi, nec seditiosos esse q dominũ cõfitẽtur omnia perniciisse, & soli huic vt dei verbo & filio asserũt seruiẽ-

dum. Post hęc Celsus & aras, & simulacra, & delubra nos ait defugere, quo min⁹ fundendæ quãdoquidem inuisibilis nostræ huius & inexplicabilis cõmunionis fidẽ, & charitatis, fũctionem esse existimat: cũ nihil interea videat nobis quidẽ p aris & delubris iustorũ esse mẽtem: a qua haud dubie emittuntur suauissimi incensi odores, vota inquã & pces ex consciẽtia puriore. vnde in Apocalypsi Ioannes sic inquit: Incensa autẽ sunt orationes sanctorũ. & apđ Hymnidicũ illũ: Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dñe. Sunt præterea & simulacra, & deo dignę oblationes, non per impuros opifices aliquos fabricata, sed p dei verbũ in nobis cũ edita & formata, tũc & virtutes inerũt primogeniti oĩs creaturæ imitatrices: in quo cũ iustitię sint, tũ cõtinentię, tũ fortitudinis, tũ sapientię & pietatis, tũ deniq͂ cęterarũ virtutũ exẽpla. Insunt itaq͂ omĩb⁹ simulacra huiusmodi, qui ex diuina doctrina continentiã sibi & iustitiã, fortitudinemq͂ & sapientiã, & pietatẽ pariunt, & reliquarũ virtutũ structuras: in quibus par esse crediderim ei honorẽ deferri qui omniũ sit simulacrorũ exemplar, imago scilicet inuisibilis dei, vnigenit⁹ deus. Vel hi quidẽ qui veterem hominẽ cũ suis operib⁹ exuẽtes, nouũ deniq͂ induũt, qui renouatur in agnitione dei secundũ imaginẽ ei⁹ qui creauit eũ, vt eius qui se creauit recipiant imaginis similitudinẽ, in se ipsis fecerint simulacra, qualia summus ille vult de⁹. Quemadmodum enim simulacrorũ sculptores longe plurimum inter se differunt, ita vt quidã opus aliquod mirifice fingant, vt Praxiteles, & Polycletus, vel ex pictorib⁹ Zeuxis ille & Apelles: alii vero in statuis hisce effigiãdis sint lõge iferiores, & alii item pictores longo ab his interuallo absint quos secũdo loco posuimus: ac demum inter statuarios multũ, nec minus inter pictores interfit: Sic etiam inter Christianos existunt & reperiunt nõnulli qui veri dei lõge melius q̃ alii quidã, & perfectiori ex arte simulacra hæc faciant, & ita vt nullo pacto Iouis Olympii statua quam Phidias sculpserit, queat cũ hac comparari q̃ sit ad creatoris dei imaginẽ facta. Et sane id fuerit ex structura hac omni meli⁹ lõge atq͂ præstãtius, quod inesse saluatori apparet, id affirmãti: Pater in me est, & ego i patre. Vel i singulis plane pro viribus hunc imitantibus, & simulacra hęc inerũt ad Saluatoris imaginẽ, quæ vtiq͂ corde puro deum contemplãdo hi construunt, quia imitatores facti sunt dei. Et vt summatim expediam, Christiani omnes, & quas diximus aras, & quæ iam ostendimus si- B C

mulacra,collocare maxime adnituntur, non tamen inanimata & insensibilia quædam, nec dæmonum, siue loca, siue simulacra vt diximus susceptibilia,quę prius illi insederint,sed spiritus dei capacia,qui virtutē inhabitet:tabernacula,& ei⁹ vtiq̧ dei,qui ad sui nos imaginem struxerit,& veluti ad domesticos & familiares accedat. Sic autē Christi & spiritus (vt ita dixerim)similiter figuratis insederit: & hęc ipsa cū vellet diuinus sermo ꝑtendere: deū descripsit in ꝓmissione iustos sic alloquētem:Inhabitabo in ipsis,& inambulabo:eroq̧ illorū dominus,& ipsi erunt mihi in populū: Saluatorē vero ita dicētē: Si quis autē verba mea audierit & fecerit ea:ego & pater veniemus ad eū,& mãsionem apud eum faciemus. Disquirat igiť qcūq̧ velit aras istas quas nuꝑ expositi,& si lubet, cum aris his conferat quas intulit Celsus:& simulacra ipsa deū coletiū animis insidētia,cū Phidię illius & Polycleti simulacris,& opificū cæterorū huiusmodi:ꝓfecto aperte intelliget,illa qdē inanimata & tēporis ꝓcessu corruptibilia fore: nostra vero hęc in anima immortali ꝑmãsura tãdiu, q̄diu rationalis anima in ea voluerit ꝑmanere.

D Vel si tēpla tēplis sint cōferēda,vt Celsi dicta suscipientibus demōstremus quēadmodū vt delubra fundentur simulacris & aris supra iam explicatis aptius congruentia,haudquaq̄ sumus ipsi ꝓhibituri,sed ꝑcipue id auersabimur,vt ei qui vitam nobis hãc elargiť,tēpla quædã inanimata neglectis certioribus collocentur:audiat quisq̧ si lubet, quo pacto nos instruamur,dei tēplū nostra eē hæc corpora: & qui per libidinē hæc ipsa,& ꝑraua facinora hoc est dei id tēplū corruperit,& in veri⁹ tēplū se impie gesserit,dispꝑditū iri. Istiusmodi autē tēplis oībus id nomē sortitis,lōge potius erat atq̧ ꝑstantius sacrosanctū illud & nitidissimū saluatoris nostri Iesu corpus:q cum certo sciret moliri posse ab impiis ĩ dei tēplū qd vtiq̧ in se esset,insidias,non tamen ꝓ eorū animi ꝓmptitudo q has molirentur,diuinita te ipsa q̃ id tēplū ędificasset,validior foret,sic illos affatur: Soluite tēplū hoc,& ego in triduum excitabo illud:qd vtiq̧ de suo corpore affirmabat.Et alias qdē diuina doctrina de resurrectione hos mystice cōmonefacit, qui dei verba auditu quodã diuino ꝑcipere quiuerit plane id affertura,ꝙ e viuis & ꝑciosissimis qui busdã lapidib⁹ fir id tēplū exędificãdū quandoq̧: & quēadmodū eorum quisq̧ ex diuinę doctrinę monitis ĩ eū qui fuerit secūdū se conspirauerit cultū,dei tēpli totius ꝑciosus futurus sit lapis:sicuti & Petrus subiūgit. Vos autem ædificari estis lapides viui,& dom⁹ spiritalis in sacerdotium sanctū offerre spiritales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Et Paulus. Aedificati sup fundamētum Apostolorū & Prophetarū,ipso summo angulari lapide Christo Iesu domino nostro. Et item Esaię illud mystice dictum,ꝑinde ac ad Hierusalem ĩ eã sentētiã habitū.Pręparo tibi carbonem lapidē tuū,& fundamenta tua saphyros, & ꝓpugnacula tua iaspis,& portas tuas lapides crystalli,& circuitū tuum lapides electi,& oēs filios tuos docibiles dei,& in multa pace filii tui,& in iustitia ædificaberis.Cōstat autē iustorū nōnullos carbonē lapidē esse,saphyrū alios,alios iaspidē,crystallū alios: sic fit vt oē electoꝝ & ꝑciosorū lapidū gen⁹ pręse tulerit iusti.Nūc vero de lapidibus hisce,& eorū natura,& qualesnam ad animas,referri possit ex ꝑcioso hoc lapide nomē,haudquaq̄ pręsentis est temporis explicare.Illud duntaxat esset

B vel breuiter disserēdū:qdnã præse ferãt iuxta nos tēpla,& dei vnius tēplū,qd ex ꝑciosis cōstet lapidibus. Quēadmodum eīn si in aliorū cōspectu sua singuli & legitima templa pro ci uitatis amplitudine extollēdo iactarent, explicaturi omnino sint,vt qui tēplorū magnificētiã glorię duxerint,quęcunq̧ in suis delubris pręcipua viderētur,vt aliorū inferiora esse arguerēt:sic & his q idcirco nos criminãtur qa haudquaq̄ deū in insensibilibus templis colēdū existimamus,nostra hęc & spiritalia oppo nim⁹ tēpla:& his plane ostēdimus, q nō oīno insensibilitate laborant,nec suorū insensibiliū deorū similes sint,nullo pacto nostra hęc templa posse cū gentiū tēplis cōferri: nec nostras aras cum istoꝝ aris qcq̄ habere similitudinis, nec nidores qdē ipsos & sanguines,nec ea quę nos suscipiūt tēpla,cū eorū q sensu carent delubris:quę vtiq̧ insensati hoies demirant, qui nec diuinū sensum animo versant, quo deum quis sentiat, nec simulacra simul & aras deo cōuenietia cōtēplant.Non igiť ad nostrę huius inuisibilis & inexplicabilis animorū cōdictionis,& tãti cōuentus confirmationē, simulacrorū tēplorūve fundationes defugimus: sed qa vbi per Iesu doctrinã cōperimus quēadmodū colēdus sit deus,ea nos euitamus, quę sub pietatis ꝑtextu,& opinatione quadã impios reddant,q a vero p Iesum cultu errãdo fallūtur,q vtiq̧ solus ad pietatē est via,& in vero illud ꝑfatur,Ego sum via,& veritas, & vita. Sed videam⁹ quæ deinceps de deo dictur⁹ est Celsus,qui (vt vera fatear)vt idolothytis, vel vt ita dixerim,Dæmonothytis vtamur,hortetur: & vt ipse forsitan, vt plane nescius

A quid in vero sit sacrũ,& qualia sint apud deũ hũc sacrificia, Hierothyta nũcupauerit. Quę aũt infert istiusmodi sunt. Vniuersis qdẽ com munis est de⁹, bonus præterea, & nullius indi gens rei,& inuidia liber: quid igitur impedit quo minus q ei admodũ sint dedicati, publi cis vt sacris fruãtur? Et sane haud satis intel ligo, qd iste imaginãdo, vbi deũ & bonũ dixit & nulla re indigentẽ,& carẽtẽ inuidia: subse qui illud existimet: qui ei sunt dedicati, frui vel sacris publicis oportere. Et dixerim equi dẽ illud forte subsequuturũ, qñquidem & bo nus sit de⁹,& nulla re egeat,& inuidia vacet, vt publicis sacris hi pfruantur: si modo nihil illa haberẽt qd falleret,& ex diuina quadã cõ teplatione essent hęc instituta, vt quæ ad dei cultũ,& pietatẽ deducerent. Q̃z si publica ista nomine tenus q̃ diximus sacra, nil penitus ha beãt qd plane ostẽdat diuino se cultui conue nire, sed eorũ esse figmenta coarguant qui ex historiis qbusdã humanis ista hęc sanxerint, seu ex aliis nõnullis rerũ naturã cõrinẽtibus, vt aquę, terrę, vel fructuũ ex hac prodeũtiũ: vtcũq̃ tñ se habeãt, liquet sane qui deũ cole re accuratius velint, id rite facturos, si publi carũ solẽnitatũ participent. Festus siqdẽ dies, vt e Gręcorũ inqt sapiẽtibus quidã, nil aliud prefert, nisi vt quis decentia faciat: & in vero celebrem diẽ is egerit, q semper quæ deceant orãdo perficiat,& cõtinẽter deo cũ supplicat sine sanguine offerat sacrificia. Vnde accom modatissime illud apud Paulum dictũ videt. Dies autẽ obseruatis,& mẽses,& tẽpora,& an nos: timeo ne forte sine causa in vobis labora

B uerim. Q̃z si quis ad hęc fortasse obiecerit vel dominicos dies, vel parasceues, & paschatis, vel pentecostes tẽpora, quę ex diebus vtiq̃ cõ stãt: dicẽdũ perfectiorem quẽq̃, qui pro verbi domini ac dei natura dictis factisq̃ & cogita tibus semp insistat, assiduo in domini diebus versari,& dominicos perseuerãter agere dies & ad recte viuendũ sedulo paratiorem se red dere, a mundiq̃ suauitudinibus his abstinere hominũ plerosq̃ fallẽtibus: nec carnis sapien tiam enutrire, sed propriũ castigando corpus in seruitutem redigere. Sic fieri, vt sine inter missione parasceues dies hic ducat: quippe q & illud sat calleat, vt pascha nostrũ immola tus est Christus: & intelligat ei festũ esse hũc diẽ ducẽdũ, qui verbi carnem iustius edat, & ita vt semper Pascha hic peragat, qd trãsitus latine interpretatur: nimirum qui continuo cũ mẽte, tũ verbis, tũ re ipsa & opere, ex vitæ huius negociis ad deum ipsum,& eius ciuita tem iter trãseũdo acceleret. Nec secus & qui in vero id dicere quiuerit: Consurreximus Christo,& ille nos simul & suscitauit,& cõsi dere in supecęlestibus in Christo effecit: haud dubie semp in Pentecostes diebus versatur,& tunc præcipue vbi superiore cœnaculo Iesu ipsi Apostolorũ more inscẽso, precibus ita & votis inrẽderit, vt dignus vehemẽti spiritu il lo & cęlitus aduentãte reddatur: qui vtiq̃ id circo & vehemẽs erat & violẽtus, vt ex homi nũ genere nequitiã tolleret, & q̃ ex hac pro deunt, mala: nec secus & linguæ illius adeo ignitę diuisione dignetur. Is vero q inter cre dẽtes videtur pręcellere, nec tñ tanti esse post modũ deprehendat: indiget (vt ita dixerim) sensibiliũ exemplorũ, cũ vel nolit qdẽ, vel ne queat omnes & tales dies hos ducere, vt non penitus dilabat. Istiusmodi arbitror vbi Pau

C lus cognouisset, festi diei partẽ, festũ id nomi nasse, qd pter dies cæteros festos statis diebus celebraretur: & ex istiusmodi dicto aperuisse, nõ in parte aliqua festi diei, sed in itegra qua dam & indeficiente hunc esse, qui ꝑ verbi do ctrina vitam perpetuo duxerit. Aduerte itaq̃ rursum vbi nostri hi celebres dies cum Celsi fuerint publicis sacris collati,& festis diebus: vt elegãtiores longe apud nos sint, q̃ solẽnes apud alios dies publice obseruati: in quib⁹ sa pientia carnis ad ebrietates & luxus demum conuersa petulantius agit. Sed longum esset velle nunc explicare, cur iuxta dei legẽ, sacra ti dies doloris panẽ comedere doceãt,& item cum lactucis agrestibus azyma, & animas vt suas humiliẽt,& si quid est huiusmodi aliud. Nõ eñ fieri po rest vt compositus e pluribus homo, qdiu caro aduersus animã cõcupiscit, & aduersus carnem spiritus, ab vniuersis ca uendo festũ diem vt agat. Aut enim quis spi ritu dum festũ id agit, corpus castigat, quod vtiq̃ nequeat carnis ob sapientiam cũ spiritu hoc ipso diẽ celebrem ducere: aut si iuxta car nem hunc celebrẽ duxerit, haudquaq̃ quiue rit qui iuxta spiritum sit, festũ diẽ hic capere.

D De festis hęc hactenus. Sed videamus iã qui busnã dictis Celsus vtatur, cum nos vt idolo thytis vescamur hortatur, & ad publica, & in publicis sacris sacrificia & immolationes cõpellat. quæ vero infert huiusmodi sunt. Si eñ nullius momenti esse hæc idola iudicen tur: cur nõ molestius fuerit in publicis Athe niẽsium sacris epuli participare? Si dæmones prętereа extent nõnulli, perspicuũ est dei hos esse: vnde & prestãda erit his fides, & ex lege rite sacrificandũ,& vt propitii sint supplican dũ. Hęc vero vt acrius refutent, optimũ fue rit ea in man⁹ desumere, quę de idolothytis

Paulus in epistola ad Corīthios prima edisse rit, vbi nil esse idolum insistendo affirmat: & quid iacturę postmodum subsequatur edicit, si idolothytis qs in esum vtat: his plane ostendens q audire huiusmodi quiuerint, longe deteriora deniq patraturū q his vescerēt, q̄ qui hoīem trucidarit: quippe qui suos fratres deperderet, p qbus mortē obierit Christus. Post hęc vero statuēs q̄ immolanť, dæmonibus immolari: particeps dæmoniorū fieri ostēdit q dęmoniorū mēsę participēt: nec secus & fieri nō posse vt Christi quis mensę & dęmoniorū
E simul particeps fiat. Sed quoniā orationis cōtextum oēm q vtiq in epistola ad Corīthios prima plurib⁹ cōstat, res ipsa in p̄senti exigeret, cū de idolothytis & dæmoniis agitur: cōtenti his erimus quæ paulo post inferētur: in quibus ea peruestiganti plane videbiť: quēadmodum etsi nihil sint idola, alioquin vel hoc pacto grauius esse vt idolorū epulis q̄sq̄ participet. Q3 si vel extēt dęmones quidā, qbus sacrificia hæc offeranť, haud tamen esse & nobis de his quoq̄ pacto participādū sat liquet: qui optime calleamus, quid dn̄i mensa, & dæmoniorum inter se differāt. Quod vtiq cum sit nobis compertum, enixe omnia facimus, vt dn̄i mensæ participes perpetuo simus: quouis modo cauentes, ne ex dęmonū mēsa partē aliquā vendicem⁹. Sed cū inquiat Celsus dei vel
F dęmones esse, & idcirco p̄stādā fore his fidē & sacrificādū legitime, & vt propitii sint supplicādū: vel de his quidē volētes singuli erūt per nos certiores reddēdi, monendiq quēadmodū dei verbū nil velit qd̄ improbū sit nuncupari dei rem esse: quippe qd̄ tanto domino indignum plane decernat: vnde nec dei homines appellātur, nisi qui deo sunt digni: qualis Moyses fuit, qualis Helias, & si quis alius dei homo describitur: vel eorū qs similis sit, quorum res optime gestæ sint literis proditæ. Sic item nec omnes angeli, dei angeli nuncupantur: sed qui beatiores sunt solū: nam q se olim ex angelis ad deteriora conuerterant, diaboli angeli nominanť: quemadmodum & qui ex hominib⁹ improbi sunt, peccati homines asserūtur, & pestilētię filii vel iniquitatis dicuntur. Sed cum inter homines p̄biores sint quidā, nōnulli autem improbi, eiq dei hos esse, illos diaboli affirmamus: nec secus & angelorum partim dei, partim diaboli fine: dęmones tamē non ita patimur, nimirū qui nequiores esse omnes coarguunť. Dicturi idcirco sumus, falsa esse omnino quæ huc in modū intulit Celsus. Q3 si dęmones fuerint nōnulli, perspicuū est dei hos esse: vel p̄ferat quiuis pro suo arbitrio argumēta, quibus ostendat nequaq̄ vel saniora, vel integra esse quę de angelorū partitione hmōi diximus: vel verum dici aliquid possit, quo vel in dæmones cadere istiusmodi quippiam proferatur. Q3 si id impossibile fuerit, liquet ergo non dei dęmones esse, vt quorū nō princeps sit deus, sed Beelzebub ille vt diuina scripta affirmaut: nec credendum esse dęmonibus monēt, vel ad id Celso nos cohortāte: sed mortem potius obeundam, q̄ his sit fidei quippiam adhibendum, vel quęuis insuper huic tolerāda, qui deo apprime obsequatur, ne dęmonibus hisce sacrificādum annueret. Siquidem fieri non possit vt his aliqd immoletur, qui & nequiores sint, & hominibus ipsis officiant. Verū quibusnā legibus Celso G
placitum est vt dęmonibus rite sacrificemus? Si enim ex his quę sunt ciuitatibus cōstitutæ ostendat id, confirmando cum diuinis has legibus cōuenire: qd̄ sane nil quiuerit hic patefacere: non enim vel si hęc vicissim edixerint improborum quorundam decreta, vel multarum vrbium leges, quas diuinas nos dicimus haudquaq̄ esse p̄prie leges, his erit fides præstanda: quid nīsum deo sit potius q̄ hominibus obsequendum. Propulsandū est itaq Celsi cōsiliū affirmātis supplicādū dęmonibus esse nec quoq̄ pacto audiendū. Deus nāq & solus est adorandus: vnigenitusq & omnis primogenitus creaturę deus verbum supplicitet est & vt pontifex deprecādus vt nostras q̄ ad se peruenerint p̄ces, ad suū deū & nostrū dominū deferat, q eius & pater est, & eorū p̄terea q pro dei doctrina duxerint vitā. Quēadmodū enim eos homines habere p̄pitios haudquaq̄ vellem⁹ qbus placeret & nos ex sua ipsorū nequitia degere, si minus se in eos benigniores p̄stārēt, q aliter lōge atq ipsi sentirēt, & contraria mallēt: quandoquidē illorū benignitas infensos esset deo nos redditura: sic itē & qui dęmonū naturę voluntatisq & nequitiæ habuerint cognitionē, nūq̄ profecto optauerint dæmones hosce habere propitios: non em̄ vel si nihil his habeant fautores, pati ab his aliquid poterunt, vt qui a deo benignitate erga se quadam, & suæ gratia pietatis, & angelorū tutela seruētur, ne quid iacturæ a dęmonibus subeant. Qui vero deū habuerit ob eius in se pietatem propitium, quive permagni consilii angelum dei dominū Iesum susceperit: contētus dei per Christum Iesum iam parta clementia, vt a dæmonū vniuerso exercitu nil p̄pessurus, fidens id dixerit: Dominus defensor vitę meæ, a quo trepidabo? Et si exurgat aduersum me p̄liū, nō timebit cor meū. Hęc velī ad

A ea quę Celsus intulerat, respōdisse. Cæterum
quę deinceps dicturus est exponētes, age pro
viribꝰ & hęc perscrutemur, quæ ita se habēt.
Etenī si ex patria quadā cōsuetudine immola
tionibꝰ nōnullis hi abstinent, erit ergo vel ab
omniū animātiū esu his abstinēdū: quatenus
& Pythagorę ipsi videt̄ cū animā, tū eius or-
gana venerāri. Si vero quod ipsi affirmant, id
agūt, ne cum dæmonibꝰ vna cibum desumāt,
beatā istorū dixerim sapientiā: q̄nq̄dē id sero
intelligūt, cū assidui sint dęmonū conuiuato-
res, & tūc solū id caueāt cū hostiam viderint
immolatā: cū vero frumēto vescunt̄, & vinū
perpotāt & aquā, arborūq; fructus degustant,
& hanc aurā spirāt, haudquaq̄ a dæmonibus
singula hęc isti desumpserint, quibꝰ seorsum
& singulis, istarū sit rerū cura iniūcta. Ipsi ve-
ro nescio quo pacto ex his Celso illud sit sub
sequi visum, vt vel a quorūuis animātiū esca
sit his abstinēdū, quos e patria quadā consue
tudine ab hostiis dixerat q̄busdā cauere. Neq;
id dixerim, p̄inde ac nō eadē hæc suggerat &
hunc in modū diuina doctrina, vt & tutiꝰ vi
ta degatur & purius: Bonū est nō māducare
carnem, & nō bibere vinū, in quo frater tuus
offendit̄. & alibi rursum. Ne forte ex tua esca
illū perdas, p̄ quo Christꝰ mortuus est. & ite-
rū: Si esca scādalizat fratrē meū, non māduca
bo carnē ī ęternū. Sciēdū aūt q̄ cū Iudæi nos-
se se Moysi legē putarēt, eāq; in escis dūtaxat
seruarēt, dū ea solū in cibū desumerēt quæ ex
lege sibi sunt mūdiora, & ab imūdis cauerēt,
ita vt ne bestiarū quidē in cibū sanguine vte-
rētur, neq; q̄ a bestiis caperent̄, & aliis itē plæ
risq;: de quibus q̄a lōgū esset differere, eo & in
pręsenti nō opportunū ducimus hęc cōquirē
da: subsequuta postmodum Iesu domini disci
plina, vbi oēs vellet ad puriorē illū & diuinū
cultum mortales hortari, & nō sub legis gra-
uioris p̄textu multos q̄ moribꝰ p̄fecissent, in
terpellare, definiuit demū & sanxit nō ea ho-
minē inquinare q̄ os ipsum ingrederent̄, sed quę
ex ore p̄diτēt. Nā omne, inq̄t, q̄d in os intrat
in ventrē vadit, & in secessum emittit̄: q̄ autē
p̄cedūt de ore, de corde exeūt, & ea sunt quæ
coinquinant hominem. De corde enim exeūt
cogitatiōes malę, homicidia, adulteria, forni-
cationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.
Inquit p̄terea Paulus: Esca nō commēdat nos
deo: neq; enim si non manducabimus deficie-
mus, neq; si manducauerimus abundabimus.
B Exinde q̄a obscuriora hęc aliquāto sunt visa
nisi seorsum vt clarius innotescerent secerne-
rētur, visum est Iesu Apostolis, vel in Antio-
chia senioribꝰ ad id coeuntibus, eadē hæc cū

sancti spiritus numine explicando, his q̄ ex gē
tibus credidissent p̄ epistolā scribere, qua his
ipsis ea in esum necessario interdicerēt q̄ ipsi
nominatim edixerint, vti idolothyta sunt &
suffocata, & p̄gustata a bestiis, & sanguis cū
carne. Nā idolothytū dæmonibꝰ īmolat̄: nec
decet q̄dē q̄ deū sectetur dęmonū mensæ fieri
participē. Suffocata aūt fuerint, sanguine nō
expresso demortua: q̄ vtiq; dæmonū esse asse-
rūt cibū, vt ex cuius nidore hi nutriant̄. Hæc
idcirco diuinꝰ p̄hibet sermo ne ī cibū sumāt̄,
ne forte dęmonum cibis enutriamur: perinde
ac nobiscū istiusmodi spiritꝰ coalant̄ si suffo-
catis vescamur. Ex his autē quę de suffocatis
iam diximus, poterit itē & sanguinis abstinen
tia hęc innotescere: verū cū ad id loci peruen
tū sit, haudquaq̄ fuerit absurdū eius sententiæ
meminisse, quā Christianorū plærīq; in Xesti
cuiusdā dictis hūc in modū perlegūt. Eorū q̄
animata sunt vsus indifferēs est, sed ab his abs
tinere rectius fuerit. Nō igitur a bestiis hisce
simpliciter & patrio quodā more nos abstine
mus, quas isti p̄ hostiis ducūt, & his īmolant̄
qui vel dii, vel heroes, vel dæmones vtcunq;
tradūtur, sed ratione multiplici iā partē iam
explicata. Nec sane quēadmodū nō solum ab
omni est vitio abstinendū, sed ab his etiā quæ
a vitiis p̄deunt, & a cuiusuis bestiæ & carnis
esu cauendū est, sed a quauis re abstinēdum, q̄
crimini detur. Fugiēda sunt nāq; quæ vel ad
voluptatē, vel ad ingluuiē fiunt: ne videamur
perinde his acti vt temere vesci, quæ vel ad sa
nitatē nil faciāt corporis, vel medelā: etsi ani-
mā nil affirmemꝰ vicissitudine quadā ad cor-
pora vel brutorum plęrūq; ad suimet ignomi
niam demigrare. Et sane nec Pythagorę illius
in morē ab animantibus his abstinemus: q̄ppe
qui rationalē duntaxat animam honorare di
dicimus, & huiꝰ organa sepulcro honorifice
demandare. Nō enī par fuerit rationalis ani-
mę domicilium vtcunq; sors tulerit, quemad-
modum & brutorum solemus, inhonoratum
abiicere, & illud p̄cipue quod animæ sanctio-
ris receptaculum fuerit. Post hęc Celsus quod C
tā Christiani, q̄ Iudęi prædixerāt, cū reddunt
de euitādis idolothytis rationem, & asserunt
nequaq̄ ei esse cū dæmoniis conuescendū qui
deo se prorsus addixerit: sic inquiens subdit.
Nos igitur quo ad cibatum potumq; attinet
haudquaq̄ aliter nouimus quempiam posse
cum dęmonibus vesci, ni forte ex his quę diis
libantur, & immolantur, aliquid in cibum de
sumat. Sed Celsus quidem id opinetur, & vt
alias dixit, cū existimet dæmonum mensæ par
ticipem fieri qui pane, terræq; fructibus aliis

diuescatur, & vinum potet, & aquam ebibat:
quia suo iudicio per dæmones ista summini-
strentur. Dicat pręterea, si modo id lubet, & q
vel auram ipsam hanc spiret, a dęmonibus q-
busdam id forsitan accepisse: perinde ac his
ipsis donātibus, vt aeris cōstitutis præsidib⁹,
D vitæ hanc auram vt animātia spirent. Osten-
dat etiā quicunq́, vt lubet, ex Celsi his dictis
& arguat velim apertius, non per dei angelos
quosdā, sed dæmones, quorū sit genus omne
nequissimum, vniuersa hæc regi: & nos ipsos
affirmet id asserturos, haudquaq̄ iniussu (vt
ita dixerim) inuisibiliū agricolarū, & aliorum
dispensatorū, qui nō modo e terra, sed e quo-
uis aquę profluuio vel aere generentur, terrā
producere quę per naturam regi & disponi di
cuntur: & aquā quidē in fontibus ipsis & na-
tiuis fluminib⁹ inūdare, deferriq́, aereq́ item
indifferenter seruari, & vitalem his fieri qui
ipsum hunc spirent: nil tamen fatebimur dæ-
mones esse inuisibiles quosdam qui reb⁹ hisce
terrenis præsideant. At si audientibus nobis
profari nonnulla licuerit, dicturi plane id su-
mus: q̄ si vel vindemiæ graciles sint, & vua-
rum sterilitates, vel arborum fructuumq́ ia-
cturā, & siccitates, & aeris demū corruptionē
siue ad animātium plęrūq́ perniciem, siue ad
desęuientē in homines luem, dæmones ipsos
perinde ac carnifices hæc omnia facere diui-
no quodam iudicio potestate accepta vt hæc
statutis tēporibus operētur: ita vt & res ipsas
eneruent, & hominū vitient valetudinem, si-
ue vt se ad rectiora cōuertant, vbi in profusio
rem nequitiā erupissent: siue ad rationalis ge
neris exercitationem id fiat, vt qui inter tam
multos mortaliū in vera pietate & cultu per-
stiterint, cū minus interea deteriores reddan
tur, inuisibilib⁹ item & visibilibus spectatori-
bus innotescant: qui nōdum eorū contemplē-
tur conditionem, & qui se longe aliter habēt
sua vitia occultantes, vbi quales sint tandem
ex his quę contigerint agnoscūtur, vt deniq́ re
sipiscāt, & notiores (vt ita dixerim) spectato-
ribus fiāt. Quod vtiq́ hymnidicus Dauid il-
le testatur, quemadmodum scilicet diuina sen
tentia per nequiores angelos quosdā quæ seu
riora sunt exercētur, cū inquit: Immisit in eos
iram indignationis suę: indignationē & iram
& tribulationē per angelos malos. Si vero hęc
pręter, alterius rei causa fiat q̄ dæmones hæc
agere permittuntur, qui enixe ad nequitiam
se exercere peruelint, & perpetuo quæ praua
sunt factitare: & si alioquin, quia prohibentur
nonnunq̄, hæc nequeant semper pro arbitrio
exequi: qui poterit diuinū scrutetur iudicium

pro humanę naturæ viribus imaginādo mul
tiplicem & repētinū e corporibus animarum
excessum viis hisce vtentium quę ad mortem
mediam ferant. Nam & magna sunt dei iudi-
cia, & eorū prę magnitudine, haudquaq̄ sunt
mente susceptibilia quę mortali sit adhuc cor
pori illigata: vnde & inexplicabilia sūt & ru
dioribus animis nullo pacto spectanda. Quo
fit vt qui iudicia dei ignorent, dum peruica-
cius audent, & diuinitati dum petulanter insi
stunt, & aduersum prouidentiam ipsam im-
pia quædam decreta dum inferunt, mirum in
modum eorum vesaniam augeant. Non itaq́
a dęmonibus singula quæq́ ad vitā necessaria
sumimus, & hi præcipue qui decenter his vti
didicerint: nec sane dęmonibus hi conuescun
tur, qui frumento, vino, fructibusq́ aquæ, &
aere perfruuntur: sed diuinis potius angelis,
q dei ex instituto his p̄sident rebus: & perinde
ac eius qui pietate polleat ad cœnā vocentur
dicta hęc audiant, istiusmodi nos instruentia:
Siue enim manducatis siue bibitis, omnia in
gloriam dei facite. & alibi: Siue manducatis, si
ue bibitis, omnia in nomine dei facite. Cū ita
q̄ in dei gloriam manducamus, & bibimus, &
auram hanc ipsam spiramus, & ea ex discipli-
na omnia facimus: alteri profecto nulli conne
scimur nisi angelis duntaxat cælestibus. Nam
& omnis creatura dei bona, & nihil reiicien-
dum quod cum gratiarum actiōe percipitur:
sanctificatur enim per verbum dei, & oratio-
nem. Neq́ enim creatura vel bona fuisset, vel
sanctificari sat poterat, si dæmonibus essent
(vt Celsus affirmat) curanda cuncta hęc tra
dita. Ex his autem liquet, quemadmodum &
subsequentibus Celsi dictis sit per nos occur E
sandum, quæ huiusmodi sunt. Aut enim nul
libi nobis viuendum, cū interea repudiādum
id minime sit: aut certe necesse fuerit omni-
no vt qui ad vitam concesserit, dæmonibus
his gratias agat, qui sunt terrena ista in curā
sortiti. primitiæq́ item & vota quoad vixeri
mus illis reddenda, vt benigniores hos nan-
ciscamur. Et sane nobis viuendū est, & ex dei
doctrina viuendum, q̄diu licuerit, & secundū
hunc fuerit vt viuat permissum. Quod vtiq́
tunc permittetur, cum siue nos māducamus
siue & bibimus, in dei gloriam cuncta feceri-
mus. Nec per nos erit repudiādū, quo minus
gratias conditori rerū agendo, quæ ille crea-
uerit perfruamur. Et sane ad hæc potius su-
mus in vitam per deum inducti, q̄ ea qua Cel
sus putat de causa: nec dæmonū ditioni sub-
iicimur, sed præsidi rerum deo per Christū Ie
sum nos offerentē. Et ex lege quidem diuina,

nullus profecto quę in terris sunt prę innata nequicia sortitus est dæmon: lex siquidē his vel loca præscripsit, in qbus cognitionis dei sit solitudo & vitę quę iuxta se degit, vel vbi is plurimū valeat qui a diuinitate fit alien⁹. Vel forte ꝑ huius cupiditate & pręsides quidam ad æquiores quosdā excruciandos, per verbū qđ omnia moderatur, sunt instituti, & in eos vt imperiū habeant, qui istorū sese nequitię potius q̄ deo subiecerint. Quocirca Celsus, vt dei ignarus, gratias dæmonibus reddat: nos vero conditori rerū morem gerētes, pro eius collatis ī nos beneficiis vbi & gratias diximus, oblatis panibus vescimur, q vtiq ex oratione & ꝑcib⁹ ī sanctius quoddā corpus cōflantur, qđ sane sanctiores hos reddit, qui mente integriore hoc ipso vtantur.

A Placet ꝑterea Celso, vt & primitię dęmonib⁹ offeranť: nos vero iubenti illi, Germinet terra hęrbam virentem afferentem semen iuxta genus suū & speciem suam, & lignū fructiferum faciens fructum, cuius semen in seipso secūdum genus suū in terra: oblaturi primitias sumus: vbi vero has obtulerimus, huic & vota summittimus: pontificē nacti vt magnū: ita & cælum pertranseuntem, Iesum filium dei, spei nostrę teneamus q̄diu superstites sumus confessionē, cū sint erga nos cum Deus tū eius filius clemētiores, q vtiq deus in Iesu nobis innotuit. Q; si angeloꝝ multitudinē aliquā cōcupiscimus in nos se vt clementius gerat, discendū id erit: Et mille milia assistebāt ei: & mille milia ministrabāt ei: quę vtiq multitudo cognatos sibi & amicos hos fecerit, quos suam viderint erga deū pietatem imitari & cultū, ita vt eorū opitulentur saluti, qui deum & inuocēt, & ex animo deprecentur: apparendoq & exhortādo necessariū ducunt vt sibi obtemperetur, & ipsi veluti ex vno eodemq coetu ad eorum cum beneficium, tum salutem concedant qui deū supplicādo adorent: quē ipsi item & adorant & suppliciter venerantur. siquidem spiritus omnes qui ministrādi funguntur hoc munere, eorū gratia ad dispensationes mittuntur, qui salutem sunt vt hæreditariam habituri.

B Dicant igitur Gręcorū philosophi humanā animam dæmones quosdam fuisse vel a creatiōe ipsa sortitos: At Iesus nos docuit, ne vel ecclesiæ qui paruuli sunt, aspernemur, cū inquit. Istorum angeli semper vidēt faciem patris mei q in cęlis est. Et item propheta. Immittet angelos domini in circuitu timentiū eum, & liberabit eos. Non itaq & ipsi dæmones esse in terris perq̄ multos negamus, quos cōstare asserimus: sed ī prauos quosdā ob eoꝝ nequitiam ditionem habere, nil posse tamen in eos qui dei armaturam susceperint vt possint aduersus diaboli insidias stare, & illorū colluctationes animo semper versare, vbi primū cognouerint nō esse nobis aduersus carnem & sanguinē colluctandū, sed aduersus principatus & potestates, & aduersus mūdi rectores & tenebrarū, aduersus spiritalia nequitię in supercęlestibus. Sed pernoscenda nobis sunt Celsi & alia dicta huiusmodi. C Num sane Persarum, siue Romanorū Imperatoris prefectus aliquis, siue Eparchus, exercitusq ductator, siue Procōsul, vel si q sunt alii qui & minores gesserint magistratus, vel procuratione fungantur, siue administrāda quędā susceperint: magnū quiuerint in modum officere si negligant? qui vero aerea & terrena hęc moderantur & administrār, parū ne sunt obfuturi, si cōtumeliis forte afficianť? Aduerte quēadmodū humanos quosdā prefectos, Eparchos, ducesq, & ꝑcōsules, quive minoꝝ funguntur magistratuum munere, procurationesq gerūt, & plęraq administrant, induxerit Celsus vt plurimū nocituros se lacessentibus, cum minus intelligat nec sapientē quempiā virūm obesse cuiq vel le: sed quoad ei dūtaxat licuerit, q sese iniuria quauis affecerint, maximū in modū percupere, vt ad rectiora traducat, & reddat, si liceat, meliores. ni forte Lycurgo q leges Lacedæmoniis cōdidit, vel Citieo illo Zenone, iuxta Celsum, dei cū satrapes isti, cū Eparchi & pręfecti exercitus, fuerint iferiores. Lycurgus siquidē cū iu ditionem iam accepisset q oculum sibi excusserat: nō modo illarā iniuriam nil vindicauit, sed illū tādiu enixe commonefecit, quoad tādē se vt ad philosophiā cōferret, suasit. Et Zenon item ad eū qui sibi cōuiciaretur, Dispeream dixit, nisi te amicū cōciliauerim. Nec eos cōmemoro, qui ex dei doctrina iam impinguati, id audiūt: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequētibus vos, vt efficiamini filii patris vestri qui in cęlis est, & qui solem suū oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et in prophetis iustior ille sic inqt. Domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis: Persequatur inimicus animā meā, cōprehendat & conculcet in terra virā meā. Nō enim vt autumat Celsus, dei Satrapes ipsi & Eparchi, procuratoresq angeli, & ministri, malis affecerint qui iniuriā inferāt. At si q dæmo-

nisi quos imaginatꝰ est Celsus, q̄a praui sunt
forte offecerint, vt q̄bus nullus sit vel militā
di, vel ꝓcurandi a deo creditus magistratus:
vel illis haud dubie sūt qui sibi veluti domi-
nis obsequunt, obfuturi q̄maxime: & hac for
te de causa, qui quouis in loco legē ꝑuarican
tur, qua plane cauet, vt re quauis vescimil li-
ceat, si sub istoꝝ sunt dæmonū potestate, pro
culdubio malo afficiunt. Si vero haudquaq̄
eorundē sese obnoxios numini fecerit, liberi
sūt, nec mali quippiā ab his perpeti possunt,
ita vt abire procul & ī rem malam dæmones
iubeāt: qui vero, vt ī cęteris ignari & rudes,
dęmonū se seruituti obstrinxerit, lædi ab his
facile queūt. Non tamē qui in vero Christia-
nę sit religionis sectator, & deo sese & eiꝰ ver
bo addixerit, ab hisce dæmonibus quippiam
patiet, vt qui longo sit interuallo illis supe-
rior: nec malo affici ꝑterea poterit, quia im-
mittet angelus domini in circuitu timētium
eū, & eripiet eos: & eoꝝ angelꝰ semper videt
faciē patris qui in cælis est, orationesq̄ & vo
ta per solum pōtificē Iesum ad Deum defert
omnipotētē. Quinetiam illoꝝ simul hic cau
sa supplicabit, quorum & ꝓcurationē susce-
perit. Non igitur teneat Celsus, offensum iri
nos, dęmones cōtēnendo: quippe qui vel ne
glecti & spreti obesse nobis nil quiuerit, ei iā
inhęrentibꝰ qui solus potest se quibusuis di-
gnis opitulari, & angelos insuper his suos ꝑ
ficere, qui pie se colāt, ne aduersantes angeli
angelorumq̄ istiusmodi puersorum ductor
& huiꝰ seculi q̄ dicitur princeps, in hos que-
D ant aliquid operari, qui deo inhęserint. Dein
de oblitus iam Celsus ad Christianos se ora-
tionem habere, & hos dūtaxat affari qui deo
per filiū supplicent: vel aliena temere quædā
confundens, & Christianis dicēda coaptans,
sic inquit. Si em̄ barbare quis hos appellaue
rit, vim vtiq̄ sunt habituri: si grece, latineve,
profecto nullā. Verūtamē ostēdat hic velim,
quenā ipsi vt auxilio sit inuocātes, barbare ap
pellemus: & tandē ipse sibi suadeat frustra se
hęc in nos effudisse, his sedulo insistendo, q̄
Christianorum q̄ reliqui sunt, haudquaq̄ in
ter vota & preces his ipsis vtant nominibus
q̄ sacris sunt literis prodita, & in dei sint nū
cupationibus instituta. At greci quidem grę
ce hunc nominār, & latine Romani, & singu
li item natiua & vernacula lingua deū precā
tur, & laudibus ꝓ se quisq̄ extollit. Enimue-
ro qui est linguarū omniū dn̄s, audit quidē
quauis lingua orantes: nec secus ac si vnā tā
tisper (vt ita dixerim) pro rerum significātia
vocē exciperet e variis linguis expressam, nō
enim ꝓfidens vniuersę machinæ deus, veluti
vnus aliquis fuerit qui barbarā sit linguam
vel gręcam sortitꝰ, & ita vt cæteras nesciat,
vel vt nil cęteros curet qui alio quodā dicen
di genere vtcūq̄ loquatur. Post hæc Celsus, E
vt qui Christianū neminem audisset, sed quē
piam forte e turba, q̄ & impiꝰ, & rudior fue-
rit, huiusmodi ait Christianos iactare: Ecce
vbi vel Iouis ipsiꝰ, vł Apollinis, vel cuiusuis
dei astiterim simulacris, & maledictis incesse
rim, ita vt alapis cędā: profecto iniuriā nemo
hanc vlcisceretur, nec se quoq̄ pacto tutabitur
qui ceditur Deus. cum tamen minus intelli-
gat esse diuina lege ita iniūctū, Diis non ma
ledixeris, ne vestrum os insuescat cuiuis ma
ledicere: q̄ id auditis, benedicite & nolite ma
ledicere: & illud sitis edocti, Maledici dei re-
gnū nō hęreditabūt. Quis em̄ nostrum adeo
desipit, vt nō plane intelligat, nihil ista vale-
re ad tollēdā de legitimis apud hos diis opi-
nionē: quandoquidem vel q̄ deos penitus ne
gāt, & prouidentiā tollunt, & per praua quę
dam & impia dogmata philosophoꝝ perin-
de ac sectā conflauerint, vel qui istos sequun
tur: haudquaq̄ malis hisce afficiant, quibus
affici pleriq̄ hos putāt, sed diuitiis affluunt
& prosperiore sūt corporis valetudine. Q̄ si
quis quærat quidnā istos affecerit: aduertat
vt ingenti & præcipuo quodam sint malo af
fecti. Quid em̄ aliud fuerit q̄d acriꝰ possit of
ficere, q̄ vel ex hac mūdi structura & dispoſi
tione nullam habere conditoris sui cognitio
nem? Quid pręterea calamitosius, q̄ mēte pe-
nitus excęcari, nec eū attendere qui vt pater
est, ita & vniuersa cōdiderit? Istiusmodi dicta
cum iste nobis accommodat, Christianos se-
dulo criminatur, ea minime affirmantes quę
in sui defensionē afferre is arbitratur. Quod
sane ludibriū potius q̄ defensio foret: in qua
perinde ac nos alloquens, inq̄t. Nō igitur vi- F
des vir optime, quemadmodum tuum dęmo
nem nō solum quis obsistēdo maledicētia in-
sectaf, & terra mariq̄ exterminat, sed te sibi
vt simulacrū aliq̄d dedicatum, vinctū dedu-
cit, & palo suffigit: & dęmō iste, vel vt ipse af
firmas dei filius, nil prorsus illatam sibi iniu
riam vindicat? Locū forsitā esset Celsi ista de
fensio habitura, si dictis hisce nos vteremur
q̄ nos protulisse falso cōscripsit: tametsi neq̄
hoc pacto vera hic fateretur, cum dei filium
dęmonē dicit: q̄nquidem iuxta nos q̄ dæmo-
nes oēs nequiores esse asserimus, haudquaq̄
dęmō hic fuerit, qui hominū multitudinem
ad deū cōuerterit, sed deꝰ verbū & Dei filiꝰ
est nūcupādus. Per Celsum vero q̄ de prauis

dæmonibus nihil cōstituat, nescio quo pacto vt sui oblitum, Iesus dæmon denominatur. Ceterū q̄ de impiis apud nos tradita sunt, vel post oēs medelas, quas tamen haudquaq̄ admittūt, ad eos pertigerint q nequitia quadam & incurabili capiūtur. Nos vero cū de futuris suppliciis nōnūq̄ disserimus, cōmonefaciendo, permultos a prauis facinoribus ad rectiora cōuertimus. At pro Celsi sententia, vel Apollinis vel Iouis sacerdos qualia respō
A sa ediderit, pernoscamus. Aliquando tandem inqt cōmoliturę deorū sunt molę adusq̄ natorū natos, & qui nascētur in posterū. Aduerte q̄ melius illud qđ sacris in literis traditur: Nō em morienē parētes p filiis, nec filii p patrētibus sunt morituri, vnusquisq̄ in peccato suo morieē. Et illud. Patres comederūt vuā acerbā, & obstupuerūt dētes filiorū. Et filius nō portabit iniquitatē patris, nec pater filii. Iustitia iusti sup eum erit, & impietas impii erit sup eū. Q2 si qs his dictis, Adusq̄ natorū natos & qui nascētur in posterū: nostrū illud simile asserat: Qui reddit peccata patrū in filios ad secūdā & tertiā generationē q se oderint: edifcat queadmodū i Ezechiele parabola ipsum hoc pferat, vt perinde dictū ac improbet, patres comederūt vuam acerbam, & obstupuerūt dētes filiorū: qđ dictū mox illud subsequit: Viuo ego, dicit dominus: nisi q̄sq̄ suomet peccato morietur. Sed nequaq̄ huius est temporis explicare, quidnā hæc parabola sentiat, quæ ad tertiā generationē & quartā
B denūciat referri peccata. Deinde, vt contentiosę aniculæ solēt, nobiscū iurgando sic infert. Ipse vero istorū simulacra conuiciando irrides: q̄ si p̄sentes vel Bacchum criminando vel Herculē obiurgaris, nil forte lętus abscesseris: at qui tuū hūc deū p̄sentem distentū excruciarūt, nullum sunt infortuniū, vbi tā fœda patrassent, perpessi: sed neq̄ in posterū quidem per tot vitæ curricula, mirādum aliquid per hunc in eum editū est, qui se nō magum esse hominem, sed Dei filiū crederet. & sane qui filium ouiū quarūdam ob gratiam miserit, crudeliter postea ita excruciatū, vt oues partim deperderet, partim negligeret, tot iam elapsis tēporibꝰ, nullā adhuc huius curā suscepit. quis tam fuerit impius pater? At ille (inquies) sic voluit forsitan, & cōtumeliis idcirco afficiebat: at Bacchus & Hercules, vt ipse i deos id impie dixeris, dici etiā poterūt voluisse: & idcirco cōuicia tolerāt: nā & optimū fuerit, vt cū patibus paria conferātur. Sed hi q̄dē, in maledicū, vel fugacē, vel latitantē comprehēsumq̄ & deperditum demū acrius vindicarūt. Et ad hæc quidem dicturi nos sumꝰ, nemini nos maledicere, q̄ppe qui dicēti obtemperemus, Maledici regnū dei non hæreditabūt: & illud legamus, Benedicite maledicētibus vobis, benedicite & nolite maledicere: nec sumus eius dicti ignari: Cū maledicimur & benedicimus. Q2 si maledicētia hęc ius aliquod ei ad vindictā attulerit cui inferri iniuria videaē: nō tamē id nobis dei doctrina permiserit: quāto minus cū plurimum prę se stultitię ferat maledicentia ista, in neminē erūt cōuicia ingerēda! Atque adē stultum erit, vel lapidem, vel aurum, vel argētum, maledictis incessere, quę vtiq̄ sunt in deorū formā effigiata, & illis dicata qui a diuinitate longius absunt. Quo fit, vt non si mulacra hæc ipsa inanimata nos magis irrideamus, q̄ eos q ista adorēt. Sed esto, sint dęmones quidā, q imaginibus istis insederint: e quibus is quidē sit Bacchus, Hercules ille: haud tamen his ipsis cōuiciamur & maledicimus: superuacaneū nāq̄ id foret: nec ex eiꝰ conditione cui anima sit quiete & māsuetudine pdita, & quę plane didicerit, haudquaq̄ homini ex liuore cōuiciari. Nescio tamē quo pacto in id vel nolens reciderit Celsus, hos ipsos vt dæmones, quos paulo ante vt deos collaudasset, nūc re ipsa nequissimos esse coarguat: siqdē vlciscēdi se potiꝰ gratia, q̄ alios corrigendi, pœnas ingesserint, vbi iis quispiā maledixerit. Inqt em. Si Bacchū ipm vel Herculem maledictis incesseris: nil forte sis lętior abscessurus. Verū quo pacto nō p̄sentē quis audiat, qui velit ostēdere, curve nūc dii hi ad sint: nūc vero abscēdāt, & quęnā sit dæmonū ista de loco ad locum demigrandi industria. Post hæc Celsus existimās Iesu corpus illud
C distētū, & tormētis affectū, posse perinde ac deū nos esse astruere, & nihil i eo extitisse diuinitatis, sic inqt. Tuū vero hūc deū vel p̄sentem q distētū patibulo vero excruciarūt, nil mali sunt tāta hęc patrādo perpessi. Hęc Celsus. Ipsi vero, etsi plęraq̄ q̄ dei filius humanū in modū pertulerit, in superioribus iā explicarimꝰ, ne eadē sępe videamur repetere, missa nūc facimus. Sed cū deinceps affirmet, vel in posterū in tāto vitę hoc spatio nil prosus mali perpessos fuisse qui Iesum excruciassent: cum ei, tū cæteris id dicere cupiētibus, palā facturi sumus: quemadmodum ciuitas ipsa, in qua Iudaicus populus dignū duxerat vt patibulo Iesum suffigeret, illud sedulo clamitans, Crucifige crucifige eū, & latronē ex seditiōe & homicidio coniectū in carcerē maluerit liberari, Iesum vero ob inuidiā proditū, cru-

cifigi:haud ſane longe poſt debellata ſit,& tã
diu obſeſſa,quoad diruta & deſolata funditꝰ
eſt,Deo ipſos qui locũ incolerẽt vel cõmuni
hac vita iudicãte indignos. Nam vt mirum
quid dixerim,cũ indulgentiorẽ erga Iudæos
ſe deus antea pręſtitiſſet,vidiſſetq́ tãdem cu
rati haudquaq̃ hos poſſe,vt ſe ad potiora cõ
uerterent,ſed quotidie magis ad deteriora ꝓ
cedere:in hoſtiũ vt ditionẽ venirẽt permiſit.
& id ſane Ieſu pro illorũ iſidiis effuſi ſangui
nis gratia factũ:ita vt nec terra ipſa & geni-
tale ſolũ ferre diutius ac tolerare hos poſſet,
ꝗ in Ieſum fuiſſent tantũ ſceleris auſi.Nouũ
igitur illud & admirabile vel ex eo effectum
eſt quo Ieſus ꝑpeſſus eſt tẽpore, qđ circa Hie
roſolymã ipſam & geſtũ eſt, & in Iudaicũ ge
nus ꝙ tam crudeliter ſit deſęuitũ,& cũ Chri
ſtianoꝝ vniuerſa gẽte tam feliciter actum,vt
D hi perinde ſint ac denuo geniti.Mirũ ꝓterea,
ꝙ qui a dei teſtamẽto,& euangeliis,& a veri
tate ipſa tã ꝓcul abeſſent,diuina quadã vir-
tute veritatem demum ſuſceperint.Hęc ſane
tam mira haudquaq̃ venefici hominis erãt,
ſed dei opera,& cęleſtia quædam & admiran-
da:qui vtiq́ ſui gregis ob gratiã,eius doctri
nã quã in Ieſu eſſe conſtaret,tranſmiſit.Ieſus
vero,etſi affectus ſupplicio eſt,illorum potiꝰ
incuſanda ſęuitia fuerit ꝗ hũc iniuſtius cru-
ciarũt:& huius tolerãtia demiranda, qui tã
multa & cũ omni mãſuetudine tulerit: cum
nihil ĩterea huiꝰ ſupplicia dei greges corru-
perint,ſed vt dicẽdũ eſt potius, ad ſui cogni
tionẽ traduxerint:qđ vtiq́ & Ieſus ipſe affir
mat ſic inquiẽs: Si enĩ granum frumenti ca-
dẽs in terram nõ mortuum fuerit, ipſum ſo-
lum manet: ſi vero mortuũ fuerit , multum
fructum affert. Moriẽs itaq́ frumenti granũ
Ieſus ſcilicet,plurimum detulit fructꝰ,& aſſi
duo pater his prouidet fructibꝰ, qui ex triti
cei grani morte hac ꝓdiere , ꝓdeũtq́ in dies
& in poſterũ ſunt prodituri.Sãctus itaq́ pa-
ter ille ꝗ Ieſu genitor eſt, huic vt ꝓprio filio
nihil ĩdulſit,ſed pro nobis oĩbus tradidit:
ꝗ vt dei agnus tolleret mũdi peccata, mortẽ
ſubiuit:cuius rei de cauſa, haudquaq̃ coactꝰ
ſed volẽs, quę per cõuiciatores ſibi & maledi
E cos inferrent,ęquo animo tulit.Poſt hęc Cel
ſus ea reſumens q̃ de his dixerat qui ſimula-
cra ipſa execrationibus & maledictis inſecta-
rent,ſic inquit. At hi quos ipſe tã acriter de-
teſtaris,dici etiam poſſent id velle,& idcirco
aliorum in ſe maledicẽtiã ferre:ſiquidẽ cũ pari-
bus vt paria cõferas, optimũ fuerit.Sed hi ꝓ
fecto maledicos vehemẽtius cruciãdo, illatã
vlciſcunt iniuriam,ſiue latitent fugitãdo,ſiue

ue cõprehẽſi perdant.Nõ ergo dii iſti vt ma-
ledicẽtię ſint Chriſtianoꝝ vltores, vẽdicãdũ
exiſtimãt:ſed quia ſuapte virtute Chriſtianę
fidei ſectatores,& Chriſti noĩs inuocatiõe,a
ſtatuis & hũanis corporibꝰ animiſq́ ſe penitꝰ
abigãt. Celſus ſiqdẽ qđ eẽt effectũ nihil intel
ligẽs,verius quippiã,vt locus exegeſit, ꝓnũ
ciauit.Sed verũ id fuerit,eoꝝ animas dęmo-
nibus eſſe oppletas ꝗ Chriſtianos & cõdẽnãt
& ꝑdunt,& hos ĩpugnãdo maxime oblectan
tur.Sed cũ aię ipſę quæ ꝓ Chriſtiana religio
ne ſubeũt mortẽ,ob verũq́ dei cultũ, & ſum
ma cũ gloria e corpore ipo excedunt,vim o-
mnẽ dęmonũ ſuſtulere,& eoꝝ in hũanũ genꝰ
inſidias debilitarunt: crediderim eqdẽ idcir-
co dęmones ipos,experientia quadã & re ipa
edoctos,vbi deuictos ſe tãdẽ ab his eẽ ſenſiſ-
ſent,& plane cõprehenſos, qui veritatẽ ſunt
moriẽdo teſtificati,veritos eſſe ad vindictam
iterato procedere. Vnde quoaduſq́ tãdẽ me
moria exceſſerint illa q̃ cũ dolore ſunt dęmo
nes iidẽ martyrũ virtute perpeſſi:pat etiã fo
re exiſtimauerim vt cũ Chriſtianis ꝑ mundũ
pax ineatur.Poſtq̃ vero dęmones ipſi & vires
collegerint,& prę neqtia obcæcati,iterato vl
ciſci iniuriam velint,& Chriſtianos deniq́ ĩ
ſectari:rurſum vt hi deperdãtur, & piorum
denuo animæ ob pietatem corporibus iſtis
exutę,diaboli ſint exercitus ſublaturę.Nec ſe
cus & dęmones iſtos vbi Chriſtianos, qa vi-
ctores euaſerint,& pietatis tuẽdę gratia op
petãt mortẽ, ſuã vim oẽm viderit ſuſtuliſſe,
& idcirco diſcrucient q̃maxime: litigaturos
his duxerim: & alias varie ob eoꝝ incõſtãtiã
affici,qui doloribꝰ ſuperati,& dei veri cultũ
repudiato ipſi in ſeruitutẽ cõceſſerint,ita vt
mirifice ĩ his conquieſcãt.Cuius rei veſtigia
ſpectare tum licet,cũ apđ iudices Chriſtiani
& in carnificina torquẽtur:vbi cũ alios vide
rit tormẽta & plagas viriliter tolerare,angũ
tur ipſi & dolent:gaudio vero magnopere effe
runt,cũ alii doloribꝰ victi ſuccũbũt,& ſupe-
rant.Nec tamẽ id quia clemẽtiores ſunt ege-
rint,cũ aperte intelligãt ſuccũbentiũ linguã
Ieſum qdẽ negaſſe,mẽtẽ vero immotã perſi-
ſtere.Sed hęc hactenꝰ ad ea quę Celſus intu-
lerat,ꝙ dii maledicẽtẽ ſibi ſint vlti, vel fugiẽ
tẽ & latitantẽ,& demũ comprehẽſum & per
ditũ:cũ alioquin ſi fugã ceperit Chriſtianus,
nõ timore profugerit, ſed ꝓceptoris vt iuſſa
obſeruet,vt ſi ſe puriorẽ ſeruauerit,ex ſua ſa
F lute ſit aliis profuturus.Videamꝰ & quæ de
inceps Celſi ſubſequunt huiuſmodi.Quid.n.
(inqt) fuerint oĩa explicãda,q̃ ex oraculis
conſtãt?Nã hoc prophetę,& vates alię:illud

vero ſpiritu capti nõnulli, viriq; item & mu
lieres, voce quadã ꝓdixerũt diuina: ſiue quæ
cũq; iſtoꝝ e penetralibus miranda ſunt audi
tu percepta, ſiue alia queuis a ſacrificantibus
& immolãtibus denũciẽtur, ſiue e ſignis qui-
buſdã ꝙ portẽtificis apte ſint viſa nõnulla:
iſtoꝝ ſane plena omnis eſt vita. Quot eñ vr
bes meliores ſunt ex oraculis redditę, & mor
bi depoſiti, & deſęuiens lues ſedata! Quot ꝓ-
terea vel vaticiniis iſtis neglectis, vel forte la
tẽtibus, deperdita ſunt! quot item & in colo
nias miſſi, ita vt deorũ iuſſa mox exequendo
feliciores euaſerint! Quot principes vel pri-
uati homines alii hiſce ex vaticiniis vel vtili
tatis, vel detrimẽti plurimũ retulerũt! Quot
inſup cũ ægre ferrent ſine liberis eſſe, ſuppli
cãdo hos ſuſceperũt! Quot etiã dæmonũ de
clinarunt furorẽ! Quot inquã e corpoꝝ ſunt
cęcitate i optimã valetudinẽ reſtituti! Quot
demũ cũ ſacra contumeliis affeciſſent, ꝗpri-
mũ vel mente ſunt capti, vel manus ſibimet
intulerũt, vel incurabili ſunt morbo affecti!
Quinetiam e penetralibus ipſis vox grauior
edita ſuſtulit quoſdã. Ipſe vero haud ſatis i
telligo quo pacto aperte hæc ꝓferat Celſus:
quę apud nos vt miranda quędã, ſunt literis
prodita, ſiue Iudaica olim illa, ſiue ꝙ de Ieſu
& eius diſcipulis cõmemorant, fabuloſa eſſe
hic duxerit. Cur eñ noſtra vera nõ fuerint ꝙ
Celſus cõmẽtitia fuiſſe & vana fatetur, vt q-
bus nec philoſophorum ſectę crediderint, vt
Democriti, & Epicuri, & Ariſtotelis: cum ta
men qa apertiora ſunt, credituri ſint forſitan
ſi noſtra perlegerint, & Moyſen ipſum, vel ex
prophetis aliũ quẽpiã q miriſica factitaſſet,
A vel Ieſu res geſtas! Tradũt Pythia vatẽ falſa
olim reſponſa dediſſe: tcũ noſtri prophetę, nõ
ſolũ hominibus ſuorũ tẽporũ, verũ & poſte-
ris, ob ea quę clarius protuliſſent admiratio
ni fuiſſent: quippe quoꝝ ex dictis, & ciuitates
ſunt optime conſtitutę, & hoies redditi ſan-
ctiores, & peſtis ſedata, & veluti i coloniã gẽs
Iudęorũ omnis ad Aegyptios per oracula in
Palæſtinam cõceſſit: quæ vtiq; cum dei iuſſa
exequeret, proſpere egit: lapſa vero pœniten
tia ſatiſfecit. Verũ qd fuerit neceſſe nũc expli
care, quotnã mortaliũ iuxta ſcripturę hiſto-
rias, vel dominationẽ adepti ſunt, vel priuati
vixerũt, vbi ꝓphetias ſtudioſius negligẽtius
B ve aduertiſſent! Qȝ ſi de liberorum carentia
dicendũ qd erit, quam ægre ferentes nõnulli
omniũ cõditori ſupplicãdo vouẽdoq; ſint pa
rẽtes effecti, legat aliqs ꝙ de Abrahã & Sarra
tradũtur: ex quibus eſt vel ſenectute confe-
ctis Iſaac natus, qui Iudaicę gentis & parens
fuit: & vt Iudęos omittã, & aliis de ſe dedit
originẽ. Legat inquã & ꝙ de Ezechia ſcribũ-
tur, q nõ ſolũ iuxta Eſaię vaticinia ægritudi
ne liberat: ſed cõfidẽter id dixerit: Sed ex nũc
filios faciã q annũciabunt iuſtitiã tuã. Et in
quarto Regũ, mulier, ꝙ Heliſęum ſuſceperat,
de filii genitura dei gratia ꝓdicẽte, ꝑ Heliſęi
precibus mater effecta eſt. Quin & cęcis per
Ieſum reſtituti ſunt oculi, & Hieroſolymis q
dam in ipſo tẽplo Iudaicã auſi religionẽ in-
ceſſere maledictis & deteſtari, ea ſunt demũ
perpeſſi ꝙ i Macabbęis ſcribunt. Sed dixerint
Gręci ficta hęc eſſe & fabuloſa: etſi i vero cę-
terarũ nationũ teſtimonio cõprobent: verũ
cur poti⁹ nõ ea ꝙ Gręci cõmẽti ſunt, ꝗ noſtra
hęc, vanitatis coarguant! Qȝ ſi nõ temere qs
ad dicẽdũ proceſſerit, ne ex his alterũ quidẽ
videat omnino ſuſcipere, alterũ vt alienũ nil
credere: dicturus haud dubie eſt Gręcoꝝ in-
ſtituta per dæmones fuiſſe confecta, Iudæorũ
vero per deum prophetaſq; & angelos fuiſſe
diſpoſita: Chriſtianoꝝ ꝓterea ꝑ Ieſum, & per
Ieſu virtutem, quæ in apoſtolis ſit operata.
Sed age hęc oĩa inter ſe cõferamus: & qd ope C
rãtibus animi fuerit, quove hi tẽderẽt, quid
inſup vel cõmodi eoꝝ ex opera, vel incõmo-
di his afferretur q legitimis affecti ſint bene
ficiis, iam cõtẽplemur: ſpectemuſq; vtrũ pri-
ſcorum Iudæorũ gens illa non ſit prudẽtior
viſa priuſꝗ deum cõtumelia affeciſſet, a quo
tãdem ob exuberantẽ nequitiam ſunt deſti-
tuti: & Chriſtianos vtrũ ſat conſtet miriſicẽ
conſtitutos, & in primordiis ipſis præcipue
ex ſignis quidem & prodigiis longe magis ꝗ
ex verborum ſuaſione eo inductos, vt patriis
ritibus deſtitutis, ea mallent & ſequerentur,
quę ab ſe eſſent admodũ aliena. Nam ſi decẽ
ter fuerit id explicandũ, quo pacto tũ primũ
Chriſtiani cõſtiterint: dicturi ſum⁹, nec veri
ſimile fore, Ieſu diſcipulos rudes tũc hoies &
literarum ignaros, rei alteri cuiꝗ fuiſſe confi
ſos vt Chriſti fidem denũciarent, niſi virtu-
ti dũtaxat ꝙ his tradita eſſet, & gratię ꝙ ſer-
moni ineſſet aliqd explicãti: neq; ꝓterea qui
hos audirẽt, imutari ab iolitis ſibi, & diutur
nis, & patriis morib⁹ potuiſſe, niſi magni mo
mẽti vis aliqua, & portentifica quædã ad ea
ſectãda hos concitaſſent, quę ab inſtitutis &
ritibus, in qbus tãdiu coaluiſſent, lõgo inter
uallo ꝑegrina eſſent & aliena. Proinde neſcio
quo pacto eoꝝ ꝓmptitudine Celſus tã pertí
naci reiecta, qui aduſq; mortẽ contẽderẽt &
decertarẽt ne Chriſtianã negarẽt religionẽ:
nõnulla ſubiũgit, perinde ac cũ his noſtra ex
æquet, ꝙ iſtoꝝ in ſacrificiis & initiationibus

proferunt. Inquit enim. Sed heus optime tu: quemadmodum enim ipse supplicia perpetua duxeris, & aliis cōminaris: sic item & qui illorum sacra, vel docēdo exponūt, vel initiādo conficiūt, eadem illa vobis intentant & minitant. Vtra vero vľ veriora, vel validiora sint sacra, nō facile porest cōsiderari: siqdem eque verbis vtriq; sua sibi cōfirmant. Qz si ad hæc demonstranda opus sit argumentis, permlta illi & apertiora ostendunt, cum hęc ex dęmonū, siue oraculis, siue ex alio quouis vaticinii genere pferunt. Placet igit̃ Celso, vt & æterna in terris supplicia, & qui ea pducant nos explicemus, & illud insuper inquiramus, qui nam istorū quę vera sint fateantur. Ipse vero eos dixerim veriora fateri, qui auditorū quiuerint animos ita disponere, vt ex his quę dicunt sic viuant, vt ea haud secus esse ac proferūtur, existimēt. Iudęi siquidē & Christiani de seculo qđ futurū appellāt, deq; in eo tam premiis qbus iusti afficiūtur, q̃ cruciatibus, quibus sontes & peccatores, edisserunt. Ostēdat ergo siue Celsus ipse, siue alius quispiam quinam mortaliū sint de perpetuis illis tormentis p eos commonefacti, & satis instructi, qui deorū sacra procurēt. Par eñ fuerit vt q aliqua ad aliorū correctionē quæ dicēda sunt adinuenerit, nō modo de tormētis & pœnis delinquētibus inferendis vbertim edisserat, sed auditorū etiam disponat hic animos, vt totis virib⁹ caueant, nequa in posterum operentur quorū gratia supplicia hæc irrogant. Quin & prophetias sat equidem ei duxerim fore ad suadendū, q & prudentior sit, & illas non negligēter, sed patiēti animo legerit: vt dei spiritus his olim viris insederit, quorū cū dictis nec dęmonū possunt opera vlla cōferri, nec oraculorū vel vaticinii vis aliqua comparati. Sed videamus Celsi iam dicta quę subsequunt, & quæ ad nos habet huiusmodi. Qui etiam quo pacto nō vestra hęc fuerint absurdiora? Corpus. s. vt concupiscat, & speret sese quale nūc est quādoq; resurrecturū, ita vt nihil nobis sit meli⁹ quicq̃ futurū, nec pciosi⁹: deinde id ipsum vt ignominiosum & vilius, in supplicia & pœnas impingere. At æquum minime fuerit, apud eos qui ista crediderint, & corpori inhiāt, id disputare: hi nāq; etsi cęteta agrestes sint & impuri, proculdubio seditionis & simultatis morbo laborāt. Emuero qui animam ipsam, siue mentem, siue spiritalem, siue intellectualē, siue spūm beatiorem quēdā, siue viuentem protulerint, siue quiduis aliud voluptati sit nuncupare: sperāt perpetuū corpus se habituros. Sed id quidē cū deo dixisse peruelim: illud autem recte hi senserint, vt q optime vixerint feliciores sint aliquādo futuri: qui vero nequiter, omnino perpetuis sint malis corripiēdi. a qua sententia, neq; hi quidem, neq; hominū quispiam retinēdo desciuerint. De resurrectione vero etsi alias sępe pmulta detractando Celsus obiecerit: nobis tamen qđ equū est visum opportune (vt licuit) demonstrantibus, haudquaq̃ libet ad vnum aliquod crimen frequēter antea repetitū, frequētius respondere. Celsus itaq; eo nos criminat, pinde ac nihil i nostro hoc statu, vel corpore melius, vel pciosi⁹ esse ducamus. Ipsi nanq; hāc animam & rationalem pcipue, maioris rem esse momenti asseueramus, quia ad cōditoris sit imaginē facta, nō corpus. Nō eñ iuxta nos cōstat corporeum deū esse, ne in absurdiora illa & nos concidamus, in quæ & hi conciderūt, qui Chrysippi vel Zenonis philosophādo sunt opinionē secuti. Verum vbi & illud is exprobrando criminí dat, corpus perinde nos ac cōcupiscere: intelligat velim q si id forte cupiditatis iniquius fuerit, nil prorsus nos cupere: si medio cre, ea nos etiam desiderare, quæ deus iustiorib⁹ pollicetur: Quo fit vt iustos resurrecturos & sperem⁹ simul, & cupiamus. Putat autem Celsus vel incertiora nos quędam nobismet pollicendo confingere, inquiens. Nōnunq̃ eñ corpora resurrectura hi duxerint, vt q̃ honoribus sint per deū dignāda: nōnunq̃ vero vt ignauū, & honore idignū, i pœnas corpus hoc & tormēta detrudūt: Cū tamen nec indecorū sit, vt ob pietatē tutādā aliquid patiatur, vel ob virtutem malit subire discrimina: sed illud penitus turpe, q vitiose & in voluptate cōsumit. Inqt eñ diuinus sermo, Honorabitur semen. At qđ erit id semen? Nimirū hominis semen. At qđnam fuerit inhonoratū? Nēpe hominis semē. Proinde existimat Celsus nihil esse apđ hos disputandū, qui ea sperēt & cupiāt q̃ corporis sūt, & p eorū spe temere impossibilia cōcupiscāt, vt quos agrestes quosdā & plane ipuros appellet, & simul tatibus inhęsisse affirmet. Vnde erit necesse vt his ex humanitatis officio, vt rudioribus succurrat. Nō eñ eūdem in modū hominib⁹ hisce agrestibus sunt quę ad cōmunionē attinēt pscribēda, ac brutis pscribim⁹. Qui enim nos cōdidit, eque in omes & liberales effecit. Par igit̃ fuerit, vt vel ad agrestes & rudiores habeat oratio, & quoad licuerit ad vrbanitatē hi traducant, ametsi fuerint impuriores, & quoad fieri poterit vt puriores reddant, & ita agere, vt q temere senserit, vel animi ęgri

tudine detinentur, de cętero ne quid incon-
A sultius agant, nec animo ipso ægrotēt. Cęterū hos suscipit Celsus, qui vel animā ipsam, vel mētem quæ apud se spiritalis, vel rationalis spiritˀ dicitur, intellectualisq; itē & sanctior, & beatus, vel viuens anima sit, habituros se perpetuo sperent, & id omnino diuina ope futurum. Admittit insuper perinde ac recte creditum dogma, vt qui rectius vixerint sint feliciores futuri: qui vero nequiter, perpetuis vt in posterum malis corripiantur. Et Celsi qdem illud demiror, qd preter eius cętera dicta, hūc in modū protulerit. Et ab hac sane sentētia neq; hi quidem, nec quiuis hominū quandoq; desciuerint. Et fuerat plane huic aduertendū, qui aduersus Christianos scripsisset, qbus fidei materia omnis est deus, & per Christū de iustis pmissiones & instructiones quæ de suppliciis fiūt, nequioribˀ dūtaxat denique inferendis: quemadmodum qui Christianū hominē, qa in Christianos dicta susceperit, auersetur: par etiā sit fit doctrinam reiiciat, & decreta simul vt aspernetur. Inqt tamen: ab his nec Christiani quidem, nec ho-
B minū quisq̄ desciuerit. Ipse vero Chrysippū cēsuerim humanius lōge q̄ Celsum egisse, in eo libro quē de vitiorū curatione cōscripsit, cū mederi vitiis vellet, q̄ mortaliū animos & vrgerēt plurimū & diuexarent. Et primū qdem sanis quibusdā quibus visum est rationibus nititur: secūdo vero & tertio, decretis nonnullis quæ minime placeant. Nā etsi tria (inqt) bonorū sint genera, vel hūc in modū curādæ sunt vitia, vt qui ab his obturbētur, in ipso vitiorū ardore minus aduertant quæ se anticipassent sententiam: ne forte ex studio dogmata refutādi q̄ animū præoccupassent intēpestiuo, simul & successura curatio peat. Deinceps & illud subiecit. Enimuero etsi pro voluptate habeatur id bonū, id ipsumq; sentiat q vitiis detinēt: nihilominˀ erit & huic succurrendū, & ostendendū plane q summū bonū in voluptate posuerint, omnia vitia de se profiteri. Oportuit ergo & Celsum quę de recte viuētibus decernūtur suscipere, q sint felices futuri: nec secus & quę de his pferuntur q nequiter vixerint, q sit omnino futurū vt malis perpetuis capiantur: deinde & ea sibi consentanea facere, si fieri id licuisset, & explicatis potioribus qbusdā pro eius sentētia rationibus & id cōfirmare & multis ostēdere, iniustos quoq; & improbos ęternis correptū iri suppliciis: iustos vero & pbos ī per-
C petua felicitate futuros. Nos eī e plurimis illis & infinitis, qbus persuademur in primis vt christiane viuamus, omnes quoad demū licuerit, volumˀ homines Christianorū disciplinę & sacris scriptis cōciliare. Vbi vero ex aliorū in Christianos calumniis & detractionibus pręoccupatos forte inuenimus, ita vt ex imaginatione quadā Christianæ impietatis, ne aures qdē velint his adhibere q doctoros se pollicenț quę diuinę sunt disciplinę: omnī nisu duximus insistēdum, vt decretis saltem certioribus cōfirmatis, hi ea admittant quæ de æternis tradūtur suppliciis, qbus sint impii demū excruciādi. Sic item & de eorū felicitate q rectius vixerint persuasos esse hos velim, cum videā vel a nostra fide hac alienos q̄multa de vitæ integritate nobiscū sentire. Non eī qui cōmunes de vitiis & virtutibus & ęquitate ipsa sententias quādoq; sustulerit, inuēturus est quispiam. Omnes igitur homines qui & mūdi hanc machinā cōtēplantur, & institutū in cęlo ipso astrorū, vel inerrantium motū, quæ his ex aduerso ferūtur quæ errantia nūcupātur, & aeris temperiē ipsam, cū ad animantiū, tū vel maxime ad hominū vtilitatē optime constitutā, & rerū tātarum vbertatē & copiam vidēs hominū gratia cōparatā: vereantur velim quippiā agere, qd ei nil placeat q cōdidit vniuersa, & in his aīam & in anima mētē crearit: credātq; se pro peccatis supplicia luituros: relaturosq; paria rebus optime gestis ab eo & beneficia, q singula p dignitate dispēsat. Persuasum pterea habeāt hoīes vniuersi, tūc optime se excessuros e vita, vbi ea q̄ rectiora sunt gesserint: & malos male disperditū iri, & doloribˀ esse & pœnis tradēdos, vbi nequiter & flagitiose & impudice duxerint vitā, vel minˀ se fortes, sed timidos, & quouis modo insipiētes pstiterit. Verum his hactenus explicatis hoc loco, vi- D
deamus & quæ deinceps hūc in modū dicturus est Celsus. Cū eī corporeo nexu sint cōditi homines, siue pro eius dispēsatione qui ea cętera fabricauit, siue vt pro commissis hiluerēt pœnas, siue suggestionibus quibusdā animę pregrauantis, quoad prestitutis tēporum circūactionibus hæc repurgetur (sīqdē iuxta Empedoclē illa ad horas ter mille a beatorū locis aberret & diuagetur, necesse est tēporū processu in quāuis mortalium speciem redituram) credendū est animā hanc nōnullis carceris huius astringi psidibus. Vel in his quidē aduerte, quātisnā iste de rebus humanitus ambigat, & productis multorū decretis nostrę geniturę causas explicātibˀ: nescio quid præ se reuerentię ferat, cum nil audeat prorsus, qd horū sit falsum, decernere. Quo

circa nō ex istiusmodi viri fuerit sententia,vt
semel iā decernentis,nec temere esse asseuerā
da,nec audētius repudianda,quę priscis illis
sunt visa.His vero quę de Iudęis ab eorꝫ pro
phetis & Iesu tradūtur,si fidem præstare nil
placuisset:addubitare tamen hunc decuit,&
cogitatione versare, quemadmodum decens
fuisset a deo minus neglectū iri qui se vt oīm
ꝑsidentem coluerint,si honore prosequeren-
tur,& venerationi leges haberēt, quas credi
tur is condidisse,& infinita sæpe discrimina
hui⁹ gratia subiissent & mortes,ita vt & di-
uinitus nonnulla prǣuiderint,& arte huma-
na fabricata contempserint simulacra,mente
vero ad omnipotentē deum conscendere ad
E nitetentur. Quinetiam erat illi consideran-
dum,quemadmodum qui omnia intuetur &
audit cōmunis ille omniū pater & conditor,
singulorum animum se conquirentem,volē-
temꝗ pie vitam hāc ducere,cōfestim discer-
nēs,duxerit dignū & his susceptę tutelæ fru
ctū aliquem impertiri, vt lōge plurimū quā
semel de se cepissent sententiam,augerēt.Hæc
vero si secum Celsus animo reputaret, & cū
eo simul qui Moysen & Iudæorum prophe-
tas,Iesumꝗ & discipulos eius oderunt, qui
pro Iesu doctrina plurimū insudassent:haud
quaꝗ̄ his omnibus conuicia ingessissent: nec
Iudęos pręter cęteras nationes tantopere im
probarent,hos affirmando Aegyptiis esse lō
ge inferiores:qui vel adusꝗ bruta animantia
ꝗdam,quantū in eis fuerat,diuinos honores
siue supstitione quadā,siue errore ducti trāſ
miserint.Hęc autem diximus, nō vt aliquos
de Christiana doctrina ambiguos redderem⁹
sed his vt plane ostēderemus ꝗ hanc cauillā-
tur,satius fore vt de ea ambigerent, & nō te
mere adeo & audacter de Christo,vel ei⁹ di-
scipulis ꝗ̄ minus intelligūt quicꝗ̄ differerēt:
cum interea isti non imaginatione illa decer
nūt quā Stoici comprehēsibilē dicūt, neqꝫ ex
iudicii schola,e qua philosophorum singulę
sectę quodcūꝗ,vt visum fuerit,constituunt.
F Deinde cū hos inquit Celsus carceris quibuſ
dam prędib⁹ tradi:dicendum erit,quemad-
modum anima quę solertior fuerit,& soluta
tādem nequitię vinculis, & in hac vita,quā
vtiqꝫ Hieremias terrā dixit cōpeditorum, ꝑ
Iesum fit vt soluātur necesse, ꝗ multis ante
eius aduentū temporibus per Esaiam pphe-
tam prędixit.At quidnam ille prędixerit?ni-
si compeditis vt egrederent̄, & ꝗ in tenebris
essent,vt reuelent̄?Et illud item hic Iesus,vt
de se Esaias ipse prędixerat,sedentibus in vm
bra mortis lux orta est eis. Vnde & nos illud
pronunciamus: Dirumpam⁹ vincula eorum
& proiiciam⁹ a nobis iugum ipsorum. Qꝫ si
Celsus ipse & sui cęteri similes, qui erga nos
tam praue afficiuntur,euāgeliorum possent
audire profunditatem:haudquaꝗ̄ nobis con
sultum vellent vt carceris istis quoꝗ dicunt
prędidibus obsequeremur.Scribitur nanꝗ in
euangelio,quēadmodum mulierem quæ in-
clinata iam esset,nec omino poterat sursum
respicere,vbi Iesus vidisset, & causam sciens
cur illa inclinaretur,sic dixit:Hāc aūt filiam
Abrahę quā alligauit Satanas ecce decem &
octo annis,non oportuit solui in die sabbati?
Quot enī vel hoc tempore alii per Satanam
alligati constrictiꝗ,in terrā vergunt,cum in
terrea nequeant prſus,ad inferiora hęc illo ꝑ
mēte,supiora illa respicere? & nemo hos eri-
git,nisi qđ in Iesu prodiit verbū,& ab initio
diuinitatē haberet.Et Iesus qdem idcirco ad
uenit,vt eos a seruitute eximeret, qui a dia-
bolo vim paterent̄:de quo cū decēti se ꝗdam
pfunditate sic loquitur, Princeps mūdi hu-
ius iam iudicat⁹ est.Non igitur dæmonibus
hisce cōuiciamur, sed illorū ad generis hūa-
ni pernicię opationes arguimus, qui sub ora
culorū prætextu,curationūꝗ & aliarum re-
rū obtētu,a deo ipso aīam nitūtur seiūgere,
quę i humilitatis corpus cōciderit:quā sane
qui norit humilitatem,hoc pacto exclamat:
Miser ego homo,quis me liberabit de corpo G
re mortis hui⁹? Verum nec temere quidem
corpus hoc ipsi & torquendū offerimus & ꝑ
cidēdū,siqdē nō frustra id fiat,cū idcirco cor
pora illis nostra pmittimus cruciāda,ne ter-
restres dęmones,deos esse nos fateamur, cū
nobis isti,vel eorꝫ cultores insidias moliant̄,
& sit deo pergratū,vt & virtutis gratia quiſ
piam crucieṫ, & ob pietatem torqueatur &
cultū,& pro religiōe deniꝗ mortē oppetat:
qñquidem in domini cōspectu preciosa san-
ctorꝫ mors est.Optimū vero fore astruimus,
nullo vitæ studio detineri.At Celsus cū ma-
leficis qdem ꝗ iure ob latrocinia tolerāt quæ
his inferunt̄ nos conferens, & nil deniꝗ ve-
ritus,nostrū id ac tantum propositū prædo-
nū affectib⁹ non absimile esse decernit:cū ta-
men in his,illis se sociū addat qui cū iniustis
deputant Iesum:in qbus consequuta est finē
scriptura ꝗ̄ dicit:Et cum iniustis reputatus
est.Post hęc Celsus sic inquit.E duob⁹ alterū H
futurum omnino ratio ipsa astruxerit. Si enī
hi colere ꝗ̄ decētia sunt dedignant̄, & istorū
pfecti quidā & duces nec viros adiri pmise-
rit,nec vxorē quēpiā,nec liberos tollere, nec
aliud quippiā i vita hac facere, ex eaꝗ nullo

protsus relicto semine radē decedere:futurū est vt e terris desoleť oino & pereat id hoim genus:& cōtra si vxores & duxerint,& susce perint filios,& degustauerint fructus,& vitę negociorū & rerum participariut:vt & mala tolerēț,erit necesse i humanis his cōstituta. Natura nāq; istiusmodi est, vt oēs hoies ma la experianť:est qppe vt mala sint,necessariū, neq; hūc pter & in terris aliū vllū hæc nacta sunt locū.Deferendi sunt ergo honores per mittētibus nobis ista præsidibus, quales hos deceant:& vitæ tādiu quæ compētūt submi nistrāda,quoad tandem vinculis hisce solua mur,ne forte rerū præsidibus inutiles esse ap pareāt hoīes.Esset nāq; iniqui⁹, eoꝝ quę illi iā habeant participare,& his nulli vsui esse.

A Vel ad hęc qdē dixerim⁹,æquiorē vitę exitū alium nullum nobis videri, hunc pręter qui ex pietate dūtaxat & virtute contigerit: vbi ab his qui & iudicādi vitæ necisq; habere po testatem existimantur, alterū ex his offerať, vel vt oīa pter Iesu instituta factitādo viua mus,vel moriamur Iesu dictis obtēperando. At vel vxorē ducere nobis deus pmisit, tāq̄ nō oēs capere queant egregiū illud & prestā tissimū decus , vt sine labe oīno sint cælibes: vel vxorē ducēdo q̄ genita fuerint vt quouis modo ita enutriāt,ne liberos qui diuina pro uidētia tradunť,deperdāt.Nec tamē hęc sibi inuicem aduersanť, qa dæmonibus ipsis ter ram hāc depascētibus minus nos pareamus. Armatura nāq; dei indui pstamus,vt pieta tis athletę,etsi dæmonū gen⁹ nobis insidieť. Quin vel si ei⁹ verbis e vita nos prorsus ex terminet Celsus, vt p sua sentētia nostrū & humanū id genus i terris penitus desoleť:at nos hisce in rebus q̄ cōditoris sunt nostri, & pro dei legibus sumus vitā ducturi:nec libet plane peccati seruitutē subire: et si forte libu erit,vxores ducturi mox sum⁹, & nostris in nuptiis traditos liberos suscepturi: & si fue rit necesse,ꝗoꝝ q̄ sunt in vita pticipabimus, & perinde animę tētationes,mala ista laturi. Sic enim diuinę solēt scripturę,quę mortali bus in vita contigerint,nuncupare aduersa. Nam terrenis hisce in rebus tāq̄ aurū in for nace anima ipsa pbata : vel perinde inertior arguetur,vel digna quā homines demirenť. Quo fit vt ita simus ad ea mala quæ ptulit Celsus subeūda paratiores,vt & illū dicam⁹: Tenta me dñe & pba me , vre renes meos & cor meū.Nō em̄ qspiā coronať, nisi in terris legitime, & cū humilitatis hoc corpore de

B certarit.Accedit etiā φ neq; honores his cō gruētes deferimus,per quos Celsus affirmat terrena ista disponi,quippe q dæmonū dūta xat deū & nostrū colam⁹, & illi soli deseruiē do,Christi imitatores fieri votis & precibus cupiamus:q dicēti diabolo, Oīa tibi hęc tra dā si procidens me adoraueris: ita respōdit: Dominū deū tuū adorabis,& illi soli seruies. Et idcirco honores illos legitimos quos pu tat Celsus iis deferēdos qui iuxta se terrena hęc moderenť:haud quāq̄ nos reddim⁹,quā doqdē duob⁹ dominis seruire poterit nemo, nec deo morē possimus & mammonę gerere. Quinetiā vel si ex legis excessu condēti legē quis iniuriā fecerit:nobis vtiq; perspicuū fiet quemadmodū duabus ex legibus sibi inuicē aduersantibus,dei inquā & māmonę, sit po tius lōge futurū vt māmonę legē pūaricādo māmonæ inferamus iniuriā,vt ex lege diui na rectius obseruata,deū honoribus psequa mur:q̄ per dei legis excessum ignominia deū afficiam⁹, vt ex māmonæ legis obseruatione māmonā veneremur.Celsus igitur hoīes pu tat eo tenus vitę huic cōgruētia subministra re,quoad demū vinculis hisce soluanť: quā do iuxta legitimā plerisq; consuetudinē diis singulis p ciuitates & loca legitime, etsi alio quin nequiter institutis,immolet qspiā,igna rus tamē in vero quid congruat:qđ vtiq; ex certiori pietate concipiť. Nos vero vitę hūc dicimus quę cōgruāt ministrare,qui memo ria tenetit,quisnā rerū sit cōditor,quæve illi sint gratiora,quisve pro dei arbitrio omnia peragat. Vult prętérea Celsus ingratitudinis nos coarguere in eos pcipue q p diis in ter ris ducanť, & pinde ac gratias his debeam⁹. C

Nos vero qdnā sit gratias agere explicātes, fatemur nos plane q erga eos q nil beneficii cōferāt,sed obsint potius & aduersenť,haud quāq̄ qđ ingratū sit facere, cū ipsis minus sa crificamus:quippe qa eos nil colimus, sed ad illud enitimur,ne erga deum ingratitudinis arguamur,cuius beneficiis aucti in dies pue himur,per quęve & cōditi sumus,& puiden tia ducimur,vtcūq; sepositi vt extra hāc vi tam degamus,opperiēdo quę ab eo sperētur. Panis pterea Eucharistię ille,bona gratia nū cupatus , argumēto est nobis queādmodum gratias deo agamus. At dæmones ipsi nullā earū rerū dispēsandi vim sunt consequuti, q̄ ad nostros vsus sunt cōditę: vnde inique nil agimus si rerū creatarū pticipamus, neq; iis immolamus q creata hæc minus contingūt, vel moderātur.Itaq; etsi dæmones quosdam nō vspiā conspicemur,sed angelos his terræ fructibus & animantium geniturę vt præsi deāt institutos,hos sane & efferim⁹ laudādo

& beatos esse astruimus, qbus permissa a deo
tanta hęc sunt, quę humano generi cōferunt
plurimū: nil tñ debitos deo honores his im-
pertimur: non eñ id deo placitū est, neq̃ his
quidem qbus tanta hęc permittūtur. Et sane
cū offerre ipsis sacrificia abstinem⁹, nō min⁹
nos isti suscipiunt acsi rite obtulissemus: nō
eñ indigēt illi terrenis hisce ex incēso odori
D bus. Deinde infert hæc Celsus. Licet autem i
his vel minimū quęq̃ perdiscere, cui potestas
sit aliqua demādata. Vñ ferūt Aegyptii hu-
manū id corpus dęmones sex & triginta susce-
cepisse curādum, vel deos quosdā æthereos,
in tot partes diuisum. Quidā vero lōge plu-
res hos esse affirmāt: cū dęmon alius aliā ius
sus tamen, in curā ceperit portionē. Et dęmo
num qdē hi voce patria tenent vel nomina,
& vernacula hęc pferūt lingua: ita vt hos in
uocādo, vitiatas plęriq̃ corporis partes sani
tati restituāt. Quid igit̃ impedit vt vel alios
dæmones quis suscipiat, cui magis expediat
vt prospera potius corporis sit valetudine, q̃
morbo afficiat̃, & fœda magis q̃ aduersa vta-
tur fortuna, tormentisq̃ & suppliciis quoad
fieri licuerit, liberet̃? Vel ex his vtiq̃ Celsus
nūc enitēdo aīm nobis ad dæmones ipos tra
ducere, pinde ac corpora nostra i curā sortí-
tos, & hoꝝ singulos asserēdo nostroꝝ corpo
rum parti præesse: vult haud dubie, vt hisce
quos inquit dęmonibus fidē præstemus, cola
musq̃, vt ex ea credulitate & cultu, bona no-
bis sit potius valetudo q̃ morbus, & felicitas
q̃ infortunium, & omī pisu, quoad fieri pote
rit, suppliciis liberemur. Adeo ne ergo hono
rem deo omniū pręsidi iure delatū is īproba
uerit, qui ab eo seiungi nil potest, vt nequaq̃
existimet deū hūc ipsum, cū vnice adorat̃ &
colitur, & vocis sono ingēti sedulo venerat̃,
satis valere vt se colēti vel ipsum ob cultum
virtute donet & potestate, vt dęmonū queat
aduersus religiosos & sanctiores quosq̃ insi-
dias intercipere? Non eñ intelligit, q̃ in Iesu
nomine ab his inuocetur q vere crediderint
quemadmodū ab ęgritudine plurimos, & dę
monum prauoꝝ incursibus, & quouis discri
minum genere liberādi vim habeat, ad sani-
tateq̃ traducendi. Et sane par fuerit vt in ri-
sum erumpat qui Celsi dicta admiserit, cū il-
lud pnunciabimus: In nomine Iesu omne ge
nu flectatur, cęlestiū, terrestriū, & infernorū:
& omnis lingua cōfiteatur, quia dominus Ie
E sus Christus i gloria est dei patris. Vbi vero
efficaciora argumēta irriserit, susceptur⁹ est
ita se ea habere quæ de dęmonum nominib⁹
tradidit, & Aegyptioꝝ dęmonū catalogo cō

tineri, q̃ vitiatas corporis ptes optimę resti-
tuant valetudini. Verūtamen aduerte quem
admodū nos dehortando ne in omniū & cō
munē deū credamus per Iesum Christū, ad fi
dem ob nostri corporis curationē iā prouo-
cet. Sex nanq̃ & triginta barbarorū dęmonū
(inqt) quos nō soli Aegyptii præsides nūcu-
pāt, nescio quo pacto nobis quæ potiora sūt
pollicent̃. Quin & illud attende, quemadmo
dum nobis pro Celsi sententia veneficiis lon
ge magis sit intendendū, q̃ Christiana sectan
da religio: & infinitis dęmonib⁹ fides potius
exhibenda, q̃ deo ipsi q vel ex rebus his cōdi
tis & verus quidem & viuens esse arguit̃, &
aperte omnib⁹ præsidere per eū q in virtute
multa disseminauit in vniuersum terrarū or
bem veri cult⁹ doctrinam. Nec mentiar eqdē
si illud adiecerim, & ad alioꝝ dixerim qui ra
tione vtunt̃ medelam, & a vitiis vt ad virtu-
tem desciscerēt, id Iesum fecisse. Celsus vero
eorū qui magicam perdidicissent veritus la-
psum, & nō ignarus vtriusq̃ futuræ iu audito
res iacturę, sic inqt. Illud vero cauendū, vt ne
quis q cū istis versēt, ex medela his ipsis ad-
hibita contabescat, corpori indulgendo, & q̃
potiora sunt auersando, obliuione corripiat̃.
Est aūt sapiētib⁹ viris fides nō abrogāda, tra F
dētibus Dæmonū qui circa terras versentur
plęrosq̃ geniturę & sanguini Ihiate, & nido-
ribus inhęsisse, modulationibus insup & hu-
iusmodi aliis abdicari, & nil meli⁹ posse q̃ cor
pus curare, & futurā sortē vel homini vel ci
uitati pdicere, & quęuis alia humanoꝝ ope-
rū nosse & exeq. Cū itaq̃ tātus sit in ea re la-
psus, vt diuinę veritati infensior Celsus testi
ficat̃: quanto hic recti⁹ egerit, si nihil hęrens
& dubi⁹, ne vel dęmonib⁹ inhiet, vel corpori
studeat, nec perinde obliuiosus quæ potiora
sunt auersēt: vt deo se credat pręsidi terū per
Iesum doctrinam nobis huiusmodi suggerē-
ti, ab eoq̃ omnem cū opem tū & tutelam de-
poscat, a sanctis angelis & iustioribus cęteris
prodeūtē, vt nos a terrenis hisce dęmonibus
vindicent, qui vtiq̃ & genituræ, vt diximus
inhiēt, sanguiniq̃ & nidoribus affixi inhære
ant, & alienis quibusdam modulationib⁹ de
ducantur, & aliis irretiantur huiusmodi, &
iuxta Celsum nil melius valeāt q̃ vt corpora
curent? Ipse vero illud asseuerauerim, haud-
quaq̃ perspicuū esse, dęmones hosce vtcunq̃
medendo sanare corpora posse: quin potius
necessariū fuerit dum curanda sunt corpo-
ra, vt medici ope curentur, si simplicem velit
& cōmunem vitam quis ducere: si rectiorem
q̃ cæteri, erga deum vt pietate nitatur & p-

A cibus. Ipse vero tecum tacitus reputa, quorũ ná potius mores suscipiat deus, qui & ea potest efficere q̃ alius nemo, & si vniuersis i rebus, præcipue tamen in his quæ mortalibus ipsis in beneficiũ cedant, siue animæ dixeris, siue & corporis, siue in rerũ externarũ vtilitatẽ & cõmodũ: eorũ ne q sibi protsus inhæserint, an qui dæmonũ nomina viresq̃ & facta aduertant: carmina insuper & herbas dæmonibus gratas lapidesq̃, & his ipsis insculptiones, quę vtiq̃ dæmonũ, siue vt traditum est, siue vtcũq̃ figurę præ se ferũt similitudinem, maximi faciant. Hoc pacto liquido conspicaberis id ei perspicuũ fore, qui parũper animo hæc subsequi valeat: quemadmodum qui optimis moribus præditi sint, vitãq̃ degant simpliciorẽ & puram, vbi se deo addixerint, cũ illi, tum cęteris huic charitate coniũctis omnino sint acceptiores futuri: illos vero q pro corporis tũ valetudine prospera, tũ mediis hisce & humanis in rebus pro felicitate adipiscenda, dęmonũ nomina diligenter attẽderint, quęrantq̃ vel carminibus quo velint vt istos deuoluant, vt perditos homines & dæmonicos poti⁹ q̃ humanos relictur⁹ sit dñs Iesus dæmonibus discerpẽdos: vt horũ singuli vel prauas cogitationes suggesserit, vel cætera mala intulerint. Par eñ fuerit, vt dæmones hi, qa & improbi sunt, & vti Celsus fatetur, sanguini & nidoribus inhiãt, modulationibusq̃ & huiusmodi cęteris oblectãtur: ne vel his traditam fidẽ tuẽtur, nec perinde datam vt dexteram seruent, qui sibi immolando & obsequẽdo gratificẽtur: siquidẽ aliis aduersus primos cultores se forsitan in uocãtibus, & sanguine abundantiore ac nidoribus, & quo indigẽt cultu, istorũ coementibus seruitutem: eis profecto sunt dęmones isti insidias moliturl, qui se pridie litãdo coB luerint, & grata obtulerint sacrificia. Celsus vero cũ de oraculis ꝑmulta superius dixerit ad dæmonũq̃ pinde ac deorũ remiserit uos vaticinia: nũc sane rectius egit, fatendo quẽadmodum dæmones sint qui futuram fortẽ cum homini, tum ciuitati prędicunt, & quiuis alii qui circa mortalia facta in terris versantur, venereis rebus & inhient & contabescant, sanguiniq̃ & nidoribus, & modulatis carminibus hęreãt, & aliis huiusmodi alligẽtur, cum alioquin nil melius aliis valeãt rebus. Et sane non absurdũ forsitan videretur, si cũ Celso de oraculis differẽti, insisteremus & cultui qui legitimis istorum diis habetur, & nos quispiã vt impios suspicetur: qui dæmonũ esse hæc opera affirmemus, humanos animos ad prauas huiusmodi cupiditates trahentiũ. Sed velim equidẽ qui in suspitionẽ hanc venerit, his fidem adhibeat quæ per Christianos recte denũciantur, cum vel hũc videat qui aduersus Christianos scribẽdo ꝑmulta ementiatur: nũc in sui operis calce, vt a veritatis spiritu victus, scribẽdo rursum q̃ dixerat confirmasse. Itaq̃ etsi Celsus inquiat quoad cõduxerit faciẽdũ esse dæmonibus fatis: Christiana tamẽ doctrina haudquaq̃ cõmonescerit vt uidoribus sit & sanguini inhiãtibus obsequẽdũ, vel diuinitas ipsa quoq̃ sit pacto coinquinãda, vt eam vel ad prauos dæmones deferamus. Q; si recte Celsus teneret quidnã sit vtilitas ipsa, & quid se præferat, videretq̃ vt vtilitas hæc sit ꝓprie virtus, & ex virtute q̃d geritur: haud quaq̃ q̃d dixerat illud, Quoad conduxerit, in hos coaptasset q pro eius cõfessione dæmones sunt. C Nos vero si dæmonũ opa & curatione, ꝓspe ram simus corporis valetudinẽ adepturi, & in reb⁹ hisce terrenis & vitę felicitatẽ: ægrescere præstat & infelices esse iu his vitæ bonis, salua dũtaxat erga deum conscientia & pietate, q̃ a deo diuelli, & ei⁹ gratia excidisse, vel vtcũq̃ ad mortem animo ęgrotare: cũ interea deũ vt corporis optima valetudine sim⁹, & fortunę bonis felicius hisce vtamur. Quo sit vt ad eum potius sit concedendum, qui præter humanam salutem re nulla indigeat, q̃ his inhærendum, qui & nidoribus & sanguine egeant. Celsus igitur vbi tam multa de dæmonibus dixit: nidore & sanguine D indigẽtibus, pinde ac prauitatis cantico iterato: Longe magis existimãdi sunt dæmones ait, nec carere re aliqua nec indigere, sed illis adgaudere, q pie erga se gesserint. Sed nõ penitus humana natura a deo est & vnigenito filio destituta. Et Celsus quidẽ quę de nidore & sanguine dixit, q̃bus indigeant dæmones: vera vtiq̃ protulit: rursum tamẽ ex suapte natura ad mendacia lapsus, & dæmones ipsos cum hominibus cõfert, qui perfecte & iustius quę rectiora sunt faciũt: vel si nemo his gratias habeat: iu eos vero & cõferãt bona, qui gratitudinis referãt vicem. Mihi vero videtur Celsus hoc loco confundi & mẽte nõuunq̃, vt dæmone percitus, nonnũq̃ vero ex inconsideratius dictis & resipiscere, ita vt paulo post veritatis aliquid conspicetur. Ite rato enim & illud hũc in modũ inducit. A deo autem haud quaq̃ est desciscendum, nec interdiu quidem, nec noctu: nec publice, nec priuatim, verbo vero vbiq̃ & opere semper: sed cũ his, vel sine his anima semper sit

deo intēta. Ipse vero cū his illud quod Celsus inquit ita acceperim, hoc est cū publico opere quouis, & quibusuis dictis. Deinde rursum tanq̄ aduersus emotæ & furiatę mentis excessus, vt per dæmonem inditos animo, reluctādo, & in multis iā superatus, hęc infert.
E Si eñ ita se habent, cur difficile fuerit & graue vt vel in terris principes ipsi placentur, & alii item & inter homines potentiores & reges: ita vt ne hi quidem sine dæmonū vi terrenis sint his reb⁹ dignati? In superiorib⁹ Celsus quantū in eo fuit, animam hanc nostram ad dæmones ipsos traduxit: nunc vero libet per nos vt potentiores isti placentur, & secūdum hos reges: & quoniam sunt quę ad hos attinēt vulgatiora, & vt exemplorum plena est vita, ita & oīs historia: haudquaq̄ necessarium duxi de his aliquid impræsentiarum proferre. Vnus tamē nobis placandus est de⁹ & vt propitius sit exoptandum, qui vtiq̄ & pietate & virtute placatur. Q̄ si quos alios velit preter Deum omnipotentem placatum hic iri: intelligat quemadmodū & corpus id cum mouetur & vmbram habet se subsequētem: sic item & qui summum deum placarit, & illius amicos ppitios vt habeat sequitur, Angelos scilicet animasq̄ & spiritus cęteros beatiores, quippe qui simul & sentiant quinā dei sint benignitatem promeriti. Nec solū se hi erga digniores quosq̄ propitios reddunt, sed & deo gratificari volentibus opitulātur, hisq̄ & placatiorē hūc faciunt, vnaq̄ & supplicant & precātur: & ita vt affirmare id ausim, vel hominibus vltro q̄ potiora sunt animo destinātibus, deoq̄ supplicantibus, potestates illas innumeras nec vocatas quidē vltro deum vna comprecari, genetiq̄ huic nostro adesse, & cum dęmonib⁹, vt ita dixerim vel certamen inire, quos viderint eorum impugnare salutem qui se deo permiserint. Nec dęmonum istorum magni faciunt odia, si in hominem forte desęuiāt illorum cultum defugientem qui nidore constet & sanguine, & quouis modo dictis & actionibus incumbentem vt omnipotēti se deo per Iesum cōciliet & plane coniungat, qui infinitam dęmonum multitudinem sustulit, cum obeūdo loca sanaret ęgrotos, & multos ad rectiora conuerteret, quibus vim diabolus iam intulisset. Nobis vero hominum erit vel regū quidem placatio contemnenda, nec solum quę per cędes & flagitia fiat, & sęuiora facinora, sed q̄ vel in deum impietate pretenditur, vel vocequadam seruili & supplici, viris fortibus indecora, & animi prestantibus magnitudine nil cō-

sentanea, & qui tolerantiā duxerint pro summa virtute, etsi cęteras omnes sint cōsequuti. Ita fit vt nihil agamus qd̄ Dei vel doctrinę aduersetur vel legi: non enim adeo insani mus, vl' furore corripimur, vt cōtra nos ipsos principis & potētioris cuiuspiam iracundiā concitemus, quæ plagas suppliciave & mortes ferat: quippe qui Pauli illud perlegimus, Omnis anima potestatibus præcellentib⁹ subdita sit: nou est enim nisi a deo potestas: Quę autē sunt a deo, ordinata sunt: Itaq̄ qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Id dictum in prima ad Romanos epistola, abunde satis & varie alias explanauimus: nunc vero pressius, vti & locus exigit, & plane simplicius, & pro communi hominum captu desumpsimus. Cæterum cum Celsus affirmet F
neq̄ principes ipsos sine dæmonum numine quodam & vi fuisse his terræ bonis dignatos: cūq̄ & plęraq̄ essent de istorum statu dicenda, ita vt lōgior oboritura sit quæstio eorum gratia qui per tyrannidem dominātur, vel ob principatum in lasciuiam & delicias collabuntur, in aliud tempus hęc differenda distulimus. Vnde nec per regem iuramus, vt Celso placet, perinde ac non alium deum esse duxerimus: nec per Fortunam quidē, quā plęriq̄ rei euentum dixere: quando nec aliquid sit, nec omnino subsistat, nec quippiam valeat: ne iurisiurandi forte vim illam in rebus non necessariis desumamus, vt solēt plęriq̄, qui vel in Romani Imperatoris numen siue fortunam iusiurandum id fecerint. Fit itaq̄ vt nobis potius sit moriendum, q̄ p dęmonis aliquod numen & praui, iureiurando aliquid confirmemus: qui & plęrunq̄ nulli⁹ sit fidei, & cum eo simul quem forte sortitus sit homine fallitur, etsi is longe plurimum peccet. Rursum Celsus haud secus ac qui dæ G
mone perciti dum aliquid referunt, & loqui mox definunt, & inter loquendum labūtur: perinde atq̄ sobrius huiusmodi infert. Si eñ quis iubeat eum qui Deum forte coluerit, vel impie facere, vel fœdius aliquid pronūciare, haudquaq̄ fuerit illi obtemperādum, nec fides præstanda: sed cuncta sunt potius toleranda supplicia, & mortes quæuis insuper subeundæ, q̄ irreligiosum de Deo aliquid, ne dicam protuleris, sed ne cogitatione quidem admittat. Moxq̄ & iterato, vt nostræ doctrinæ ignarus, & vniuersa confundens, hæc subdit. Si enim iniunxerit quispiam vt Solem Mineruamve laudibus efferas, promptissime pulchrum Pæana decātando extuleris: Sic eñ videbere summū Deum

percolere si istos collaudaueris. Diuinus si-
dē cultus vbi ad omnes peruaserit, perfectior
redditur. Vel ipsi quidem æquiore animo la
turi sumus, qui solem iusserit collaudandū:
vt qui plane didicimus non iis solum quę di
uinę dispositioni subiiciuntur: sed vel infen-
sis & hostibus benedicere. Solem itaq; vt dei
pulcherrimū opus collaudamus, vt qui dei
legem obseruet: & illud insuper audiat, Lau-
date dominū sol & luna: & enixius patrē &
A rerum omniū laudet cōditorem. Mineruam
vero cum sole vna inter deos relatam Græ-
corum fabulæ prodiderunt: qđ siue sic se ha
bere, siue minime hi suspicentur: Mineruam
hanc tamen tradūt e Iouis capite natam, ar-
matāq; prodiisse: quā postmodum insectādo
Vulcanū corrūpere voluisse, & eius pudici-
tiam viciare, cuius vim renitendo hāc effu-
gisse: ita eius ex desiderio Vulcanū semen p
fudisse in terrā, vnde sit Erichthonius nat⁹,
quē vt inqt Homerus, Minerua nutriuit Io-
uis filia, Terra vero genuit vitę datrix. Et sa
ne q Iouis filiā Mineruā affirmat, vt fabulas
affatim suscipiat & fictiones necesse est: quas
vtiq; nequaq̄ est admissurus, q eas defugerit,
& veritatē perquirat. Q; autē ex tropologia
quadā Minerua hęc sapiētia esse asseueret, &
ita interpretet: ostendat aliqs quēadmodum
illa subsistat, vtq; & tropice de se pręferat sa
pientiam. Si vero vetustior fuit Minerua, vt
cui & fuerint, accolis ipsis cum mysteria, tū
& sacra tradētibus, delati honores, cum vel-
lent hanc apud homines diuinitatis nomen
sortiri, & in deam referri: at eo minus vel cō
memorāda hæc fuerit, vel venerāda vt dea,
quo nec tantus sol iste a nobis vt veneretur
fas sit: tametsi hunc & laudibus efferamus,
& benedictis prosequimur. Celsus igitur tūc
maxime colere nos deū affirmat, cū Solem &
Mineruā extollimus laudando. Nos vero ali
ter longe sentimus: quippe qui hymnos cum
in dei, tum in vnigeniti dei & filii laudē de-
cantamus: & deum quidē & eius vnigenitū
filiū nil secus collaudamus, ac sol ipse & lu-
na collaudat, stellęq; & cęlestis item oīs exer-
citus: hi enim omnes vt chorus diuinus, cū
iustis vna qui inter homines agunt, deum
ipsum & vnigenitū filium laudibus efferūt.
B Diximus supra haud quaq̄ iurādum esse per
Regem q in humanis his agat, nec p eā quā
dicūt Fortunam: vnde nec necessariū fuerit
vt iterato ad ea respondeamus quæ dixerat
Celsus huiusmodi: Si enim per regem vel po
tentiorem quempiam qui inter homines de-
gant, iurare te quispiam iusserit: haud sane
videri id grauius debet: his nāq; terrena hęc
tradita sunt, & quicqd in vita acceperis, ab
his pculdubio accepisti. Nos vero haudqua
q̄ asserimus fuisse his oīa quæ in terris sunt
tradita, nec quicqd in vita accepim⁹, ab ipsis
his accepisse. Cum enim iure aliquid & recte
accipimus, vt domesticos fructus, & panem
cor hominis confirmātem, vitēq; flexibilem
& caducam, & vinū hominis corda lętificās, C
oleæ præterea fructus: ex dei id sumimus p-
uidētia, vt in oleo hominis facies hilarescat.
Porro Celsus sic inquit. Non enim priscorū C
cuiq̄ fides est abrogāda, olim hæc prędicāri:
Vnus sit imperator, cui Saturni tortuosi cō
silii filius imperium dederit. Deinde mox
subdit. Si enim decretum regium solueris,
merito de te vindictam sumpserit rex: Q; si
tecum id egerint omnes vt legem dissoluāt,
nihil impediet quo minus in cęteros vindicā
do solus hic relinquatur: quæ vero in terris
sunt per iniquissimos & immanissimos barba
ros gubernētur. Ita fiet vt nec tuę religionis
vel cultus: nec verę sapiētiæ relinquatur in-
ter homines gloria. Sed velim eqdē vt vnus
sit dominus, vnus sit imperator, non tamē is
cui Saturni tortuosi consilii filius imperium
dederit: sed alius potius cui ille detulerit do
minatum, qui & reges cōstituit, & regna cō-
firmat, & optimū in tempore erigit super ter
ram. Nec sane Saturni filius tortuosi consilii
qui vt Græcorū fabulæ ferūt, patrem regno
expulerat, reges per loca constituit: nō enim
vt locus quisq; exegerit, allegorice quis ista
interpretabitur: sed deus qui omnia modera
tur, optime nouit quidnam esset in cōstituē-
dis regibus hisce facturus. Dissoluimus ergo
quod Saturni tortuosi & varii consilii filius
tulit decretum: cum nihil interea quod cur-
uum & tortuosum sit, dei patrē & deum vel
le credamus: cum alioquin quę de prouinciæ
statuūtur haud quaq̄ dissoluimus, nec quæ
in primis per prouidentiam hanc ipsam ge-
runtur, vel e quibusdam prouidentię appen
dicibus fiunt. Neq; hoc quidem pacto in nos
animaduerteret imperator, id sedulo affirmā
tes, haud quaq̄ sibi Saturni filiū detulisse im
perium: sed qui deponit & constituit reges.
Et id sane mecū fecerint omnes, vt Homeri-
cū illud soluāt decretū: quę vero deus de im
periis statuat, tueantur & seruent. Nec secus
& illud quod ita iniūgitur: Regem honorifi-
cate & obseruate. Quo fit vt nec hūc ipsum
in modū imperator solus destituatur, vel ad
solitudinē redigatur, nec quæ in terris sunt
ad iniqssimos & efferatissimos barbaros trās-

ferant. Q; si vt Celsus affirmat, id ipsum me
cũ vna fecerit oẽs, profecto vel barbatos ho-
mines diuina suscepta doctrina & iustissimos
quidẽ & mansuetissimos fore asseuerauerim,
& cultum oẽm superuacaneum iri quandoq;
sublatum, & Christianorũ duntaxat perman
surum, duraturumq; perpetuo solum Christi
doctrina permultas semper animas depascen-
D te. Porro Celsus vt prorsus ignarus quidnã
quod dixerat subsequatur, sic inquit. Nõ enĩ
dixeris perinde ac tibi pstira fide, Romanos
legitimis suis cum erga deos, tũ in homines
neglectis officiis, tuum hũc quem celsissimũ
dicis, vel aliũ quempiam pro tuo arbitrio in
uocaturos, vel fore vt supplices rogent, sese
vt cęlo descendens tuetur: ita vt aliorũ non
indigeant virib⁹. Quondam enim vt vos af-
firmatis, vel id quidem facturum se ille polli
cit⁹: spectare licet q̃ vel Iudæis vel vobis pro
fuerit. His siquidẽ pro vniuersę terrę promis
so imperio, nec gleba quidẽ, vel quãtulacũq;
hęc fuerit relinquitur: vestrũ autẽ etsi quis-
piam latitando oberrat, quæritur tamen ad
mortis supplicia. Vbi vero quęrit hęc Celsus
quidnã sit Romanis his occursurum si legi-
timis diis neglectis Christianę doctrinæ fidẽ
adhibeant, & ex primis illis hominũ legibus
celsissimum colant: audi quid ad hæc dicere
libeat. Si enim duo ex vobis inquit consense-
rint super terram, de omni re quãcunq; petie
rint, fiet illis a patre meo qui in cælis est. Lę-
tatur siquidem rationalium animantium cõ
cordia deus, & discordiam auersatur. Quid
erit ergo hisce ex dictis existimandũ, nisi per
paucos esse hoc tempore inter se conuentu-
ros? At omnes qui sub Romanorum sunt di
tione in vnũ sint forsitan coituri & illi sup-
plicaturi q Hebræos, cum ab Aegyptiis se p
sequẽtibus fugarent, hũc in modum alloqui
tur: Dominus pugnabit p vobis, vos aũt ta-
cebitis. Et sane vbi illi cõcordi animo domi-
num precabũtur, longe plures poterunt ho-
stiũ vel se insectantiũ trucidare, q̃ Moyses il-
le ad dominũ clamitãdo, vel aliis qui aderãt
deprecãtibus trucidarit. Quod autem his q
legem seruarent promiserat deus, si min⁹ vt
erat pollicitus fecit, non idcirco quia menti-
tus sit ille effectum id est, sed quia cũ pactio
ne & promissionẽs sint factę, si lege seruata &
E iuxta legem ducerẽt vitam. Porro si nec gle-
bę quidẽ nec larium Iudęis qcq̃ reliquum est
cũ pactionibus promissa suscipientibus: pro-
fecto eorum est omnis incusanda præuarica-
tio, & ea pręcipue qua in Iesum sunt vsi. Sed
pro Celsi materia vbi vel Romani ipsi credi-
derint, & deũ pcando institerint, hostes vtiq;
superabũt: vel saltem eorum salua republica
minus oppugnabuntur, diuina quadam vir-
tute seruati: quę & iustorum ob gratiã quin
quaginta, ciuitates quiq; sese pollicita sit ser
uaturam. Cõstat nanq; dei homines ad rerũ
terrenarum confirmationem & statum, velu
ti sal esse, quod cætera ne putrescant obdurã
do cõseruet: q si sal euanuerit, ad nihilũ va-
let vltra, nisi vt eiiciatur foras, & cõculcetur
ab hominibus. Qui habet aures audiendi au
diat quorsum ista dicãtur. Et nos quidẽ vbi
deus tentatori tradita potestate pmiserit vt
nos persequatur, persecutiones quidem sub-
imus: cum autem deo placitum est vt has to
leremus, vel in hoc qui nos oderit mũdo pa-
cifice degim⁹: & sane dicenti illi confidimus
& id affirmanti, Confidite, ego vici mũdum.
Vnde inquãtum hic mundum peruicerit, a
patre vult hãc mũdi victoriam accepisse, in
quo ipsi habem⁹ fiducię plurimum. Q; si de
integro velit de pietate & cultu nos certamẽ
inire, pcedant in medium aduersarii, quibus
plane dicturi sumus, Oĩa possum in eo qui
me cõfortat Christus. Nonne duo passeres as
se vęneũt, & vnus ex illis nõ cadet super ter-
ram sine patre vestro qui in cęlis est? Tãtope
re enim vniuersa dei complexa est prouiden
tia, vt nec capitis nostri capilli hanc fugiant
numerati. Deĩde rursum in Christi persona F
loquentis, vt assolet Celsus in subsequentib⁹
ea inducit, quę nemo nostrum conscripserit.
Inquit enim. Nec illud vtiq; tolerandũ, q no
stros dixeris Imperatores vt obsequentiores
iam redditos per te captos iã esse, & alios irẽ
in posterum imperaturos persuasos te habi-
turum, nõ tamen vt illi alios sint capturi in
posterum, & alios insuper atq; alios, quousq;
tãdem captis oĩbus ac tibi deniq; obsequẽti-
bus, imperium aliquod in medium prodeat,
quod vt circũspectius fuerit, ita & prouidẽ-
tia sit plurimum valiturum, & futuri iã præ
scium, ita vt priusq̃ se disperditum eat, vos
funditus perdat. Sed ad hęc nil duxerim re-
spondẽdum: non enim de præsentibus hisce
Imperatorib⁹ quis nostrum hæc dixerit: q si
psuasi hi capiantur, vel aliis sumus quæ vo-
lumus persuasuri. At vndenam illud Celsus
desumpsit, vt perinde ac nobis ex successione
quadam posteris ipsis semper obtemperanti-
bus, & venientibus in capturam, quia in ho-
stes nihil animaduertãt, affuturum sit quan
doq; imperium aliquod vnũ & circũspectius
qd & futura præuideat, & nostra vt lõge pri
usq̃ sua dispereant, fundit⁹ sit sublaturũ? Sed

videtur i istis nugas Celsus subnectere, & id
A quidē ex se delirasse. Post hęc aūt qđ cuperet
forsitan explicās inquit: Si eñ fieri aliquādo
posset vt vnam i legē, qui Asiam, Europā, &
Libyam incolūt cōuenirēt, Gręciq; itē & Bar
bari qui vel terrarum tenent vltimos termi
nos. Moxq; vt impossibile factu existimans il
lud, sic infert. Qui eñ id fieri posse existima
uerit, profecto nullius est rei gnarus. Hęc ve
ro si sunt per nos differēda, suo loco explica
buntur & paucis: qui vtiq; locus vt diligen
tius est inquirendus, ita & confirmandus, vt
nō solum possibile factu id arguatur: sed ve
rum etiam esse mōstretur, φ in vnam legem
cōueniat genus omne mortalium præditum
ratione. Stoici vero superāte, quoad fieri po
test, cætera elementa qđ validius est elemen
to, conflagratura esse vniuersa affirmant, vbi
in ignem omnia conflabūtur. Nos vero diui
nam doctrinam asseueramus humanā omnē
& rationalem superaturam quādoq; naturā,
& animam in sui perfectionem immutaturā:
vbi quisq; vel tenui vsus licētia, & quæ velit
elegerit, & in quibus malit versetur. Nec par
esse diximus, vt quemadmodū in corporū
siue morbis siue vulneribus cōtingere solet,
vt ex his nōnulla plęrūq; quāuis medicā ar
tem excedāt periculi magnitudine: ita & ani
mis ipsis vt aliqđ insit a vitiis prodiens, qđ
minime queat per eū qui & deus sit, & sum
ma ratione vtat, vtcūq; curari. Diuina itaq;
disciplina omnibus animę vitiis cum fortior
sit & superior, & quæ item huic adhibet cu
ratio: profecto cuiq; pro dei arbitrio medica
tur, & rerum eo exitus tendit vt vitia deper
B dantur. Vtrum autem de integro nasci hæc
permittantur nec ne, haudquaq̄ pręsentis est
vel materię vel tēporis edocere: pmulta eñ
de vitiorum internicione & cuiusuis animæ
castigatione diuinis vaticiniis explicant. Sat
autem in pręsentia fuerit ex Sophonia dicta
quędā producere, quę huiusmodi sunt. Ve
rūtamen diluculo surgentes corruperūt oēs
cogitationes suas. Quapropter expecta me di
cit dominus, in die resurrectionis meę in fu
turum: qa iudicium meū vt congregem gen
tes, & colligam regna, & effundam super eos
indignationem meam, & omnem iram furo
ris mei. In igne enim zeli mei deuorabit oīs
terra: quia tunc reddam populis labium ele
ctum, vt inuocent omnes in nomine domini,
& seruiāt ei humero vno vltra flumina Ae
thiopię: inde supplices mei, filii dispersorum
meorum, deferent munus mihi. In die illa nō
cōfunderis sup cunctis adinuētionibus tuis,
quibus præuaricata es in me: quia tunc aufe
ram de medio tui magniloquos superbię tuę,
& nō adiicies ex altari amplius in monte san
cto meo, & derelinquam in medio tui populū
pauperem & egenum: & sperabunt in nomine
domini reliquiæ Israel. Non facient iniquita
tem, nec loquentur mendacium, & non inue
nietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam
ipsi pascentur & accubabunt, & non erit qui
exterreat. Qui autem quiuerit hęc cuncta per
noscere, apertius velim ostēdat prophetię sen
tentiam: quin potius disquirat pręcipue, quid
nam illud designet, vt terra omni penitus de
solata, tedeat ad populos lingua, in eius gene
ratione his rebus assimilis quæ ante lingua
rum cōfusionem fuissent: intelligatq; quidnā
sit illud vt omnes domini inuocent nomē, vt
seruiant ei humero vno, vt demantur contu
meliæ improbitates, nec de cætero futura sit
iniustitia, nec sermo van[9], nec lingua dolosa.
Hæc autem visa sunt nobis mediocriter, nec
diligenti narratione iam proferenda, Celsi ob
dicta existimantis fieri nō posse vt vnum sen
tirent qui Asiam, Europamq;, & Libyam inco
lunt, Græciq; itē & Barbari. Et forte illud hic
impossibile fuerit, q adhuc in corpore degūt,
non tamen his qui hoc liberi sunt. Cæterum C
hortatur nos Celsus totis virib[9] vt opem re
gi feramus, insumamusq; vna ad æquitatē la
borea vt illum tueamur, illi vt bella geram[9],
si bella gerēda sunt. Nos vero principib[9] quā
doq; opitulamur, hisq; opitulatione quadam
diuina præsidio sumus, dei armaturā recipiē
tes: & id quidem apostolicæ voci obtemperan
do nos agim[9], sic disserēti. Obsecro itaq; vos
primum facere petitiones, orationes gratiæ
pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro
omnibus qui in præcellentia sunt. Et nimi
rum quanto quis erga deum pietate præsti
terit, tanto & regibus ad opitulandum effi
cacior præter cæteros milites erit in expedi
tionem euntes, vt quoad liceat permultos
hostium perdat. Deinde ad eos q & a fide sūt
alieni, & dignū ducunt pro republica nos mi
litiæ munus inire, & homines morte confice
re, dicturi id sumus: quemadmodum iuxta se
simulacrorum heroum quorundā quos deos
putēt, sacerdotes Neocori, dexteram manum
sacrificandi gratia seruant innoxiam, vt mani
bus sanguine nil inquinatis, his offerant sa
crificia quos deos esse affirmant, ita vt nec si
ingruat bellū, militare hos alii cogant. Quod
vtiq; si iure id fieri apud istos videtur: quan
to magis vel aliis militātibus & nostri homi
nes vt dei sacerdotes preces & vota submini

ſtrando,pro his haud dubie ſunt otando po
tius q̄ belligerādo militaturi,qui bella iuſti⁹
geſſerint,& rectius dominenť:vt hoſtilia cū
cta & his aduerſantia qui iuſtiores ſint,tollā
tur e medio! Nos vero ꝑcando & ſupplican
do longe magis dęmones omnes qui vel præ
lia excitant,vel iuſiurandum cōfundunt,vel
pacem perturbāt,dū ꝑdimus,regibus ipſis
præſidio ſum⁹,quaſi bella gerere videremur.
Rebus præterea publicis cum cæteris vna &
nos inſudamus:quia ęquitate ſeruata cū ope
ribus & vota offerim⁹, & ꝑmulta meditādo
conſcribimus,quę ad voluptatis contemptū
inſtituūt,vt ab his duci ſe nil homines ſināt.
Nos inquam & pro Imperarore longe acrius
bella ſuſcipimus:etſi alioquin cum eo nullibi
militem⁹,priuatim tamē interea eius ob gra
tiam,militię munere fungimur,hoc eſt pieta
tis & cultus,cum deū precando & votis hūc
enixe iuuamus.Q; ſi velit īſuper Celſus pro
patria nos depugnare,ītelligat idipſum nos
ſedulo facere,non oſtentationis & gloriæ cu
piditate ab hominibus vendicandę:ſiquidem
e noſtræ mētis recondito preces funduntur,
vt per ſacerdotem pro patria tutāda emiſſæ.
D Accedit etiā ꝙ chriſtianę ſectatores religio
nis plus ſane q̄ cęteri homines in patriam be
neficii conferunt,cum & ciues erudiūt,& ad
pietatem inſtituūt:ad vetuſtum illum dierū
deū & diuinam cęleſtemq; ciuitatem recipiē
do,qui in minimis ciuitatib⁹ rectius vixerit:
quib⁹ id dicitur:*Si in exigua ciuitate fidelis
effectus es,veni ad magnā vbi deus eſt ī ſyna
goga deorum,& in medio deos diiudicat,te
illis annumerās:ſic non vltra morieris vt ho
E mo,nec ſicut vn⁹ de principibus cades.* Nos
pręterea Celſus ad capeſſendam rempublicā
& patrię nos principatum hortatur,ſi id vel
legum ſalutis vel pietatis gratia fieri opor
teat. Nos veto in ſingulis ciuitatibus alium
quēdam eſſe patriæ ſtatum dei doctrina con
ſtructum callentes,eos qui cū verbo ſunt for
tiores,tum vitę integritate vtuntur, vt præ
ſidete eccleſiis velint hortamur:cum eos in
terea minus ſuſcipiamus,qui dominandi ſtu
dio detinenť:illos vero enixe rogamus vt ec
cleſię dei curam capeſſant,q hanc promptius
nolint & petulāter capeſſere:& ſane qui opti
me inter nos pręſunt,vel inuiti cogūtur,re
ge illo & ſummo inſtante,quem & dei filium
ſcimus,& deum verbū eſſe cognouimus.Vn
de etſi in eccleſia teneāt principatum qui re
ctius præſident:hoc eſt ſi hi qui eccleſiæ eſſe
dicūtur, vel ſi iuxta dei inſtituta potiuntur
imperio:cum alioquin nihil ex eo poſitas le
ges ingnent,nec vulgatioris vitę vt Chriſtia
nos ritus ſectantes fugiant miniſteria, diligē
tius ꝓculdubio impoſitum onus procurant,
& ſeipſos miniſterio ſeruant, qđ & diuinius
ſit,& eccleſiæ dei & ad hominum ſalutē per
neceſſarium. Vnde & iure ſimul & neceſſa
rio cum alios ductant,tum vt internis ita &
externis prouident rebus,vt ex his indies re
ctius viuant,ex illis vero vt in præſtantiori
bus diuini cult⁹ doctrinis operibuſq; verſen
tur:ita vt vere deum colēdo, & quoad licue
rit erudiēdo q̄plurimos,dei verbo & diuinæ
ſimul legi iungantur,& deo ipſi per dei filiū
verbū cohęreāt,quē vtiq; cōſtat & ſapiētiā &
veritatē & iuſtitiā eſſe,q hoīm quēuis patri
conciliat qui ſit ad recte viuēdum paratior.

HABES IGITVR IN F
his ſacer Ambroſi, ꝑ
attributis viribus eo
rū iam finem,quę per
te nobis īpoſita ſunt:
ita vt octo iam libris
complexi ſimus quæ
cūq; par duximus vt
ad inſcriptū falſo Cel
ſi veritatis ſermonem
reſpōderemus. Eius itaq; fuerit qui & illius
ſcripta & aduerſus hūc noſtra ꝑlegerit, ſen
tētiam ferre,vtra potius vel deū ſpirent, vel
quemadmodum ille colendus ſit ſapiant ma
gis,vel ſaniorum dogmatū quę ad homines
ipſos peruenerint,& ad optimū viuēdi gen⁹
hortentur,melius ſentiant veritatem.Sed in
telligas Celſum aliud opus ſe polliceri in po
ſterum editurum,quo doceat quemadmodū
his q & velint & poſſint ſibi fidem præſtare,
viuendum ſit.Q; ſi de cætero ſecundum ali
quod opus non ille cōſcripſerit,bene habet,
& octo his libris cōtenti erim⁹ eius ſcriptis
iam reſpōdiſſe:ſin vero pergat,& alia quædā
inceptans perfecerit,conquiſita ad me conſe
ſtim tranſmittito,vt vel ea inſuper quę dein
ceps falſo hic ſenſerit,reſpōdendo ſtrenue re
futemus,vtcūq; pater ille veritatis ſuggeſſe
rit:& ſiqua forte veriora narrauerit,vt recti
us dicta noſtro teſtimonio comprobemus.

Adamantii Origenis contra Celſum li
ber octauus & vltimus finitur, tranſla
tus per Chriſtophorū Perſonam,ciuem
Romanum,& Priorem ſanctę Balbinę.

PROLOGVS RVFINI PRESBYTERI in Librum Primum Peri archon Origenis Presbyteri.

A SCIO QVAMPLVrimos fratrū scientię scripturarum desiderio prouocatos poposcisse ab aliquātis eruditis viris, & græcarū literarū peritis, vt Origenem Romanū facerēt, & latinis auribus cōdonarēt. Inter quos etiā frater Hieronym⁹ scilicet collega noster ab Episcopo Damasco deprecatus cū Homilias duas de Cātico canticorū in latinū transtulisset ex græco: ita in illo opere ornate magnificeq; præfatus est, vt cuiuis legendi Origenē, & auidissime perquirēdi desideriū cōmoueret, dicēs illius animę cōuenire qd dictum est, Introduxit me rex in cubiculū suū: asserens q̄ cū in cæteris libris oēs vincat, in Cāticis canticorū ipse se vincit. Pollicet sane in præfatione se & ipsos in Cantica canticorū libros, & alios q̄plurimos Origenis, Romanis auribus largiturum. Sed ille vt video in stylo proprio placens, rem maioris gloriæ sequitur vt pater verbi fit potius q̄ interpres. Nos ergo rem ab illo quidem cœptā sequimur & pbatam, sed nō ęquis eloquentię viribus tāti viri ornare possumus dicta: vnde vereor ne vitio meo illud accidat, vt is vir quē ille alterū post Apostolos ecclesię doctorē sciētię ac sapiētię merito cōprobauit, inopia sermonis nostri lōge esse inferior videat. Qđ ego sepius considerans reticebam, & deprecātibus me frequēter in hoc fratribus nō annuebā: sed tua vis fidelissime frater Macari tanta est, cui obsistere ne imperitia quidem potest. Propter quod ne te vltra grauē paterer exactorē, etiā citra propositū meū cessi. Ea tamen lege atq; ordine in quantum fieri potest, interpretādo sequor regulā prędecessorū, & eius pręcipue viri cuius superius fecimus mentionem, qui cum vltra septuaginta libellos Origenis quos Homiliticos appellauit, aliquantos etiā de Tomis in Apostolū scriptis trāstulisset in latinū: in quibus cū aliquanta offendicula inueniantur in gręco, ita elimauit omnia interpretando, atq; purgauit, vt nihil in illis qđ a fide nostra discrepet latinus lector inueniat. Nūc ergo etiā nos licet non eloquentię viribus, discipulū tamen regulis inquātū possumus sequimur: obseruantes scilicet vt ea quę in libris Origenis a seipsis discrepātia inueniunt, proferant. Cuius diuersitatis causam plenius tibi in Apologetico quē Pamphilus p libris ipsius Origenis scripsit edidimus: breuissimo libello super addito, in quo euidētib⁹ (vt arbitror) probamētis corruptos esse in q̄plurimis ab hæreticis & maleuolis libros eius ostendimus, & pręcipue istos quos nūc exigis vt interpreter, id est Peri archon, qđ vel de principiis, vel de potestatibus dici potest, qui sunt reuera alias & obscuri, & difficillimi. De rebus eīn talib⁹ ibi disputat, in quibus philosophi oīni ętate sua consumpta inuenire potuerunt nihil. Hic vero noster quantū potuit id egit, vt creatoris fidem, & creaturarum naturā, quā illi ad impietatē traxerāt, ad pietatē conuerteret. Sicubi ergo nos in libris eius aliqđ circa id inuenimus, quod ab ipso in cæteris locis de pietate, de trinitate fuerat definitū: velut adulteratū hoc & alienū, aut pretermissum, aut secundū eam regulam protulimus, quā ab ipso frequēter inuenimus affirmatam. Siqua sane velut peritis iam & scientibus loquens, dum breuiter trāsire vult obscurius pulit: nos vt manifestior fieret locus, ea q̄ de ipsa re in aliis eius libris apertius legeram⁹ adiecim⁹, explanationi studēres: nihil tamen nostrū diximus: sed licet in aliis locis dicta, tū sua ipsi reddidimus. Hoc aūt idcirco in pręfatiōe cōmonui, ne forte calumniatores inde se criminandi putent inuenisse materiā. Sed viderint qđ peruersi & cōtentiosi hoīes agant, nobis interim tantus labor (si tamen orantibus vobis deus annuerit) idcirco suscept⁹ est, nō vt calumniosis os (qđ fieri non potest, licet forte etiā hoc deus faciet) clauderemus, sed vt p̄ficere insolentiā ad scientiā rerū volentibus materiam præberemus. Illud sane oēm q hos libros descripturus est, vel lecturus, in conspectu dei patris, & filii, & spūs sancti cōtestor, atq; cōuenio p futuri regni fidē, pet resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illū qui præparatus est diabolo & angelis eius æternum ignē: sic non illum locū æterna hereditate possideat vbi est fletus & stridor dentium, & vbi ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur: ne addat aliquid huic, neu auferat, ne inferat, neu immutet, sed conferat cū exemplaribus vnde conscripserat, & ęmēdet ad literā, & distinguat, & inemēdatum, vel indistinctū codicē nō habeat: ne sensuum difficultas si distinctus codex nō sit, maiores obscuritates legentibus generet.

Explicitus est Prologus Rufini Presbyteri.

a INCIPIT LIBER PRIMVS PERI AR-
chon, opus Origenis Presbyteri, a Rufino
translatum.

PROOEMIVM ORIGENIS ADA-
mantii in Libros Peri archon.

C OMNES QVI CRE-
dunt & certi sunt ꝙ
gratia & veritas per
Iesum Christũ facta
sit, & Christũ verita-
tẽ esse norunt, secun
dũ ꝙ ipse dixit, Ego
sum veritas: sciẽtiam
quę prouocat homi-
nes ad bene beateq;
viuendũ nõ aliunde q̃ ab ipsis verbis Christi,
doctrinaq; suscipiunt. Christi aũt verbis dici-
mus, non his solum quæ homo factus, atq; in
carne positus docuit: & prius nanq; Christus
dei verbum in Moyse, atq; ꝓphetis erat. Nam
sine verbo dei quomodo poterãt prophetare
de Christo? Ad cuius rei probationẽ nõ esset
difficile ex diuinis scripturis ostendere, quo-
modo vel Moyses, vel ꝓphetę spiritu Christi
repleti, vel locuti sunt, vel gesserũt oĩa quæ
gesserunt: nisi studii nobis esset præsens hoc
opus omni qua possumus breuitate succinge
re. Vnde sufficere existimo vno hoc Pauli te-
stimonio debere nos vti ex epistola quam ad
Hebræos scribit, in qua ita ait: Fide magnus
factus Moyses negauit se dici filium filię Pha
raonis, magis eligens affligi cũ populo dei,
q̃ temporalem habere peccati iucũditatẽ: ma-
iores diuitias æstimans thesauris Aegyptio-
rũ, improperiũ Christi. Sed & post assumptio-
nem eius in cęlos, ꝙ In Apostolis suis locutus
sit, hoc modo indicat Paulus. An probamen-
tum eius quęritis qui in me loquit̃ Christus?
Quoniam ergo multi ex his q in Christo cre-
dere se profitẽtur, non solum in paruis & mi-
nimis discordãt, verũetiã in magnis & maxi-
mis, id est de deo vel de domino nostro Iesu
Christo, vel de spiritu sancto, non solum au-
tẽ de his, sed & de aliis creaturis, id est vel de
dominationibus, vel de virtutibus sanctis: ꝓ-
pter hoc necessarium videtur prius de his sin
gulis certã lineã, manifestãq; regulã ponere,
tũ deĩde etiã de cæteris q̃rere. Sicut.n. multis
apud Gręcos & Barbaros pollicentibus veri-
tatem, desiuimus apud oẽs eã quærere qui
eam falsis opiniõibus asserebant, postea q̃ cre-
didimus filium dei esse Christum, & ab ipso
nobis hãc discendã esse ꝑsuasimus: ita cũ mul
ti sint qui se putent sentire quæ Christi sunt,
& nonnulli eorum diuersa a prioribus senti-
ant, seruet̃ vero ecclesiastica ꝓdicatio per suc-
cessionis ordinẽ ab Apostolis tradita, & vsq;
ad præsens in ecclesiis permanens: illa sola cre A
denda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica
discordat traditione. Illud tamen scire opor-
tet, ꝙ sancti Apostoli fidem Christi prædican
tes, de quibusdam quidem quæcunq; neces-
saria crediderunt omnibus credẽtibus etiam
his qui pigriores erga inquisitionem diuinæ
scientię videbãtur manifestissime tradiderũt,
rationem scilicet assertionis eorum relinquẽ-
tes ab his inquirendam qui spiritus dona ex-
cellentia, & præcipue sermonis, sapientiæ, &
scientię per ipsum spiritum sanctum percipe-
re merebãtur. De aliis vero dixerunt quidem,
q̃a sint: quomodo autem aut vnde sint silue-
runt, ꝑfecto vt studiosiores quoq; ex posteris
suis amatores sapientiæ & sciẽtiæ exercitium
habere possent in quo ingenii sui fructũ ostẽ-
dere valerent, hi videlicet qui dignos se & ca
paces sapientię prępararẽt. Species vero eorũ
quæ per prædicationem apostolicã manifeste
traduntur, istę sunt.

¶PRImo ꝙ vnus deus est q oĩa creauit, atq; D
composuit, quiq; ex nullis fecit esse vniuersa
deus a prima creatura, & conditione mundi,
omnium iustorum, deus Adam, Abel, Seth,
Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Ia-
cob. xii. Patriarcharũ, Moysi, & prophetarũ:
& ꝙ hic deus in nouissimis diebus sicut per ꝓ
phetas suos ante ꝓmiserat, misit dñm nostrũ
Iesum Christũ, primo quidem vocaturum Is-
rael, secũdo vero etiam gentes post perfidiam
populi Israel. Hic deus iustus & bonus pater
domini nostri Iesu Christi, legem & prophe-
tas, & euãgelia ipse dedit, qui & Apostolorũ
deus est, & veteris, & noui testamẽti. Tum de
inde ꝙ Iesus Christus ipse qui venit, ante o-
mnem creaturã natus ex patre est. Qui cũ in
omni cõditione patri ministrasset (per ipsum
eñ omnia facta sunt) nouissimis temporibus
seipsum exinaniẽs homo factus est: incarnatus
est cum deus esset, & homo mansit quod deus
erat. Corpus assumpsit nostro corpori simile,
eo solo differẽs ꝙ natũ ex virgine & spũ san-
cto est. Et ꝙ hic Iesus Christus natus & pas-
sus est in veritate: & nõ per imaginem, com-
munem hanc mortem, vere mortuus est: vere
enim a mortuis resurrexit, & post resurrectio
nem conuersatus cum discipulis suis, assum-
ptus est. Tum demũ honore ac dignitate pa-
tri ac filio sociatum tradiderunt spiritum
sanctum. In hoc nõ iam manifeste discernitur,

vtrum natus aut innatus. Sed inquirēda iam ista p viribus sunt de sacra scriptura, & sagaci perquisitione inuestigāda. Sane φ iste spiritus sanctus vnūquēq; sanctorū, vel prophetarum, vel apostolorū inspirauit, & nō alius spiritus in veteribus, alius vero in his qui in aduētu Christi inspirati sunt: manifestissime in ecclesiis prædicatur. Post hæc iam φ aīa substantiam viuāq; habēs propriam, cum ex hoc mundo discesserit, & pro suis meritis dispēsabit, siue vitæ ęternę, ac beatitudinis hęreditate potitura, si hoc ei sua gesta præstiterint: siue igne ęterno ac suppliciis mancipanda, si in hoc eam scelerum culpa detorserit. Sed & φ erit tēpus resurrectionis mortuorū cum corpus hoc qđ in corruptione seminatur, surget in incorruptione: & qđ seminatur in ignominia, surget in gloria.

A ¶Est & illud definitū in ecclesiastica prædicatione, omnē animā esse rationabilem, liberi arbitrii & volūtatis: esse quoq; ei certamen aduersus diabolū & angelos ei⁹, cōtrariasq; virtutes, ex eo φ illi peccatis eā onerare contendant, nos vero si recte cōsultēq; viuamus, ab huiusmodi nos exuere conemur. Vnde & cōsequens est intelligere non nos necessitati esse subiectos, vt omni modo etiam si nolimus vel mala vel bona agere cogamur. Si enim nostri arbitrii sumus, instigare fortasse possunt aliquę virtutes ad peccatū, & alię iuuare ad salutem: nō tamen necessitate cogimur vel agere recte vel male: quod fieri arbitrantur qui stellarum cursum & motus causam dicunt humanorum esse gestorū: nō eorum esse quæ extra arbitrii accidunt libertatē, sed eorum quæ in nostra sunt posita potestate. De aīa vero vtrū ex semine traducis ducatur, ita vt ratio ipsius vel substantia inserta ipsis seminibus corporalibus habeat: an vero aliud habeat initium, & hoc ipsum initiū si genitū est, an non genitū, vel certe si intrinsec⁹ corpori inditur, necne: nō satis manifesta prædicatione distinguitur. De diabolo & angelis eius contrariisq; virtutibus ecclesiastica prædicatio docuit, φ sunt quidem: sed quid sint, aut quomodo sint, non satis clare exposuit. Apud plurimos tamē ista habetur opinio, φ angelus fuerit iste diabolus, & apostata effectus φplurimos angelorū secū declinare psuaserit, qui & nūc vsq; angeli ipsius nuncupantur.

B ¶Est præterea illud ecclesiastica prædicatione definitum, φ mundus iste factus sit, & a certo tempore cœperit, & pro ipsa sui corruptione soluendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundū erit, iam nō pro manifesto multis innotuit. Non enī euidēter de his in ecclesiastica prædicatione sermo profert. Tum demū φ per spiritū sanctū scripturę conscriptę sint, & sensum habeant nō eum solum qui in manifesto est, sed & alium quendā latentem φplurimos. Formę enī hęc quę scripta sunt sacramentorum quorūdam, & diuinarum rerum imagines sunt.

¶De quo totius ecclesiæ vnus est sensus, esse C quidem omnem legem spiritalem: non tamen ea quę spirat lex esse omnibus nota, nisi his solis quibus gratia spūs sancti in verbo sapientiæ ac scientiæ cōdonatur: sat insequitur. Appellatio autem ἀσωμάτου, id est incorporei nō solum apud multos alios, verumetiam apud nostras scripturas est inusitata & incognita. Si vero quis velit nobis proferre ex illo libello q Petri doctrina appellatur, vbi saluator videtur ad discipulos dicere, Non sit dæmonium incorporeum: primo respōdendum est ei, φ ille liber inter libros ecclesiasticos non habetur: & ostendendū φ neq; Petri est ipsa scriptura, neq; alterius cuiusq̄ qui spiritu dei fuerit inspiratus. Quod etiam si ipsum concederetur, non idem sensus ex isto sermone ἀσωμάτου indicatur, qui Græcis vel gentilibus auctoribus ostenditur cum de incorporea natura a philosophis disputatur. In hoc enim libello incorporeum dæmonium dixit, pro eo φ ipse ille quicunq; est habitus, vel circūscriptio dæmonici corporis, non est similis huic nostro crassiori, vel visibili corpori: sed secundum sensum eius qui cōposuit illam scripturam, intelligendum est quod dixit, id est non esse tale corpus quale habent dęmones, quod est naturaliter subtile, & velut aura tenue, & propter hoc vel imputatur a multis, vel dicitur incorporeum: sed habere se corpus solidum, vel palpabile. In consuetudine vero hominum omne qđ tale nō fuerit, incorporeum in simpliciorib⁹, vel in imperitiorib⁹ nominatur, velut si quis aerem istum quo fruimur in corporeum dicat, quandoquidem non est tale corpus vt comprehēdi ac teneri possit, vt ingentiq; resistere. Quęremus tamen si vel alio nomie res ipsa quā grçci philosophi ἀσώματον, id est incorpoream dicunt, in scripturis sanctis inuenitur. De⁹ quoq; quomodo intelligi debeat inquirendū est, corporeus, an secūdum aliquem habitū deformatus, an alterius naturę φ corpora sunt: quod vtiq; in prędicatione nostra manifeste nō designatur. Eadem quoq; hęc de Christo, & de spiritu sancto requirenda sunt: sed & de omi anima, atq; omi rationabili natura nihilominus requirendū est.

D ¶Est etiam illud in ecclesiastica prędicatione, esse angelos dei quosdã, & virtutes bonas quę ei ministrent ad salutem hominum cõsummã dam:sed quando isti creati sunt,& quomodo sint,non satis in manifesto distinguitur.

¶De sole aũt & luna & stellis vtrũ animantia sint,an exanima,manifeste nõ traditur. Oportet igit̃ velut elemẽtis, ac fundamẽtis huiusmodi vti secũdum mandatũ qđ dicit,Illuminate vobis lumen scientię,eũ qui cupit seriem quandã & corpus ex horũ omniũ ratione cõficere,vt manifestis & necessariis assertionibꝰ de singulis quibusq́ quid sit in vero rimetur, & vnũ(vt diximus) corpus efficiat excerptis affirmationibus, vel his quas in sanctis scripturis inuenerit,vel quas ex cõsequẽtię ipsius indagine ac recti tenore reppererit.

De Deo. CAP.I.

C SCIO ꝙ conabuntur quidam & secũdũ scripturas nostras deũ corpus esse asserere, qm̃ inueniũt scriptum esse apud Moysen ꝙ deus noster ignis consumens est. In Euangelio vero secũdũ Ioannem deus spiritus est:& eos qui adorant eũ,in spiritu & veritate oportet adorare. Ignis vero & spũs nõ aliud apđ eos, q̃ corpus esse putabit̃. Quos interrogare volo qđ dicant de eo qđ scriptum est,ꝙ deus lux est,sicut Ioãnes in epistola sua dixit:Deus lux est,& tenebrę nõ sunt in eo. Ista nempe lux est quæ illuminat oẽm sensum eorũ qui possunt capere veritatẽ:sicut in.xxxv.Psal.dicit̃:In lumine tuo videbimus lumẽ. Quid eñ aliud lumẽ dei dicendũ est,in quo quis videt lumẽ,nisi virtus dei,per quã quis illuminatus,vel veritatẽ rerũ omniũ peruidet,vel ipsum deũ cognoscit qui veritas appellat̃? Tale est ergo qđ dicitur,In lumine tuo videbimus lumen:hoc est in verbo & sapiẽtia tua quę est filiꝰ tuus, in ipso te videbimus patrem. Nũquidnã quia lumen nominatur,simile putabitur solis huius lumini? Et quomodo vel eius aliquis dabitur intellectus, vt ex isto quis corporali lumine causam sciẽtię capiat,& veritatis inueniat intellectum? Si ergo acquiescũt huic assertioni nostrę,quam de natura luminis ipsa demõstrauit ratio, & fatentur nõ posse corpus intelligi deum secundũ luminis intellectũ:similis quoq́ ratio eadem igni cõsumẽti dabitur. Quid enim consumet deus secundum hoc ꝙ ignis est? Nunqdnã putabitur consumere materiã corporalẽ,vt est lignũ,vel fœnũ,vel stipula? & quid in hoc dignũ de dei laudibus dicitur,si deus ignis est huiusmodi materias cõsumens? Sed si cõsideremus ꝙ deus consumit qđ exterminat, si cõsumit malas mentiũ cogitationes,cõsumit gesta turpia,cõsumit desideria peccati, cuius se credentiũ mẽtibꝰ inserit, & eas aĩas quæ verbi sui ac sapientię efficiunt̃ capaces,vna cũ filio suo inhabitãs,secundum ꝙ dictũ est, Ego & pater veniemus,& mansionẽ apud eũ faciemꝰ:oĩbus eorũ vitiis,passionibusq́ consumptis sibi eas sequ dignũ efficit tẽplũ. Sed & his qui p̱ hoc qđ dictum est,Qm̃ deus spiritus est,corpus esse arbitrantur:hoc modo arbitror esse respondendum.

¶Cõsuetudo est scripturę sanctę cum aliquid E cõtrariũ corpori huic crassiori,& solidiori designare vult,spm̃ nominare, sicut dicit:Litera occidit,spiritus aũt viuificat. In quo sine dubio per literã corporalia signat,per spm̃ intellectualia,quę & spiritalia dicimus. Apostolus quoq́ dicit: Vsq́ in hodiernũ cum legit̃ Moyses velamen est positum super cor eorum: cũ aũt conuersus fuerit quis ad dominũ,auferet̃ velamen:vbi aũt spũs dñi,ibi libertas. Donec eñ quis non se cõuerterit ad intelligentiã spiritalẽ,est positũ velamẽ super cor eius,quo velamine.i. intelligentia crassiore scriptura ipsa velari dicit̃ vel putatur: & hoc est qđ ait superpositũ esse velamẽ vultui Moysi cũ loqueret̃ ad populũ.i.cũ lex vulgo recitaret̃. Si aũt cõuertamus nos ad dñm vbi est & verbũ dei, & vbi spũs sanctus reuelat scientiã spiritalẽ:tũc auferet̃ velamen, & tunc reuelata facie in scripturis sanctis gloriã dñi speculabimur. Sed & cũ de spũ sancto multi sancti participant,non vtiq́ corpus aliqđ intelligi potest spũs sanctꝰ, qđ diuisum ĩ partes corporales p̱cipiat vnusquisq́ sanctorũ:sed virtus p̱fecto sanctificans est, cuius participiũ debẽt habere omnes qui per eius gratiã sanctificari meruerunt. Et vt facilius quod dicimus possit intelligi, ex rebꝰ (q̃uis imparibus) sumamus exemplum.

¶Multi sunt q disciplinę,siue artis medicinæ G participãt,& nunq̃ putãdũ est oẽs eos q medicinę participãt, corp̱is alicuiꝰ qđ medicina dicat̃ in medio positi sibi auferre p̱ticulas,& eiꝰ participiũ sumere. An potiꝰ intelligẽdũ est ꝙ quicũq́ promptis paratisq́ mẽtibus intellectũ artis ipsius disciplinęq́ percipiũt,hi medicinę participare dicunt̃? Sed hęc nõ omni mõ similia exẽpla putãda sunt de medicina sancto spiritui cõparata,sed ad hoc tãtũmodo p̱bandũ ꝙ non cõtinuo corpus putandũ est id cuius p̱ticipatio habet̃ a plurimis:Spũs eñ sanctus longe differt a medicinę ratiõe,vel disciplinæ

pro eo φ spiritus sanctus subsistentia est intellectualis, & pprie subsistit & extat: nihil autē tale est medicina. Sed ad ipsum iam sermonē euangelii transeūdum est, vbi scriptū φ deus spiritus est: & ostendendum est q̄ consequenter his quę prediximus intelligi debeat. Interrogemus namq̧ quando ista dixerit Saluator noster, vel apud quē cum quid quęreret. Inuenimus sine dubio φ ad Samaritanā mulierem loquēs ista protulerit, ad eam quæ putabat φ in mōte Garizim secūdum opinionem Samaritanorū adorari oporteret deū: dicens quomodo de⁹ spiritus est. Quęrebat eñ ab eo Samaritana mulier putās eum esse vnum ex Iudęis, vtrum in Hierosolymis adorari oporteret deum, an in hoc monte: & ita dicebat. Patres nostri hoc in monte adorauerunt, & vos dicitis, φ in Hierosolymis est loc⁹ vbi adorare oportet. Ad hęc aūt quę opinabatur Samaritana, putās ex locorum corporalium prerogatiua, φ minus recte, vel recte adoret deus, aut a Iudęis in Hierosolymis, aut a Samaritanis in mōte Garizim: respondit Saluator esse recedendum a præsumptione corporalium locorum huic qui vult sequi dominū, & ita ait. Venit hora vt veri adoratores, neq̧ in Hierosolymis, neq̧ in monte hoc adorent patrem. Deus spūs est, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Et vide q̄ cōsequenter veritatē spiritui sociauit, vt ad distinctionē qdē corporū nominaret spiritū: ad distinctionē vero vmbrę vel imaginis, veritatē. Qui eñ adorabāt in Hierosolymis, vmbrę vel imagini cęlestiū deseruientes, nō veritatē, neq̧ spiritum adorabāt deū: similiter autē & ii qui adorabant in monte Garizim.

A ¶Omni igitur sensu qui corporeū aliquid de deo intelligi suggerit, prout potuimus confutato, dicimus secundum veritatem quidem deum incōprehensibilem, atq̧ inæstimabilem. Si quid eñ illud est quod sentire vel intelligere de deo potuerimus: multis longe modis eū meliorē esse ab eo qđ sensimus, necesse est credi. Sicut eñ si videamus aliquē vix posse scintillam luminis, aut breuissimæ lucernę lumen aspicere, & eum cuius acies oculorum plus de lumine capere q̄ supra dixim⁹, nō valet, si velimus de claritate ac splendore Solis edocere: nonne oportebit nos ei dicere, φ omni hoc lumine quod vider, ineffabiliter & inæstimabiliter melior ac prestantior est Solis splēdor. Ita mens nostra cū intra carnis & sanguinis claustra cōcluditur, & pro tali materię participatione hebetior, atq̧ obtusior redditur: licet p comparatione naturę corporeę longe precellens habeatur, tamē cū ad incorporea nititur atq̧ eorum intentionē rimatur, tunc scintillę alicuius lucernę vix obtinet locum. Quid autē in oībus intellectualibus, i. incorporeis, tam præstans oībus, tā ineffabiliter, atq̧ inæstimabiliter pcellens est, q̄ deus? Cuius vtiq̧ naturam humanæ mentis intendi, atq̧ intueri q̄uis purissima mens, ac lympidissima nō potest. Verū nō videtur absurdum si ad euidentiorem rei manifestationem etiā alia vtamur similitudine. Interdum oculi nostri ipsam naturam lucis, id est substantiā Solis intueri nō possunt: splēdorē vero ei⁹, vel radios fenestris forte & quibuslibet aliis receptaculis breuib⁹ infusos intuētes, cōsiderare possumus, fomes ipse ac fons quantus sit corporei luminis. Ita ergo quasi quidā radii quidā sunt dei naturę opera diuinę prouidentię & vniuersitatis huius ad cōparationē substantię ac naturę. Quia ergo mens nostra ipsum per se deū sicut est, nō potest intueri: ex pulchritudine operū, & decore creaturarū, parētē vniuersitatis intelligit. Non ergo aut corpus aliquod, aut in corpore esse putādus est deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adiunctionis admittens, vti ne maius aliqđ & inferius esse credat, sed vt sit ex omi parte μονάς, & vt ita dicam totus & mens, ac fons, ex quo initiū totius intellectualis naturę, vel mentis est. Mēs vero vt moueatur vel operet, non indiget loco corporeo, neq̧ sensibili magnitudine, vel corpali habitu, aut colore, neq̧ alio vllo prorsus indiget horum quæ corporis vel proprię materiæ propria sunt. Propter quod natura illa simplex, & tota mēs vt moueatur vel operetur, aliqd dilationis habere potest, ne p huiusmodi adiunctionē circūscribi vel inhabitari aliquatenus videat diuinę naturę simplicitas: vti neqđ pricipiū oim cōpositū inueniat & diuersum, & sit multa nō vnū, qđ oportet totius corporeę admixtionis alienum vna sola (vt ita dixerim) deitatis specie constare.

¶Q2 ergo mens nō indiget loco vt secūdum naturam suā moueat, certū est nostræ mētis contēplatione: Hæc eñ si in sua mēsura cōsistat, nec ex aliqua causa aliqđ ei obtusiōis eueniat, nihil vnq̄ ex locorū diuersitate tardabit quo minus suis motibus agat: neq̧ rursus ex locorū qualitate augmētū aliqđ, vel incremētū mobilitatis acquirit. Q2 si cōtēdat aliquis (verbi gratia) qa nauigātibus fluctib⁹ maris iactatis minus aliquāto mēs vigeat q̄ vigere in terris solet: non ex loci diuersitate id pati, sed ex corporis cōmotione, vel cōturbatione credendū est, cui mēs adiuncta vel inserta est. B

Videtur enim quaſi cōtra naturā in mari de-
gere corpus humanū, & ꝓpterea velut quadā
ſui inęqualitate motus incompoſite inordina
teq; ſuſcipere, & acuminis eius ictus obtuſio-
ri miniſterio diſpēſare, nō minus q̃ ſi qui etiā
in terra poſiti febribus vrgeātur: quorū cer-
tum eſt ꝙ ſi minus aliqd ꝑ vim febrium mens
ſuum non ſeruet officiū, non loci culpam, ſed
morbū corporis eſſe culpādū, ꝓpterea ꝙ tur-
batū atq; cōfuſum nequaq̃ notis ac naturali-
bus lineis ſolita menti dependit officia, quan-
doquidē nos homines animal ſumus cōpoſi-
tum ex corporis animæq; concurſu. Hoc eñ
modo habitare nos ſuper terrā poſſibile fuit.
Deum vero qui omniū eſt principiū, compo-
ſitū eſſe non eſt putandū, ne forte priora ipſo
principio inueniantur elemēta eſſe, ex quibus
cōpoſitum eſt omne quicqd illud eſt quod cō
poſitum dicitur. Sed nec magnitudine corpo
rali mēs indiget vt agat aliqd, vel moueatur:
ſicut oculus cum in maiora quidem intuēdo
diffunditur, ad parua vero & exigua coarcta
tur, & aſtringit̄ ad vidēdū. Indiget ſane mens
magnitudine intelligibili, quia non corporali
ter, ſed intelligibiliter creſcit. Non eñ corpo
ralibus incrementis ſimul cum corpore mens
vſq; ad vigeſimū, vel trigeſimū annum ætatis
augetur, ſed eruditionibus & exercitiis adhi-
bitis acumē qdē elimat̄ ingenii, quo quę ſunt
ei inſita ad intelligētiā ꝓuocant̄, & capax effi
citur maioris intellectus, nō corporalibus in-
crementis aucta, ſed eruditionibus & exerci-
tiis elimata: Quæ idcirco non ſtatim a puero
vel a natiuitate recipere pōt, qa inualida ad-
huc, & imbecilla membrorū eſt cōpago, quibꝰ
velut organis ad exercitium ſui mēs vtitur,
neq; operandi vſum ſuſtentare valet, nec per-
cipiēdæ diſciplinę exhibere ſufficit facultatē.
Si qui autem ſunt qui mentem ipſam animā
ꝙ corpus eſſe arbitrentur, velim mihi reſpon
deant, quomodo tantarum rerum tam diffi
ciliū, tamq; ſubtilium rationes, aſſertioneſq;
recipiat. vnde ei virtꝰ memorię! & vnde ei re-
rū inuiſibilium cōtēplatio! vnde certe incor-
poraliū intellectus rerum corpori ineſt! Quo-
modo natura corporea diſciplinas artium, re
rum contēplationes, rationeſq; rimatur! Vn-
de etiā diuina dogmata quę manifeſte incor-
porea ſunt, ſentire ac intelligere poteſt! Niſi
forte aliquis putet ꝙ ſicut forma iſta corpo-
rea, & habitus ipſe aurium, vel oculorum, cō
fert aliqd ad audiendū, vel ad vidēdū, vt ſin-
gula membra quę a deo formata ſunt habeāt
aliquid opportunitatis etiam ex ipſa formæ
qualitate ad hoc qđ agere naturaliter inſtitu
ta ſunt: Ita etiam habitum animæ vel mentis
intelligi debere arbitrentur, quaſi apte accō-
modeq; formatum ad hoc vt de ſingulis ſen-
tiat atq; intelligat, atq; vt in talibus motibus
moueatur. Verum qualem colorem mentis
ſecundum hoc ꝙ mens eſt, & intelligibiliter
mouetur, deſcribere quis poſſet, aut dicere,
non aduerto.

¶Adhuc ad cōfirmationē atq; explanationē D
eorum quæ de mente, vel anima dicimus, eo
ꝙ præſtātior ſit tota natura corporea, etiam
hęc addi poſſūt: vnicuiq; corporeo ſenſui ſub
ſtantia quę etiā ſenſibilis, ſubiacet proprie, in
quam ſenſus ipſe corporalis intēditur. Verbi
gratia viſui ſubiacent colores, habitus, & ma
gnitudo: auditui voces & ſonus: odoratui ni
dores, boni vel mali odores: guſtui, ſapores: ta
ctui calida vel frigida, dura vel mollia, aſpera
vel lęuia. His autem ſenſibus de quibus ſupra
diximus, ꝙ multo melior ſenſus ſit mentis,
omnibus clarū eſt. Quomodo ergo non videt̄
abſurdum his quidē quæ inferiora ſunt ſub-
ſtantias eſſe ſubiectas ad intēdendū: huic aūt
virtuti quę melior eſt, id eſt mentis ſenſui, ni
hil omnino ſubiici ſubſtātiale, ſed eſſe intelle-
ctualis naturę virtutē corporibus accidētem,
vel conſequentē! Quod q dicūt, ſine dubio in
contumeliā eius ſubſtātiæ quę in ipſis melior
eſt hoc proferunt, immo vero ex hoc etiā ad
ipſum deū referūt iniuria, cū putāt eum ꝑ na
turam corporeā poſſe intelligi, vel ſentiri, vt
volunt hoc intelligi ꝙ propinquitas quędam
ſit menti ad deum, cuius & ipſa mens intelle-
ctualis imago ſit, & ꝑ hoc poſſit aliqd de di-
uinitatis ſentire natura, maxime ſi expurga-
tior ſit a materia corporali. Verum iſtę aſſer
tiones minus fortaſſis auctoritatis habere vi
dētur apud eos qui ex ſanctis ſcripturis de re
bus diuinis inſtitui volūt, & etiā ſibi inde ap-
probari quærunt quomodo natura dei ſuper
eminet corporū naturā. Vide ergo ſi nō etiā
Apoſtolus hoc idem ait cū de Chriſto loqui-
tur, dicēs. Qui eſt imago inuiſibilis dei primo-
genitus oīs creaturę. Nō eñ (vt qdā putant)
natura dei inuiſibilis eſt alicui, & aliis viſibi-
lis eſt: nō eñ dixit Apoſtolus, imago inuiſibi-
lis dei hoībus, aut inuiſibilis peccatoribꝰ, ſed
valde conſtanter ꝓnunciat de ipſa natura dei
dicēs: Imago inuiſibilis dei. Sed & Ioannes in
euāgelio dicēs, Deū nemo vidit vnq̃: manife-
ſte declarat omnibus q intelligere poſſunt, ꝙ
nulla natura eſt cui viſibilis ſit deus: nō quaſi
qui viſibilis quidē ſit ꝑ naturā, & velut fra-
gilioris creaturę euadat, atq; excedat aſpectū:
ſed quoniā naturaliter videri impoſſibile eſt.

A Qꝫ si requiras a me quid etiam de ipso vnigenito sentiã, si nõ ipse quidẽ visibilem dicã naturã dei qui naturaliter inuisibilis est, ne tibi statim vel impium videatur esse, vel absurdũ: rationem quippe dabimus consequenter.

¶Aliud est videre, aliud est cognoscere: videri & videre corporum res est, cognosci & cognoscere intellectualis naturę est. Quicqd ergo proprium corporum est, hoc nec de patre est, nec de filio sentiendum. Quod vero ad naturã pertinet deitatis, hoc inter patrem & filium constat. Deniqꝫ etiã ipse in euangelio nõ dixit ꝙ nemo vidit patrem nisi filius, neqꝫ filium nisi pater, sed ait: Nemo nouit filium nisi pater, neqꝫ patrem quis nouit nisi filius. Ex quo manifeste indicatur ꝙ quicquid inter naturas corporeas videri & videre dicitur, hoc inter patrem & filium cognoscere dicitur & cognosci per virtutem scientię, non per visibilitatis fragilitatẽ. Quia igitur de incorporea natura & inuisibili, nec videre ꝓprie dicitur, nec videri: idcirco neqꝫ pater a filio, neqꝫ fili⁹ a patre videri in Euãgelio dicitur, sed cognosci. Qꝫ si proponat nobis aliquis, quare dictũ est, Beati mundo corde quoniã ipsi deum videbunt: multo magis etiam ex hoc (vt ego arbitror) assertio nostra firmabitur. Nam quid aliud est corde deum videre, nisi secundum id quod supra exposuimus, mente eum intelligere, atqꝫ cognoscere? Frequenter enim sensibilium membrorũ nomina ad animam referuntur, ita vt oculis cordis videre dicatur, id est cũ virtute intelligẽtię aliquid intellectualis cõiicere. Sic & audire aurib⁹ dicitur, cũ sensum intelligentię profundioris aduertit. Sic & vti eã posse dentibus dicimus, cũ mãdit, & panẽ comedit vitę q de cælo descendit. Similiter & cæteris vti membrorũ officiis dicitur, quę ex corporali appellatione translata virtutib⁹ animæ coaptant: sicut & Salomon dicit, Sensum diuinũ inuenies. Sciebat nãqꝫ duo genera esse sensuum: vnum mortale, corruptibile, humanum: aliud genus immortale, & intellectuale, quod nunc diuinũ nominauit. Hoc ergo sensu diuino non oculorum, sed cordis mundi, quæ est mens, deus videri ab his q digni sunt potest. Cor sane pro mẽte, id est ꝑ intellectuali virtute nominari in om̃ibus scripturis nouis, ac veteribus abundantius inuenies. Hoc igitur modo q̃uis lõge inferius q̃ dignus est, vtpote pro infirmitate humanæ intelligẽtiæ naturam dei intelligentes: nunc quid sibi velit nomen Christi videamus.

De Christo. CAPVT. II.

PRIMO Illud nos oportet scire, ꝙ alia est in Christo deitatis eius natura quę est vnigenitus filius patris: & alia humana, quã in nouissimis temporibus ꝑ dispensatione suscepit. Propter qd videndũ primo est qd sit vnigenitus filius dei, q multis qdẽ & diuersis nominibus ꝑ rebus vel opinionib⁹ appellantiũ nũcupat. Sapiẽtia nãqꝫ dicit, sicut & Salomon dixit, Dñs creauit me initiũ viarũ suarũ, & in opa sua anteq̃ aliqd faceret, ante secula fundauit me. In initio prius q̃ terrã faceret, prius q̃ ꝑduceret fontes aquarũ, anteq̃ formarentur mõtes, ante om̃es aũt colles genuit me. Dicit aũt & primogenit⁹, sicut dixit Ap̃lus, Qui est primogenitus omnis creaturæ. Nec tñ alius est primogenitus per naturam q̃ sapiẽtia, sed vnus atqꝫ idẽ est. Deniqꝫ & Apostolus Paulus dicit: Christus dei virtus & dei sapientia. Nemo tñ putet aliqd nos insubstantiuum dicere cũ eũ dei sapiẽtiã nominamus, id est (vt exempli causa finxerim) ꝙ eũ nõ velut aĩal quodda sapiẽs sed rẽ aliquã quę sapiẽtes efficiat intelligamus, ꝓbentẽ se, & mẽtibus inserentẽ eorũ q capaces virtutũ eius atqꝫ intelligẽtię fuerint. Si ergo semel recte receptũ est vnigenitũ filium dei, sapiẽtiã eius esse substãtialiter subsistẽtem: nescio si euagari vltra sensus noster debeat ad suspicandum, ne forte ipsa ideę substantia eius corporeũ aliqd habeat, cum om̃e qd corporeũ est, vel ħabitu, vel colore, vel magnitudine designet. Et qs vnq̃ sani sensus habitũ, vel colorẽ, vel mensuræ magnitudinẽ in sapiẽtia dei requisiuit ꝑ hoc ꝙ sapiẽtia est? Quo mõ aũt extra huius sapiẽtię generationẽ fuisse aliqñ deũ patrẽ, vel ad punctũ momẽti alicuius, qs põt sentire, vel credere, qui tñ pium aliqd intelligere nouerit, vel sentire? Aut eñ nõ potuisse deum dicet generare sapiẽtiã anteq̃ generaret, vt eã quę ante nõ fuerat postea genuerit vt esset: aut potuisse qdẽ, & (qd dici de deo nefas est) noluisse generare: qa vtrũqꝫ & absurdũ esse, & impiũ omnibus patet, id est vt ex eo qd nõ potuit de⁹ ꝓficeret vt posset, aut cũ posset dissimularet, ac differret gñare sapiẽtiã. Propter qd nos semp deũ patrem nouimus vnigeniti filii sui ex ipso quidẽ nati, & qd est ab ipso trahẽtis, sine vllo tñ initio, non solum eo qd aliquibus tẽporum spatiis distingui potest, sed sine illo quod sola apud semet ipsam mens intueri solet: & nudo (vt ita dixerim) intellectu, atqꝫ aĩo cõspicari. Extra omne ergo qd vel dici, vel intelligi põt initiũ gñatã esse credẽdũ est sapientiã. In hac ipsa ergo

sapientię subsistentia, qa omnis virtus, ac deformatio futurę inerāt creaturę, vel eorū quæ principaliter existūt, vel eorū quę accidūt cōsequēter virtute prescientię præformata atq; disposita pro ipsis quæ in ipsa sapientia velut descripta ac prefigurata fuerāt creaturis, sed ipsam per Salomonē dicit creatā esse sapientiā initiū viarū dei, cōtinens scilicet in semetipsa vniuersæ creaturæ, vel initia, vel formas, vel

D species. Quali aūt modo intelleximus sapientiā initium viarū dei esse, & quomodo creata esse dicit, species scilicet in se, & initia totius præformās, & contineēs creaturę: hoc etiā modo verbū dei esse eā intelligendū est p hoc q ipsa cęteris oībus, id est vniuersę creaturę mysteriorū & arcanorū rationē quę vtiq; intra dei sapientiā cōtinent, aperiat, & p hoc verbū dicit, qa sit tanq̄ arcanorū mētis interpres. Vnde & recte mihi dictus videt sermo ille qui in actibus Pauli scriptus est, qa hic est verbū animal viuēs: Ioānes vero excelsius & preclarius in initio euāgelii sui dicit, propria definitione deū esse definiēs verbū, dicēs: Et deus erat verbū, hoc erat in initio apud deum. Qui aūt initiū dat verbo dei, vel sapientię dei, intuere ne magis in ipsum ingenitū patrē impietatē suā iactet cū eū neget semp patrē fuisse, & genuisse verbū, & habuisse sapientiā in omnibus anterioribus, vel tēporibus, vel seculis, vel si qd illud est qd nominari pōt. Hic ergo filius etiā oīm quæ sunt veritas est & vita: & recte. Nā quō viuent quę facta sunt, nisi ex vita? vel quomodo veritate cōstarent ea quæ sunt, nisi ex veritate descēderēt? vel quomodo rationabiles possent esse substātię, nisi verbum vel ratio pcederet? vel quō sapiēs, nisi esset sapiētia? Verū quomodo futurū erat vt etiam deciderēt aliq a vita, & mortē Christi cōsciscerēt ex eo ipso q a vita deciderent? Non eī aliud est mors q̄ a vita discedere: & vtiq; nō esset cōsequēs, vt ea quę semel ad viuēdū fuerāt pcreara a deo, penit⁹ deperirēt. Oportuit aūt mortē esse talē virtutē, q̄ futurā dissolueret mortē, & esset resurrectio in dn̄o & saluatore nostro, quę resurrectio in ipsa dei sapiētia, & verbo, ac vita cōsisteret. Tum deinde quomodo futurū erat vt aliq ex his q creati sunt, p eo q nō naturaliter, id est substantialiter, inesset eis bonū, sed accidēs, nō volētes inconuertibiles, & incōmutabiles semp permanere, ac semper in eisdē bonis æqua ac moderata libratiōe durare, sed conuerti atq; mutari de statu, via factus est verbū dei & sapiētia? Quę via idcirco dicit, q ad patrē ducat eos q p eā incedūt.

E ¶ Quęcūq; ergo diximus de sapientia dei, hęc cōuenienter aptabuntur & intelligentur etiā pro eo q filius dei vita est, vt p eo q verbum est, & pro eo q veritas est, & pro eo q resurrectio est: quia hę omnes appellationes ex operibus eius, ac virtutibus nominatæ sunt, & in nulla harū vel leui opinione intelligi corporale aliud pōt, qd vel magnitudinē designare videatur, vel habitum, vel colorem: quomodo quidem hi qui vidētur apud nos hominū filii, vel cęterorū animaliū, semini eorū a quibus seminati sunt respōdent, vel earum quarū in vtero formantur ac nutriuntur, habent ex his qcq̄, illud est qd in lucē hanc assumūt, ac deferūt pcessuri. Infandū aūt est, & illicitū deū patrē in generatiōe vnigeniti filii sui, atq; in substātia sua exęquare alicui vel hominū vel aliorū animantiū generanti, sed necesse est aliquid exceptum esse, deoq; dignum, cui nulla protsus cōparatio non in rebus solum, sed ne in cogitatione qdem, vel sensu inueniri potest, vt humana cogitatio possit apprehendere quomodo vnigenitus deus efficit vnigeniti filii. Est nāq; ita ęterna, ac sempiterna generatio, sicut splendor generat ex luce. Non eī p adoptionē spūs filius fit extrinsecus, sed natura filius est. Videamus tamē quomodo hęc quę dicimus etiā diuinę scripturæ auctoritate muniātur. Ait Apostolus vnigenitū filium imaginē esse dei visibilis, & primogenitū eum esse totius creaturę: ad Hebręos vero scribēs dicit de eo, qa sit splēdor gloriæ, & figura expressa substātię eius. Inuenimus nihilominus etiam in sapiētia quę dicit Salomonis, descriptionē quandā de dei sapientia hoc mō scriptā. Vapor est eī, inqt, virtutis dei, & aporrœa glorię omnipotētis purissima. Ideo ergo in eā nihil cōmaculatū incidere potest. Splendor. n. est lucis ęternę, & speculū immaculatū opationis dei, & imago bonitatis ei⁹. Sapiētiā vero dicimus, sicut superius diximus, subsistētiā habētē nō alibi nisi in eo q est initiū oīm, ex quo & nata est quęq; sapiētia, qa ipse est solus natura filius, idcirco & vnigenitus dicit.

¶ Videamus sane quid intelligi debeat etiam de hoc q imago inuisibilis dicit, vt & per hoc aduertamus quomodo deus recte pater dicit filii sui: & consideremus primo ex his quę cōsuetudine hominū imagines appellari solent. Imago interdū dicitur ea q̄ in materia aliqua id est ligni vel lapidis depingi, vel exsculpi solet. Interdū imago dicitur ei⁹ q genuit, is qui natus: cum in nullo similitudinum lineamenta eius qui genuit in eo qui natus est mentiū tur. Puto ergo posse priori quidem exemplo aptari eū q ad imaginē & similitudinem dei E

factus est homo: de quo diligētius fauēte deo cum locum ipsum in Genesi exponere cœperimus, videbimus. Secundæ vero cōparationi imago filii dei de qua nūc sermo est, cōparari potest, & secūdū hoc ꝙ inuisibilis Dei imago inuisibilis est, sicut secūdū historiam dicimus similitudinē Adæ filiū Seth. ita enim scriptū est. Et genuit Adam Seth, secundum imaginē suā, & secūdū speciē suā. Quæ imago etiā naturę ac substantiæ patris & filii cōtinet vnitatem. Si enim omnia quę facit pater hęc & filius facit, similiter in eo ꝙ omnia ita facit filius sicut pater, imago patris in filio deformat̃: q vtiq; natus ex eo est velut q̄dā voluntas eius ex mēte ꝓcedēs. Et ideo ego arbitror ꝙ sufficete debeat volūtas patris ad subsistendū hoc qđ vult pater. Volens enim non alia via vtit̃ nisi quæ cōsilio volūtatis ꝓfertur. Ita ergo & filii subsistentia generat̃ ab eo. Qđ necesse est in primis suscipi ab his q nihil ingenitum, id est inatū ꝑter solū deū patrē fatent̃. Obseruandum namq; est, ne quis incurrat in illas absurdas fabulas eoꝝ, qui prolationes quasdam sibi ipsis depingūt vt diuinā naturā in partes vocent, & deū patrē quātum in se est, diuidunt, cū hoc de incorporea natura vel leuiter suspicari, non solū extremę impietatis sit, verūetiā vltimę insipiētię, nec omnino ad intelligentiā consequens vt incorporeę naturæ substātialis diuisio possit intelligi. Magis ergo sicut voluntas ꝓcedit e mente, & neq; partē aliquā mētis secat, neq; ab ea separatur, aut diuiditur: tali quadā specie putandus est pater filiū genuisse imaginē.s. suā, vt sicut ipse inuisibilis est ꝑ naturā, ita imaginem quoq; inuisibilē genuerit. Verbū enim est filius, & ideo nihil in eo sensibile intelligendū est. Sapientia est, & in sapientia nihil corporeū suspicandum est. Lumē est verū, qđ illuminat omnē hominē venientē in hūc mūdū, sed nihil habet commune ad solis huius lumē. Imago ergo est inuisibilis dei patris Saluator noster, quantū ad ipm̄ qdē patrē veritas: quantū aūt ad nos quibus reuelat patrē, imago est ꝑ quā cognoscimus patrē, quem nemo alius nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Reuelat autē ꝑ hoc ꝙ ipse intelligitur. A quo ipse enim fuerit intellectus, consequenter intelliget & pater, secundū hoc qđ ipse dixit: Qui me videt, videt & patrem. Sed qm̄ sermonē Pauli inseruimꝰ de Christo dicētis in eo qđ ait, quia splēdor est gloriæ dei, & figura expressa substantiæ eius: quid ex hoc sentiendū sit videamus. Deus lux est secundū

A Ioannem. Splēdor ergo huius lucis est vnigenitus filius, ex ipso inseparabiliter, & vt splendor ex luce ꝓcedens, & illuminans vniuersam creaturā. Secundū hęc namq; quæ superius exposuimus, quō via sit, & ducat ad patrem, & quomodo verbū sit arcana sapiētiæ ac sciētiæ mysteria interpretans ac ꝓferens rationabili creaturæ, quō etiā veritas & vita est & resurrectio, consequenter intelligere debemus etiā splendoris opus: per splendorē nāq; etiā quid sit lux ipsa intelligitur, & sentitur. Qui splendor fragilibus se, & infirmis mortaliū oculis placidius ac lenius offerens, & paulatim velut edocens, & assuescēs claritatem luminis pati, cum ab eis dimouerit om̄e qđ visum obducit & impedit, secundum ꝙ dominus dixit, Eiice trabē de oculo tuo, capaces eos efficit ad suscipiendam gloriā lucis, etiam in hoc velut q̄dā mediator hominū ac lucis effectus. Verū quomō non solū splendor glorię esse dicit̃ ab apostolo, sed & figura expressa substantiæ, vel subsistentię eius: non mihi videtur ociosi esse intellectus aduertere: quomō alia ꝑter ipsam dei substātiam, quęcunq; illa substātia & subsistētia dicitur, figura substātiæ eius esse dicat̃. Et vide ne forte qm̄ filiꝰ dei qui verbum eius & sapientia dicitur, & solus nouit patrem, & reuelat quibus vult, id est q capaces verbi ipsius, & sapiētiæ fuerint, secūdum hoc ipsum ꝙ intelligi atq; agnosci facit deum, figuram substantię atq; subsistētiæ eius dicatur exprimere. i. cū semetipsum primum describit sapientia ea quæ reuelare vult cęteris, ex quibus ab illis agnoscitur, & intelligitur deus, & hoc dicatur figura expressa substantiæ dei. Vt autē plenius adhuc intelligatur quomodo Saluator figura est substantię & subsistētię dei: vtamur etiā exēplo, qđ q̄uis rem nō plane nec ꝓprie significet de qua agimus, tamen ad hoc solū videatur assumptū, ꝙ exinaniens se filiꝰ q erat in forma dei, per ipsam sui exinanitionem studet nobis deitatis plenitudinē demonstrare. Verbi causa, si facta esset aliqua statua talis quæ magnitudine sui vniuersum orbem terræ teneret, & pro sui immensitate considerari a nullo posset: fieret autem alia statua mēbrorū habitu, ac vultus lineamentis, specie, ac materia per omnia similis absq; magnitudinis immensitate, pro eo vt qui illam immēsam cōsiderare atq; intueri non possunt, hanc videntes illam vidisse confiderent, pro eo ꝙ omnia mēbrorū, & vultus lineamēta, vel ipsam speciem materiāq; similitudine prorsus indiscreta seruaret: tali quadā similitudine exinaniēs se filius dei ęqualitate patris, & viā nobis cognitionis ostendens, figura expressa substantiæ eius efficitur: vt qui in magnitudine deita-

tis suę positã gloriã mirę lucis nõ poteramus
aspicere,p hoc ꝙ nobis splendor efficitur , in
tuendę lucis diuinæ viam per splendoris ca-
piamus aspectum.Comparatio sane de statuis
quasi in rebus materialibus posita , ad nihil
aliud recipitur,q̃ ad hoc ꝙ filius dei apparẽs
in terris in humani corporis forma ex operũ
virtute,atq; similitudine dei patris in se imen
sam ac inuisibilem magnitudinem designabat
per hoc qđ dicebat ad discipulos suos, qa qui
me vidit,videt & patrẽ:& pater & ego vnum
sumus. Quibus etiã illud simile intelligẽdum
B est qđ ait,qa pater in me est,& ego ĩ patre.Vi
deamus nũc etiam illud qualiter sentiendum
est,quod in sapientia Salomonis scriptum le-
gimus,qui ita ait de sapientia: quia vapor est
quidẽ virtutis dei,& aporrœa omnipotentis
gloriæ purissima,& splendor lucis æternæ, &
speculũ immaculatũ inoperationis siue virtu
tis dei,& imago bonitatis eius.Quæ ergo hic
de eo definit,ex singulis quibusq; certa quędã
inesse sapientiæ dei designat: virtutem nanq;
dei nominat,& gloriã,& lucem ęternam,& in
operationẽ,& bonitatem.Ait autẽ sapiẽtiã va
porẽ esse nõ glorię omnipotentis,neq; æternę
lucis,verũ nec inoperationis patris,nec boni-
tatis eius:neq; eñ cõueniẽs erat aliquẽ horũ
ascribi vaporẽ:sed tñ cum ꝓprietate ait virtu
tis dei vaporẽ esse sapientiam.Intelligenda est
ergo virtus dei qua omnia visibilia, & inuisi-
bilia,& instituit,& continet,& gubernat, quæ
ad omnia sufficiens est:quorum prouidẽtiam
gerit,quibus velut vnita omnibus adest.Hu-
ius ergo totius virtutis tantæ,& tã immensę
vapor,&(vt ita dixerim) vigor ipse in ꝓpria
subsistẽtia effectus,q̃uis ex ipsa virtute velut
voluntas ex mente procedat,tamen & ipsa vo
lũtas dei nihilominus dei virtꝰ efficitur.Vir-
tus altera,ita dictũ est sicut in euangelio Aliꝰ
est qui testimonium de me reddet pater.Et de
spiritu ait:Mittam vobis aliũm paracletum.
Efficiť igiť virtus altera in sua ꝓprietate sub
sistẽs vt ait sermo scripturæ, vapor qdem pri
mæ,& ingenitæ virtutis dei.Hoc quidẽ quod
est intra ens non est ante qñ non fuerit.Si eñ
quis voluerit dicere quasi prius nõ extiterit,
sed postea ad subsistẽtiam venerit : dicat cau-
sam quare qui eam subsistere fecit pater ante
hoc non fecerit.Q; si aliquod semel initiũ de-
derit,quo initio vapor iste ex dei virtute pro
cesserit,iterum interrogabimus quare non &
ante illud quod dixit initiũ:& ita semp de an
terioribus inquirentes,& verbum interroga-
tionis ascẽdentes,perueniemus in illum intel-
lectum,vt quomodo semper poterat, & vole-
bat,nunq̃ vel decuit,vel causa aliqua existere
potuerit vt non hoc qđ volebat semp habue
rit.Ex quo ostendiť semper fuisse vaporẽ istũ
virtutis dei nullum habentẽ initiũ nisi ipsum
deum:neq; decebat aliđ esse initiũ nisi ipsum
vnde & est,& nascitur,deum.Secundum apo C
stolum vero dicentem ꝙ Christus dei vir-
tus iam non solum vapor virtutis dei sed vir
tus ex virtute dicẽda est: videamus etiam de
eo qđ dictum est, quomodo aporrœa est pu-
rissima gloriæ omnipotentis:& prius quidem
consideremus quid est gloria omnipotentis
dei,deinde etiam quid sit eius aporrœa sentie
mus.Quemadmodũ pater nõ potest esse quis
si filius non sit,neq; dominus quis esse potest
sine possessione:vel ita ne omnipotẽs quidem
deus dici potest,si nõ sint in quos exerceat po
testatẽ:& ideo vt om̃ipotẽs ostendať deus,oia
subsistere necesse est.Nam si quis est qui velit
vel secula aliqua,vel spatia transisse,vel quod
cũq; aliud nominare vult,cum nondum facta
essent quæ facta sunt:sine dubio hoc ostendet
ꝙ in illis seculis , vel spatiis omnipotens non
erat deus,& postmodum omnipotens factus
est,ex quo habere cœpit in quos ageret potẽ-
tatũ:& per hoc videbiť perfectionem quandã
accepisse,& ex inferioribꝰ ad meliora venisse.
Siquidẽ melius esse non dubitať,esse eũ omni
potentẽ q̃ nõ esse. Et quomodo nõ videbiť ab
surdũ,vt eũ nõ haberet aliqd ex his deus quę
eũ habere dignũ erat,postmodum per ꝑfectũ
quendã in hoc venerit vt haberet?Q; si factũ
nunq̃ est quãdo nõ omnipotẽs fuerit:necessa-
rio subsistere oportet etiã ea per quę omnipo
tens dicitur,& semper habuit in quibus exer-
cuerit potentatũ,& q̃ fuerint ab ipso vel rege
vel principe moderata:de quibꝰ plenius in lo-
cis propriis,in quibus de creaturis eiꝰ dispu-
randũ fuerit,differemus.Sed & nunc strictim
licet, tñ admonitione necessariũ puto , quõ q
dem quo nobis de sapiẽtia agitatur,quemad-
modũ aporrœa sit sapiẽtia glorię om̃ipotẽtis
purissima,ne videať alicui interior esse in deo
omnipotentis appellatio natiuitate sapientiæ
per quam pater vocatur : quomodo dicta est
aporrœa omnipotẽtis glorię purissima sapien
tia quę est filius dei.Audiat qui hoc ita vult
suspicari,qđ manifestissime scriptura ꝓnunci
at dicẽs,qa omnia in sapientia fecisti: & p euã
geliũ docetur, ꝙ omnia per ipsum facta sunt
& sine ipso factũ est nihil:& intelligat ex hoc
ꝙ non potest antiquius esse in deo omnipo-
tentis appellatio q̃ patris:per filiũ enim omni
potens est pater . Sed quomodo gloriam di- A
xit esse omnipotentis , cuius gloriæ aporrœa

est sapiētia: hoc intelligi datur, ꝙ etiam in omnipotentia glorię societatē habeat sapientia per quam deus omnipotens dicitur. Per sapiētiam enim quæ est Christus, tenet deus omnī potentatum non solum domināntis auctoritate, verumetiam subiectorum spontaneo famulatu. Vt autem vnā & eandē oīpotētiā patris ac filii esse cognoscas, sicut vnus, atq; idē est cū patre deus, & dominus: audi hoc mō Ioannem in Apocalypsi dicētē. Hęc dicit dn̄s deus qui est, & qui erat, & qui venturus est oīpotens. Qui eñ venturus est omnipotens, qs est alius nisi Christus? Et sicut nemo debet offendi cum deus sit pater, ꝙ etiā saluator est de⁹: ita & cū oīpotēs deus pater, etiā nullus debet offendi ꝙ etiā filius oīpotēs dicit̄. Hoc modo nāq; verū erit illud qd̄ ipse dicit ad patrem, qa omnia mea tua sunt, & oīa tua mea, & glorificatus sum in eis. Si vero omnia q̄ patris sunt Christi sunt, inter oīa vero q̄ sunt pater est etiā oīpotēs: sine dubio etiam vnigenitus filius debet esse oīpotēs, vt oīa q̄ habet pater etiā filius habeat. Et glorificatus sum, inquit, in eis. In nomine enim Iesu omne genu flectetur, cęlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confitebitur qa dn̄s Iesus in gloria est dei patris. Igit̄ apotrœa gloriæ dei secūdū hoc ꝙ omnipotens est, pura, ac limpida, ipsa sapientia est dei glorificata tanq̄ apotrœa omnipotentiæ, vel glorię. Vt autem manifestius intelligatur quæ sit gloria omnipotentię, etiam hoc addimus.

A ¶Deus pater omnipotens est eo ꝙ potentatū omnium tenet. i. cæli, & terræ, solis, & lunæ, & stellarū, omniūq; q̄ in ipsis sunt. Horū aūt potentatū gerit per verbū suum, quoniam in nomine Iesu omne genu flectetur & cęlestium, & terrestriū, & infernorū. Et si omne genu flectitur Iesu: sine dubio Iesus est cui subiecta sunt omnia. Per sapientiā uāq;. i. verbo, & ratione, non vi ac necessitate cuncta subiecta sunt. Et ideo in eo ipso quo obtinet omnia, gloria sua est: & hęc est omnipotētię purissima & limpidissima gloria, cū ratione, & sapientia, non vi ac necessitate cuncta subiecta sunt. Purissima vero ac limpidissima gloria sapientię, satis cōuenienter dictū est ad distinctionē eius glorię quæ non pure, nec syncere gloria dicit̄. Oīs vero natura quæ conuertibilis est, & cōmutabilis, etiā si glorificatur, glorificatur in operibus iustitię, vel sapientiæ per Iesum ipsum, ꝙ accidētem habet iustitiā, vel sapientiam, & qd̄ accidit etiā decidere pōt: gloria tñ eius syncera, ac lympidissima decidere non pōt. Sapiētia vero dei quę est vnigenitus filius ei⁹, quoniā in omnib⁹ inconuertibilis est, & incommutabilis, & substantiale in eo oīe bonum est, qd̄ vtiq; mutari atq; conuerti nūq̄ potest: idcirco pura eius, ac syncera gloria prædicatur. Tertio deus sapiētia est, & splendor lucis æternæ cuius rei virtutē iam in præcedentibus exposuimus, cū solis similitudinem, & radiorū ei⁹ splendorē introduximus, & p viribus nostris ostendimus quomō hoc deberet intelligi. Addemus tamē etiam hoc vnum. Sempiternum vel ęternum proprie dicit̄ qd̄ neq; initium vt esset habuit, neq; cessare vnq̄ potest esse. Quid autē hoc sit, designatur apud Ioannem cū dicit: Qm̄ deus lux est: Splendor autē lucis eius sapientia est, non solum secundū ꝙ lux est, sed & secundum id ꝙ sempiterna lux est, ita vt æternus, & æternitatis splendor sit sapiētia sua. Quod si integre intelligatur, manifeste declarat ꝙ subsistentia filii ab ipso patre descendit, sed non temporaliter, neq; ab vllo alio initio, nisi (vt diximus) ab ipō deo. Sed & speculum immaculatum ἀνεργείας, id est inoperationis, dei esse sapientia nominatur. Ergo inoperatio virtutis quæ sit, prius intelligenda est, quę est vigor quidam (vt ita dixerim) per quē inoperatur pater, vel cum creat, vel cum prouidet, vel cum iudicat, vel cum singula q̄q; in tempore suo disponit, atq; dispensat. Sicut ergo in speculo omnibus motibus, atq; omnibus actibus quibus is qui speculum intuetur mouetur, vel agitur, his & ipsis etiam ea imago quę per speculum deformatur, actibus & motibus commouetur, vel agitur, in nullo prorsus declinans: ita etiam sapientia de se vult intelligi cum speculum immaculatum æternæ virtutis inoperationisq; nominatur: sicut & dominus Iesus Christus qui est sapiētia Dei, de seipso pronunciat, dicens, quia opera quæ facit pater, hæc etiam filius facit similiter. Et iterum dicit: quoniam non potest filius a se facere quicq̄, nisi viderit patrem facientem. Quoniam ergo in nullo prorsus filius a patre virtute operum immutatur ac differt, nec aliud est opus filii q̄ patris, sed vnus atq; idem (vt ita dicam) etiam motus in oībus est, idcirco speculum eum immaculatum nominauit: vt per hoc nulla omnino dissimilitudo filii intelligatur ad patrem. Ea sane quæ secundum similitudinem, vel vnitionem discipuli ad magistrum a quibusdam dicta sūt, & ꝙ in materia corporali ea a filio fiant quæ a patre in substantiis spiritalibus prius fiunt deformata, conuenire quomodo possunt: cum in euangelio filius dicatur non similia facere, sed eadem similiter facere? Superest qd̄ sit ima B

go bonitatis eius inquirere: in quo eadem vt opinor intelligi cõuenit quę superius de imagine ea quæ per speculum deformatur expressimus. Principalis nanq̃ bonitas sine dubio ex qua filius natus, qui per omnia imago est patris, proculdubio etiam bonitatis eius conuenienter imago dicetur. Non enim alia aliqua secunda bonitas existit in filium, præter eam quæ est a patre. Vnde & recte ipse Saluator in euangelio dicit, quoniam nemo bonus nisi vnus deus pater: quo scilicet per hoc intelligatur filius non esse alterius bonitatis, sed illius solius quæ in patre est. Cuius recte imago appellatur, quia neq̃ aliunde est, nisi ex ipsa principali bonitate: ne altera bonitas q̃ in patre, esse videat̃ in filio: neq̃ aliqua dissimilitudo, aut distantia bonitatis in filio est. Propter quod nõ debet velut blasphemię aliquod genus putari in eo quod dictum est, Nemo bonus nisi vnus deus pater, vt propterea putetur, vel Christus, vel spiritus sanctus negari ꝙ bonus sit: sed vt superius diximus, principalis bonitas in deo sentienda est patre: ex quo & filius natus, & spiritus sanctus procedens sine dubio bonitatis eius naturam in se retinent, quæ est in eo fonte de quo vel natus est filius, vel procedens spiritus sanctus. Iam vero si qua alia bona in scripturis dicũtur, vel angelus, vel homo, vel thesaurus, vel cor bonum, vel arbor bona: hæc omnia abusiue dicuntur, accidentalem non subsistentialem in se continentia bonitatem. Multum autem est, & alterius vel operis, vel temporis, congregare omnes filii dei appellationes: verbi causa, quomodo vel lumẽ verum est, vel ostium est, vel iustitia, vel sanctificatio, vel redemptio, & alia innumera, in quibus causis vnumquodq̃ horum nominetur, exponere. Sed cõtenti his de quibus superius disseruimus, consequenter reliqua perquiramus.

De Spiritu Sancto. CAPVT.III.

C ONSEQVENS IGITVR est nunc, vt de spiritu sancto q̃ possum⁹ breuiter requiramus. Et omẽs quidem q quoquo modo prouidẽtiam esse sentiunt, deum esse ingenitũ qui vniuersa creauit, atq̃ disposuit, confitentur, eumq̃ potentem vniuersitatis agnoscũt. Huic tamen esse filium non nos soli pronunciamus: q̃uis satis hoc & mirum, & incredulum videatur iis qui apud Græcos, & Barbaros philosophari vidẽtur: tamen a nonnullis etiam ipsorum habita eius videt̃ opinio, cum verbo dei, vel ratione creata esse omnia confitentur. Nos vero secundum fidem doctrinæ eius, q̃m diuinitus aspiratam pro certo habemus, eminentiorem diuinioremq̃ rationem de filio dei, nullius alterius possibilitatis esse credimus exponere, atq̃ in hominum cognitionem proferre, nisi eius solius scripturę quę a spiritu sancto inspirata est, id est euangelicæ, atq̃ apostolicæ, nec non legis, ac prophetarũ, sicut ipse Christus asseruit. De subsistentia vero spiritus sancti ne suspitionem quidẽ vllam habere quis potuit pręter eos qui in lege & ꝓpheris versati sunt, vel eos q̃ se Christo credere profitẽtur. Nam de deo quidẽ patre q̃uis quidem proloqui nemo valeat, tamẽ possibile est intellectum aliquem capi ex occasione visibilium creaturarum ex his quæ humana mens naturaliter sentit: insuper etiam de scripturis sanctis confirmari possibile est. Sed & de filio Dei, q̃uis nemo nouerit filium nisi pater, tamen ex diuinis scripturis etiam de ipso qualiter sentiri debeat mens humana formatur, & non solum ex nouo, sed etiam ex veteri testamento, per ea quæ a sanctis gesta ad Christum figuraliter referũtur: ex quibus aduerti vel diuina eius natura, vel humana quæ ab eo assumpta est potest. De spiritu vero sancto ꝙ sit, multę nos scripturę docuerũt, sicut Dauid in quinquagesimo Psalmo dicit: Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Et in Daniele dicitur. Spiritus sanctus qui est in te. In nouo vero testamento abundantius testimoniis edocemur cum spiritus sanctus super Christum descendisse describitur, & cum ipse dominus insufflauit in apostolos post resurrectionem, dicens: Accipite spiritum sanctum. Et ad Mariam ab angelo dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te. Paulus vero dicit, quia nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et in actibus apostolorum per impositionem manuum apostolicarum spiritus sanctus dabatur in baptismo. Ex quibus omnibus didicimus tantæ esse auctoritatis, & dignitatis substantiam spiritus sancti, vt salutaris baptismus non aliter nisi excellentissimæ omnitrinitatis auctoritate, id est patris, & filii, & spiritus sancti cognominatione cõpleatur, & ingenito deo patri, & vnigenito eius filio nomen quoq̃ spiritus sancti copuletur.

¶Quis ergo nõ obstupescat quanta maiestas sit spiritus sancti, cũ eũ q dixerit verbum in filium hominis, audiat sperare veniam posse

eũ vero q in spiritũ sanctum blasphemauerit veniam nõ habere neq; in praesenti seculo, neq; in futuro.

A ¶Q; aũt a deo vniuersa creata sint, nec sit vlla creatura q nõ ab eo hoc ipm vt esset acceperit: ex multis scripturę assertionibus comprobatur, repudiatis atq; depulsis his q a quibusdam falso phibenť, vel de materia deo coaeterna, vel de ingenitis animabus, qbus tã subsistendi naturã, q vitae qualitatẽ atq; ordinẽ a deo insitũ volunt. Nam & in eo libello qui Pastoralis dicitur, de angeli positione, quẽ Hermes conscripsit, ita refertur. Primo omniũ crede, q vnus est deus q omnia creauit atq; cõposuit q cũ nihil esset prius, fecit omnia: qui est omnia capiẽs, ipse vero a nemine capitur. Sed & in Enoch libro his similia describuntur: verũtamen vsq; ad praesens nullũ sermonem in scriptis sanctis inuenire potuimus per quem spiritus sanctus factura esse, vel creatura diceretur, ne eo quidem modo quo de sapiẽtia referre Salomonẽ supra edocuimus: vel quo de vita, vel verbo, aliisq; appellationibus filii dei intelligẽda esse tractauimus. Spirit⁹ igiť dei q super aquas ferebať, sicut scriptũ est, in principio facturę mundi, puto q nõ sit alius q spiritus sanctus, secundum q ego intelligere possum, sicut & cum ipsa loca exponere ostendimus: non tamen secũdum historiam, sed secundum intelligentiam spiritalem.

¶Quidam sane ex prędecessoribus nostris in nouo testamento obseruant, q sicubi spiritus nominať sine adiectione ea quae assignet qualis sit spiritus, de sancto spiritu deberet intelligi: vt puta, Fruct⁹ aũt spiritus est charitas, gaudium, & pax, & cętera. Item & ibi. Cũ coepistis spiritu, nũc carne perficimini. Nos vero etiam in veteri testamẽto putamus distinctionem istã posse seruari: sicut cũ dicit, Qui dat spiritum populo qui est super terram, & spiritum his q calcant eam. Sine dubio enim omnis qui calcat terram.i. terrena & corporalia, particeps est a deo eum accipiens. Dicebat autem & Hebraeus magister, q duo illa Seraphim quę in Esaia senis alis describuntur clamantia adinuicem, & dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus Sabaoth: de vnigenito filio dei, & de spiritu sancto essent intelligenda. Nos vero putamus etiam illud qđ in cantico Abacuc dictum est: In medio vel duorum animalium, vel duarum vitarum cognosceris: de Christo, & de spiritu sancto sentiri debere. Omnis em̃ sapientia de patre reuelata filio in spiritu sancto cognosciť, vt ambo quae secundum hoc vel animãlia, vel vitae dicunť, causa scientię dei patris existãt. Sicut enim de filio diciť q nemo nouit patrẽ nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: hęc eadem etiam de spiritu sancto dicit apostolus cũ ait. Nobis autem reuelauit deus per spiritum sanctum: Spiritus enim oĩa scrutatur etiam alta dei. Sed & rursus in euãgelio de diuinis ac profundioribus, discipulis commemorãs Saluator quę nondum capere poterant discipuli sui, ita ait ad discipulos: Adhuc multa habeo q vobis edicã, sed nõ potestis portare modo: cum autem venerit paraclitus.i. cõsolator spiritus sanctus, ille vos docebit omnia, & cõmonebit oĩa quę dixi vobis. Et ita sciẽdũ est q sicut filius q solus cognoscit patrem, reuelat cui vult: ita spirit⁹ sanctus q solus scrutatur etiam alta dei, reuelat cui vult. Spiritus enim vbi vult spirat. Neq; enim putãdum est q etiam spiritus filio reuelante cognoscit. Si enim reuelãte filio cognoscit patrem spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad sciẽtiã venit: quod vtiq; & impium pariter & stultum est spiritum sanctum confiteri, & ignorãtiam ei ascribere. Non enim cũ aliud aliquid esset anteq spiritus sanctus, per profectũ venit in hoc vt esset spiritus sanctus: vt qs audeat dicere, quia tunc quidem cum nondum esset sanctus ignorabat patrem, postea vero q recepit sciẽtiam etiam spiritus sanctus effectus est: quod si esset, nunq vtiq; in vnitate trinitatis, id est dei patris inconuertibilis & filii eius etiã ipse spiritus sanctus haberetur, nisi qa & ipse semper erat spiritus sanctus.

¶Hoc sane qđ dicimus, vel semper erat, vel si quod aliud tale temporalis significationis nomen adducimus, simpliciter & cũ venia accipiẽdũ est: quomodo nominũ qdẽ horũ significationes temporales sunt, ea autem de quibus loquimur tractu quidẽ sermonis tẽporaliter nominanť, natura autẽ sui omnẽ intelligentiã sensus tẽporalis excedunt. Rectũ tamen videť inquirere qđ causę sit, q qui regenerať p deũ in salutẽ, opus habet & patre, & filio, & spiritu sancto. De qb⁹ discutiẽtes sine dubio necessariũ erit vt operationem specialem spiritus sancti, & specialẽ patris, ac filii describamus.

¶Arbitror ergo operationẽ qdẽ patris, & filii B tã in sanctis, q in peccatorib⁹: in hoibus rationabilibus, & in mutis animalib⁹, sed & in his quę sine anima sunt, & in omib⁹ oino q sunt. Operationẽ vero spiritus sancti nequaq prorsus incidere vel in ea quę sine anima sunt, vel in ea quę animantia quidẽ, sed muta sunt, vel in illis quidẽ inueniri q rationabiles qdẽ sunt sed in malitia positi, nec omnino ad meliora

conuersi.In illis solis arbitror esse opus spiritus sancti qui iam se ad meliora conuertũt, & per vias Christi Iesu incedũt.i.qui sunt in bonis actibus,& in deo pmanent. Quia quæ operatio patris,& filii, & in sanctis,& in peccatoribus fit:manifestatur ex eo ꝙ rationabiles omnes qui sunt, verbi dei.i.rationis participes sunt,& per hoc velut quędam semina insita sibi genuit sapientię & iustitię qđ est Christus. Ex eo autem qui vere est, q dixit per Moysen Ego sum qui sum,omnia quæcunꝙ sunt participant:Quæ participatio dei patris peruenit in omnes tã iustos,q̃ peccatores, & rationabiles,atꝙ irrationabiles,& in omnia omnino quæ sunt.Ostendit sane & apostolus Paulus ꝙ omnes habeant participium Christi, dicens.Ne dixeris in corde tuo quis ascendit in cęlum:id est Christũ deducere: aut qs descendit in abyssum:id est Christũ a mortuis reuocare.Sed qd dicit scriptura:Prope est verbum in ore tuo,& in corde tuo.Ex quo in corde omniũ significat esse Christũ secundũ id quod verbum,vel ratio est,cuius participatione rationabiles sunt.Sed & illud quod in euangelio dictum est,Nisi venissem, & locutus fuissem eis,peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo:his qui rationem norunt,vsꝙ ad qđ tempus peccatum homo non habeat,& ex qua ætate obnoxius peccato fit,manifestũ est & pater quomodo ex participatione verbi vel rationis homines peccatum habere dicitur, videlicet ex quo intellectus atꝙ scientię capaces effecti, iã eis boni vel mali discretionem ratio intrinsecus inserta suggesserit:& cum scire iam cœperint qd sit malum:si faciunt illud peccato efficiuntur obnoxii:& hoc est quod dicit, ga excusationem non habent de peccato suo ex quo eis diuinus sermo vel ratio ostẽdere cœpit in corde discretionem boni,& mali, & per hanc debeãt refugere & cauere quod malum est:quia scienti bonum & non facienti,peccatum est illi.

C ¶Item ꝙ omnes homines nõ sunt extra communionem dei,hoc modo euãgelium docet, dicente Saluatore:Regnum dei cum obseruatione non venit:neꝙ dicent,ecce hic,aut ibi: sed regnum dei intra vos est. Sed & illud videndum est ne forte idem significet quod in Genesi scriptum est cum ait.Et insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ,& factus est homo in animam viuentem.Quod si generaliter est in omnes homines,habent participiũ dei. Si vero hoc de spiritu dei dictum intelligendum est, quomodo & Adam prophetasse de nonnullis inuenitur: ergo iam non generaliter,sed sanctis quibusꝙ datum accipi potest. Deniꝙ etiam diluuii tempore cum omnis caro corrupisset viam suam, iam de illis tãq̃ de indignis & peccatoribus scriptum est dixisse deum,Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum propterea ꝙ caro sunt:In quo manifeste ostenditur, ꝙ ab indignis quibusꝙ aufertur spiritus dei.In Psalmo quoꝙ scribitur: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emittes spiritum tuũ & creabuntur,& renouabis faciem terræ. Quod & manifeste de spiritu sancto designatur,qui ablatis atꝙ extinctis peccatorib⁹ & indignis, ipse sibi nouũ populum creet,& renouet faciem terrę,cum per gratiam spiritus deponentes veterem hominem cum actibus suis in nouitate vitæ cœperint ambulare.Et ideo de eo competẽter dicitur, ꝙ non in omnibus, neꝙ in his quæ caro sunt,sed quorũ terra renouata fuerit spiritus sanctus habitabit. Deniꝙ idcirco per impositionem manuum apostolorum post baptismum gratia & reuelatio sancti spiritus tradebatur.

¶Sed & Saluator noster post resurrectionem cũ vetera iã trãsissent, & facta fuissent omnia noua (nouus ipse homo & primogenitus ex mortuis renouatur quoꝙ per fidem suę resurrectionis)apostolis ait:Accipite spiritum sanctum.Hoc est nimirum quod & ipse Saluator dominus in euangelio designabat cum nouũ vinum in vtres nouos mitti posse, & in veteres denegabat, sed videbat vtres fieri nouos .i.hoĩes in nouitate vitæ ambulare,vt vinum nouum.i.spiritus sancti gratiæ susciperẽt nouitatẽ.Hoc ergo pacto operatio virtutis dei patris,& filii indiscrete super omnem pertenditur creaturam:spiritus sancti vero participationem a sanctis tantummodo haberi inuenim⁹.Propter quod dicitur,Nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto.Et vix aliquando ipsi angeli digni habentur audire:Accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos.Propter quod & consequens puto,quia qui peccauerit quidem in filiũ hominis venia dignus est, pro eo ꝙ is qui verbi dei rationis est particeps,si desinat rationabiliter viuere,videtur in ignorantiam & stultitiam decidisse,& propter hoc veniam promereri: Qui autem dignus iam habitus est sancti spiritus participatione,& retro fuerit conuersus,hic re ipsa & opere blasphemasse dicitur in spiritum sanctum. D

¶Sane ne quis existimet nos ex eo ꝙ dixi- E

mus spiritum sanctum solis sanctis præstari, patris vero & filii beneficia vel inoperationes peruenire ad bonos, & malos, iustos, & iniustos: prætulisse per hoc patri & filio spiritum sanctũ, vel maiorem eius per hoc asserere dignitatem: quod vtiq; valde inconsequens est. Proprietatem nanq; gratiæ eius operisq; descripsimus.

¶Porro autẽ nihil in trinitate maius minusue dicendum est, cum vnius diuinitatis fons verbo ac ratione sua teneat vniuersa, spiritu vero oris sui quæ digna sunt sanctificatione sanctificet, sicut in Psalmo scriptũ est: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Est etiã quędam inoperatio dei patris pcipua pter illã quã omnibus vt essent naturaliter præstitit. Est & domini Iesu Christi præcipuum quoddam ministerium in eos quibus naturaliter vt rationabiles sint confert: per quod ad hęc quę sunt præstatur eis vt bene sint. Est & alia quoq; etiam spiritus sancti gratia que dignis pręstatur, ministrata quidem per Christum, inoperata autẽ a patre secundũ meritum eorum qui capaces efficiũtur. Quod manifestissime indicat Apostolus Paulus, vnã eãdemq; virtutẽ trinitatis exponens in eo cum dicit: Diuisiones sunt donorum, vel donationũ, idem autem spiritus: & diuisiones sunt ministeriorũ, idem aũt dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem dat manifestatio spiritus secundum id qd̃ expedit. Ex quo manifestissime designat q; nulla est in trinitate discretio, sed hoc qd̃ donũ spiritus dei, ministrat per filiũ, & inoperatur per deũ patrem. Omnia aũt operat vnus atq; idẽ spiritus diuidẽs singulis prout vult. His igit de vnitate patris, & filii, & spiritus sancti protestatis: redeamus nunc ad eũ ordinem quem disserere cœperamus:

A caute lege

¶Deus pater omnibus præstat vt sint: participatio vero Christi secundũ id q; verbum vel ratio est, facit ea esse rationabilia. Ex quo consequens est ea vel laude digna esse, vel culpa, quia virtutis & malitię sunt capacia. Propter hoc consequẽter adest etiã gratia spiritus sancti, vt ea quę substãtialiter sancta nõ sunt, participatione ipsius sancta efficiantur. Cũ ergo primo vt sint habeant ex deo patre, secundo vt rationabilia sint habeant ex verbo, tertio vt sint sancta habeant ex spiritu sancto: rursum Christi, secũdũ hoc q; iustitia dei est, capacia efficiunt ea quę iã sanctificata ante fuerint per spiritum sanctum: & qui in hũc gradum proficere meruerint per sanctificationẽ spiritus sancti, consequentur nihilominus donum sapientiæ secundum virtutem & inoperationem spiritus dei. Et hoc puto Paulum dicere cum ait, quibusdam dari sermonem sapiẽtiæ, alii sermonem scientiæ secundum eũdem spiritum. Et designans vnamquanq; discretionem donorum, refert omnia ad vniuersitatis fontem, & dicit. Diuisiones sunt inoperationum, sed vnus deus qui operatur omnia in omnibus. Vnde & inoperatio patris quæ præstat omnibus, clarior ac magnificentior inuenitur, cum vnusquisq; per participationem Christi secundum id q; sapientia est, & secundum id q; scientia est, & sanctificatio est, proficit, & in altiores profectuum gradus venit: & per hoc q; participatione sancti spiritus fact9 est quis purior, atq; syncerior, effectus dignos recipit sapientiæ, ac scientiæ gratiam, vt depulsis omnibus, expurgatisq; pollutionis atq; ignorantię maculis tantum profectum synceritatis ac pietatis accipiat, vt hoc quod accepit a deo vt esset, tale sit quale deo dignum est eo qui vt esset pure præstiterit ac perfecte, vt tam dignum sit id qd̃ est, q̃ est ille qui id esse fecit. Ita nanq; & virtutem semper atq; in ęternum manere perciperet a deo qui talis est qualem esse voluit ille qui fecit. Quod vt accidat, atq; indesinenter, atq; inseparabiliter adsint, & qui est, & ea quæ ab ipso facta sunt sapere id opus est instruere, atq; erudire ea, & ad perfectionem perducere ex spiritus sancti confirmatione, atq; indesinenti sanctificatione per quam solum deum capere possunt. Ita ergo indesinẽti erga nos opera patris, & filii, & spiritus sancti per singulos quosq; profectuum gradus instaurato corde vix forte aliquãdo intueri possumus sanctam ac beatam vitã: in qua cum post agones multos in eam peruenire potuerit, ita pdurare debemus vt nulla vtiq; nos boni illius satietas capiat: sed quãto magis de illa beatitudine percipimus, tanto magis in nobis vel dilatentur eius desideria, vel augeantur dum semper ardentius patrem, & filium, ac spiritum sanctum, vel capimus, vel tenemus. Si autem aliquando satietas cepit aliquem ex his qui in summo perfectoq; cõstiterint gradu, nõ arbitror q; ad subitum quis euacuetur, ac decidat, sed paulatim, & per partes defluere eum necesse est: ita vt fieri possit interdum, vt si breuis aliquis lapsus acciderit, & cito resipiscat, atq; i se reuertatur, nõ penitus ruere, sed reuocare pedem, & redire ad statũ suũ, & rursum statuere posse id quod per negligentiam fuerat lapsum.

De diminutione vel lapsu.

CAPVT.IIII.

B VT AVTEM Istam diminutionem, vel lapsum eorum qui se negligentius egerunt ostendamus: & similitudine alicuius exempli vti non videtur absurdum. Igitur si sit aliquis qui peritia vel arte (verbi gratia) geometriæ, vel medicinæ, paulatim fuerit imbutus vsquequo venerit ad perfectum, multo.s. tempore institutionibus atq; exercitijs semet ipsum informans vt ad integrum supradictæ artis assumeret disciplinam: huic nunq̃ profecto accidere poterit vt cum peritus dormierit, euigilet imperitus. Nec enim ea quæ per læsionem aliquam, vel debilitatem accidũt, in medium adducere aut cõmemorare nos conuenit. Neq; enim similitudini propositæ, exẽploq; conueniunt.

¶Secũdũ ergo id quod proposuimus, geometres ille, vel medicus donec exercet se in meditationibus artis suę, & rationabilibus institutis: permanet apud eũ etiam scientia disciplinæ. Si vero dissimulet ab exercitijs, & negligat ab industria: paulatim primo p negligentiam pauca excidũt, tũ deinde etiam plura, & ita permultũ abeũt oĩa in obliuionem, atq; vniuersa ex memoria penitus abolentur. Pôt sane fieri, vt cum decidere ab initio cœpit, & parua adhuc corrũpi negligẽtia, si resuscitet, & citius ĩ semetipsum reuertatur, reparetea C quę adhuc nup amissa sunt, & recolat ea q̃ ab eo fuerant tenui abolitiõne sublata.

¶Trãsferamus nũc hoc ad eos q se dei scientię ac sapiẽtiæ dederunt, cuius conditio atq; industria incomparabilibus omnino reliquas disciplinas supereminet modis, secũdum ppositæ similitudinis formam: vel quæ sit assumptio scientię, vel quę sit eius abolitio contemplemur: maxime cum audiamus ab Apostolo cum de perfectis dicitur, q̧ facie ad faciẽ gloriam domini ab interioribus reuelationibus speculabunt. Verũ nos volẽtes diuina in nos beneficia demonstrare, quæ nobis per patrem & filium, & spiritum sanctum prębentur, quę trinitas toti⁹ est sanctitatis fons: excessu quodam etiam hoc dicimus, & sermonem de anima qui incideat, ffeictim licet cõtingendum putauimus, vicinũ reputa locum de natura rationabili differentes: opportunius tamẽ in loco proprio de omni rationabili natura, quę in tria genera speciesq; distinguũtur, deo nobis per Iesum Christum & sanctum spiritum concedente, disputabimus.

De rationabilibus naturis.

CAPVT.V.

POST Bam disertionem quã D de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, quantum valuimus breuiter digessimus: consequens est etiã de naturis rationabilibus, ac de specibus earum, & ordinibus, vel officiis tã sanctarũ q̃ etiam malignarum virtutum: sed & de his qui inter has bonas & malas medij gdã sunt & vt hic in agone, atq; in certamine positi, pauca disseremus (q̃plurima nanq; in sanctis scripturis inueniemus) ordinum quorũdam atq; officiorum tam sanctorum q̃ etiam contrariorum nomina prius proponentes. Tunc deinde quid sibi velit horum significatio, p viribus nostris discutere pertentabimus.

¶Sũt quidam sancti angeli dei, quos Paulus ministeriales spiritus appellat, ad ministeriũ destinatos propter eos qui hæreditatem capiũt in salutem. Apud ipsum quoq; sanctum Paulum inuenimus, nescio vnde sumentem, cognominantẽ tamen quasdã sedes, & dominationes, & principatus, & potestates: & post enumerationem horũ, velut alia adhuc quædam rationabilia officia atq; ordines esse sentiẽs pręter eos quos supra dixerit, ait de Saluatore: Qui est super omnẽ principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationẽ, & omne nomen qd nominatur, nõ solũ in hoc seculo, sed etiam in futuro. Ex quo videlicet ostendit esse quædam præter hæc quæ commemorauit, quę nominentur quidem in hoc seculo: nõ tamen ab ipso enumerata fuerint, forte nec ab alio aliquo intellecta: esse vero alia quæ in hoc seculo quidem non nominẽtur, tamen nominabuntur.

¶Tunc deinde sciendũ est, q̧ omne qd rationabile est, & ratio in terminos statutaq; declinat: sine dubio per præuaricationem recti iustiq; efficitur in peccato. Est ergo oĩs creatura rationabilis, laudis & culpę capax. Laudis, si secũdũ rationẽ quã in se habet ad meliora pficiat. Culpę, si rationẽ recti, tenorẽq; declinet: pter qd recte etiã pœnis & supplicijs subiacet. Quod etiam de ipso diabolo, & his q cũ ipso sunt, & dicunt eius angeli, sciẽdum est. Exponẽdę tamẽ sunt etiã appellationes eoꝝ, vt sciamus quę sint ista de qbus sermo nobis mouẽdus est. Diaboli igit nomen, & Satanę, & maligni in multis scripturæ locis designatur, qui & inimicus dei esse describitur. Nec non & quidã angeli diaboli nominantur, sed & principes mũdi huius, q vtrũ E

ipse sit diabolus,an alius quis,nõdũ manifeste declaratũ est. Principes quoq; hui⁹ mũdi quidẽ dicunt sapientiã quãdã habentes quæ destruet: sed vtrũ isti sunt principes illi qui sunt principat⁹ aduersus quos nobis est colluctatio,an alii sunt,nõ facile mihi ab aliquo pronũciandũ videtur. Post principatus autẽ & potestates quędam nominantur aduersus quas colluctatio nobis est,& agon geritur:scilicet aduersus principes mũdi & rectores tenebrarũ harũ:q̃ etiã spiritalia malitię i cęlestib⁹ ab ipo Paulo nominant. Quid aũt dicẽdũ est etiã de spiritib⁹ malignis,& dęmonib⁹,& im mũdis q in euãgeliis nominant? Tũ deinde, appellãtur quędã eṁ simili nomine cęlestia.

¶Sed quę dicunt genu flectere, vel esse flexura i noie Iesu, sed & terrestria & inferna quę per ordinẽ Paulus enumerat, in loco sane in quo de rationalib⁹ naturis differemus,reticere nõ cõuenit: cũ de nobis quidẽ hominibus qui vtiq; rationabile animal esse dicimur,pertractabimus.Sed ne illud qdẽ ociose ptereũdũ est:q etiã de nobis ipsis homĩb⁹ diuersi quidẽ ordines nominãtur cũ dicit. Pars dñi populus ei⁹ Iacob: funiculus hęreditatis ei⁹ Israel.Pars autẽ angelorũ dicũtur cæteræ nationes:quoniã quidẽ cum diuideret excelsus gẽtes,& dispergeret filios Adã: statuit fines gentium secundũ numerum angelorum dei. Et idcirco cũ cæteris irrationalibus naturis etiã humanę animę ratio peruidenda est.

A ¶Igitur tot & tantis ordinũ officiorũq; nominibus cognominatis, qb⁹ certũ est subesse substãtias:requirẽdũ est vtrũ conditor & creator omniũ deus,quosdã qdẽ ex his ita fecerit sanctos ac beatos,vt nihil possint recipere omnino cõtrariũ:& quosdã ita fecerit,vt possint tam virtutis q̃ malitiæ esse capaces: aut si putãdũ est q alios ita fecerit,vt omnino incapaces sint ad virtutẽ,& eos malitiam quidem nequaq̃ posse recipere,solũmodo autem posse in beatitudine permanere:alios vero tales qui possint vtraq; recipere.

¶Vt aũt ex ipsis nominibus prima nobis inquisitio moueat,cõsideremus si sancti angeli ex quo sunt, semper sancti fuerunt, & sancti sunt,sanctiq; erũt:& neq; receperũt vnq̃ neq; recipere potuerunt peccati locum.

¶Tum deinde etiã hi qui sancti principatus appellantur,consideremus si statim vt creati a deo sunt,principatum exercere cœperunt in aliquos qui eis essent subiecti.

¶Similiter autẽ & quæ appellant potestates vtrũ tales & in hoc ipm creatę sunt vt exercerent potestatẽ,an meritũ aliquod istud est & prœmiũ virtutis:p qd ad potestatẽ istã dignitatẽq; venerũt.Necnon & hi q thtoni dicũtur,vel sedes,an istam beatitudinis sedem stabilitatẽq; simul cũ substãtię suæ platione meruerint:an ex volũtate sola hęc possideãt creatoris. Vel quæ appellãtur dominationes hę si q dominãtur nõ per facti sui meritũ eis fuerit additũ:sed de cõditionis prærogatiua donatũ sit:& ideo sit ab eis inseparabile quodãmodo,ac naturale.Qđ vtiq; si ita recipiam⁹,vt putent sancti angeli, & sanctę potestates & beatę sedes,gloriosęq; virtutes,& magnificę dominatiões,substãtialiter potestates istas,ac dignitates,gloriasq; possidere: cõsequẽs sine dubio videbitur etiã ea quæ in cõtrariis officiis nominata sunt, ad hũc modũ intelligi debere: vt principat⁹ illos aduersus quos nobis est colluctatio,illud ipsum obluctãs ac resistẽs omni bono proposito nõ post modũ recepisse declinãtes a bono per arbitrii libertatẽ: sed cũ ipsis simul substãtialiter extitisse:similiter etiã potestates & virtutes: nec esse in eis minorẽ substãtia sua malitiã posteriorẽ.Illos quoq; mũdi tenebrarũ rectores,& principes appellauit, eo q principatus, & q obtinẽt tenebras,nõ ex peruersitate pposti, sed ex cõditionis necessitate dicunt descẽdere. Eadem quoq; de spiritalibus nequitiis,& de spiritibus malignis,& dæmonibus immũdis, consequẽtiæ ipsius ratio coget intelligi. Qđ similiter ita de malis,cõtrariisq; virtutibus intelligi videtur absurdũ, sicut certe absurdũ est vt causa malitiæ ipsarũ remota ab arbitrii sui pposito cõditori earũ necessario ascribat:quõ nõ etiã de bonis,sanctisq; virtutibus cogimur similia cõfiteri.i. q nõ substãtiale sit i ipsis bonũ,qđ vtiq; in solo Christo & in spũ sancto euidẽter esse ostẽdimus, sine dubio vtiq; & in patre.Nõ eṁ trinitatis natura habere aliqd cõpositionis ostẽsa est, vt hęc ei cõsequẽter videant accidere. Vnde superest vt oĩs creatura sui operis, suorũq; motuũ fuerit:q virtutes istę quę vel principatũ agere i aliis, vel potestatẽ exercere,vel dñationẽ videant,ex merito, & nõ p cõditiõis prerogatiuã plarę sint,& suppositę his qbus per se,vel in quos potestatẽ exercere dicunt.Sed ne de tãtis ac tã difficilib⁹ reb⁹ cõsequẽtię solius ratiõe iuitati videamur asserere, atq; ex coniecturis tãtũmodo i assensum cogere auditores: videamus siqd etiã de scripturis sanctis possum⁹ assertionis assumere:quarũ auctoritate hęc credibilius astruant. Et primũ qdẽ de malis virtutib⁹ qd sancta scriptura cõtineat pferamus,cũ deinde etiã de cęteris in B

uestigabimꝰ,secũdũ ꝙ dñs nos fuerit illuminare dignatus,vt in rebꝰ tam difficilibus qd magis veritati sit pximũ,vel qd secundũ pietatis regulam opinandum sit,consequamur. ¶Inuenimus nãq̨ in Ezechiele ꝓpheta duas quasdã prophetias scriptas esse ad principem Tyri, quarũ prima fortasse videbiꝛ alicui anteq̃ audiat & secũdã, dici de hoie aliquo qui princeps fuerit Tyrioꝝ. Et ideo nos interim nihil de pria illa sumemus: Secũda vero quã euidẽtissime talis est vt nihil prorsus de homine, sed de virtute aliqua supiori intelligi debeat,q̃ delapsa fuerit a supioribus ad inferiores,& ad deteriora deiecta: ex ipa deferemus exẽplũ,ex quo manifestissime demõstreꝛ cõtrarias istas magnasq̨ virtutes nõ natura tales eẽ cõditas,vel creatas, sed de melioribꝰ venisse in peius,atq̨ ĩ deterius esse cõuersas: beatas quoq̨ illas virtutes nõ esse talis naturę q̃ cõtrariũ recipe non possit si velit,ac negligat,& status sui beatitudinẽ nõ oĩni cautela custodiat.Si.n.is q dicit prĩceps Tyri,refertꝛ ꝙ inter sanctos erat, & imaculatꝰ erat, & ĩ paradiso dei cõstitutꝰ,corona quoq̨ decoris & plenitudinis exornatꝰ: is q talis erat quõ aliquo sanctoꝝ inferior putãdus est? Corona.n.decoris & pulchritudinis ipse fuisse, & ĩ paradiso dei ambulasse ĩmaculatꝰ describiꝛ:& quõ ab aliquo putari solet ꝙ iste talis nõ vnꝰ fuerit de illis sanctis beatisq̨ virtutibus,quas vtiq̨ ĩ beatitudine positas non alio q̃ tali honore prædítas esse credendum est? (caute lege.)

C ¶Sed videamus tandẽ qd etiã ipsa ꝓphetica verba nos doceãt.Et factꝰ est,inqt,sermo dñi ad me,dicẽs.Fili hois accipe lamẽtũ sup principẽ Tyri,& dic ei,Hæc dicit dñs deus. Tu signaculũ similitudinis, & corona decoris in deliciis paradisi fuisti: omni lapide vel gẽma bona exornatus es,& indutus Sardio,& Topazio,& iaspide,argẽto,& auro insertus, & Achate,amethystho,& chrysolitho & beryllo & onychio,auro quoq̨ replesti thesauros tuos & prõptuaria tua ĩ temetipso.Ex q̃ die creatꝰ es cũ Cherubim posui te,ĩ mõte sãcto dei fuisti,ĩ medio lapidũ igneorũ fuisti ĩmaculatꝰ tu in diebꝰ tuis, & qua die creatus es tu,donec cõminuẽdę sunt ĩiquitates in te ex multitudine negociatiõis tuę.Replesti iugta te prõptuaria tua,& peccasti, & vulneratus es,& a monte Dei eieci te Cherub de medio lapidũ igneoꝝ,& elatũ est cor tuũ in decore tuo,corrupta est disciplina tua cũ plenitudine tua propter multitudinẽ peccatorũ tuoꝝ & iniquitatum tuarum, & negociatione tua polluisti sancta tua.Et educã ignẽ de medio, & comedet te,& dabo te in cinerẽ, ac fauillã sup terrã in cõspectu oĩm vidẽtiũ te,& oẽs q sciebãt in gẽtibus mœrebũt te. Perditio effectus es,& nõ subsistes vltra in æternũ tẽpus. ¶Hęc cũ ita dicta sint,qs est q audiẽs,Signaculũ similitudinis,& corona decoris in deliciis paradisi fuisti;vel audiẽs ꝙ ex quo creatus es tu cũ Cherubim posui te in mõte sancto dei:vltra sensum suũ poterit relaxare, vt de aliquo hoim,vel sanctorũ,non dicã Tyri prĩcipe,hęc dicta esse suspiceꝛ? aut quos lapides igneos putabit,in quoꝝ medio ab eo aliquis cõuersari poterit? Aut qs imaculatꝰ ab ipa die qua creatꝰ est intelligi poterit,in quo postea aliqñ ĩiustitię ĩ ipso inuẽtę sint,& tũc in terrã proiectus esse dicaꝛ? Qđ vtiq̨ significat,qa de eo diciꝛ,Qui cũ nõ eẽt ĩ terra, in terrã ꝓiectus est:cuiꝰ etiã sancta polluta esse dicunꝛ.Hęc qdem de prĩcipe Tyri ex propheta Ezechiele q̃ in aduersariã virtutem referunꝛ ostẽdimus, p q̃ manifestissime demonstraꝛ ꝙ sancta virtus hæc fuerit & beata, de qua beatitudine ex quo in ea inuẽta est iniquitas,ruerit,in terrãq̨ demersa sit, & non p naturam conditionemq̨ talis extiterit.

¶Arbitranꝛ ergo dici hoc de angelo quodã qui Tyrioꝝ gẽtis dispẽsandæ sit sortitus officiũ,cui etiã aiæ eorũ ꝓcurandæ videnꝛ esse cõmissę.Quã sane Tyrũ,vel quas Tyriorum aĩas sentire debeamꝰ, verũ hãc q̃ ĩ Phœnicis ꝓuincię regionibꝰ sita est,an aliã aliquã cuiꝰ hęc quã in terris nouimus forma est, & aĩas Tyriorũ verũ horũ,an eoꝝ q domestici sunt illius Tyri q̃ spiritaliter ĩtelligiꝛ, ĩ hoc loco nõ videꝛ reqrendũ:ne forte velut in transitu de tãtis & tã abscõditis rebꝰ videamur ingre re,qđ vtiq̨ ꝓpriũ vł opus exigit vel laborẽ.

¶Rursum tñ etiã de alia virtute cõtraria ab Esaia ꝓpheta talia quædã docemur. Ait eñ. Quõ descẽdit de cælo Lucifer q mane oriebatur? cõfractꝰ est,& collisus ĩ terrã q immittebat ad oẽs gẽtes? Tu vero dixisti ĩ corde tuo. Ascendã in cælũ,sup stellas cæli ponã meum thronũ,sedebo in mõte excelso sup oẽs excelsos q sunt in aqlone,ascẽdã sup nubes,ero similis altissimo. Nũc añt in infernũ demergeris,& ĩ fundamẽta terrę.Qui te viderint admirabunꝛ sup te,& dicẽt. Hic est hõ qui exacerbabat totã terrã,q mouebat reges, q fecit vniuersum orbẽ desertũ, q vrbes destruxit, nec eos q in vinculis sunt resoluit. Oẽs reges gẽtiũ dormierũt ĩ honore,vnusq̨sq̨ in domo sua:tu vero ꝓiiceris in montibus sicut mortuus & execrabilis cũ mł tis mortuis q transfossi sunt gladiis,& descẽderũt in infernum. D

Sicut vestimentū sanguine cōcretū & infectū nō erit mūdū: ita nec tu qdē eris mūdus pro eo q terrā meā perdidisti, & populū meū occidisti: non manebis in æternū tēpus. Semen pessimū præpara filios tuos ad interfectionē pro peccatis patris tui, ne resurgant, & terrā hereditate possideāt, & repleant terrā bellis, & insurgā i eos, dicit dñs Sabaoth, & deperire faciā nomē ipsorū, reliquias, & semen eorū.

Manifestissime ergo p hæc ostēdit cecidisse de cęlo is vtiq q pri⁹ erat Lucifer, & q mane oriebat. Si eñ (vt putāt) aliqua natura tenebrarū erat: quō añ fuisse lucifer dicit? vel quō poterat oriri mane q nihil i se hēbat ex luce?

Sed & Saluator docet nos de diabolo, dicēs: Ecce video Satanā cecidisse de cęlo sicut fulgur. Lux eñ erat aliquādo. Sed & dñs noster qui veritas est, gloriosi aduētus potētiā nihilominus fulguri cōparauit, dicēs: Sicut eñ fulgur a summo cęlo fulget vsq ad summū eius: ita erit aduētus filii hoīs. Et nihilominus hunc fulguri cōparat, & dicit eū cecidisse de cęlo, vt ostēderet p hoc fuisse & ipm aliquādo in cælo, & habuisse locū inter sanctos, & participasse de hac luce, de qua oēs sancti pticipāt. ex qua angeli lucis efficiunt, & apli mūdi dicūt a dño. Hoc ergo mō erat iste lux aliqñ anteq puaricaret, & cadetet in hūc locū, & gloria ei⁹ cōuerteret in puluerē: qd est ꝓprie impiorū, sicut & propheta dicit: ex quo & princeps huius mūdi. i. terrenę habitationis appellat⁹ est: pticipatū nāq egit i eos q ei⁹ malitię obsecuti sunt, quō qdē tot⁹ hic mūdus (mūdū aūt nūc terrenū istū appello locū) in maligno positus est, & i hoc apo-

A stata. Q aūt apostata sit iste. i. refuga, etiam dñs in Iob ita dicit. Educes aūr dracōnē i hamo apostatā. i. refugā. Certū est aūt q draco ipse diabolus intelligit. Si ergo cōtrarię virtutes refugę nominant, & immaculatę fuisse aliquādo dicunt, immaculatū aūtē esse pter patrē, & filiū, & spiritū sanctū nulli substātialiter inest: sed sanctitas i omni creatura accidēs res est: qd aūt accidit, & decidere potest: & istę virtutes cōtrarię imaculatę aliqñ fuerūt, & inter illas vtiq fuerūt q adhuc immaculatę pmanēt. Per hoc ostēdit neq substātialiter vel naturaliter esse aliqd imaculatū, neq substātialiter pollutū: & p hoc cōsequēs est i nobis esse, atq i nostris motibus, vt vel beati & sancti sim⁹: vel p desidiā & negligētiā a beatitudine i malitiā & pditionē vergamus: itātū vt vn⁹ pfectę (vt ita dixerim) malitię si peccatū suū neglexerit: vsq ad eū statū deueniat, vt ea quę dicit cōtraria virtus efficiatur.

De fine vel consummatione.

CAPVT. VI.

FINIS Vel cōsummatio rerū pfectarū cōsummatarū: q videt esse iudiciū. Quæ res etiā nos i hoc loco cōmonet, q ad hæc rā ardua, & difficilia intelligenda, si quis ille est qui legendi horum, & talia cognoscendi desiderium ceperit, perfectū & eruditum sensum debet adhibere: ne forte si aur nullum vsum in huiuscemodi quæstionibus habuerit, vana quædam hæc illi, & superflua videant: aut si iam preiudicatū & preuētum animū egerit, heretica hęc, & contra fidē catholicā putet: nō tā ratione cōuincēs, q animi sui pīudicio definiēs. Quæ quidē a nobis etiā cū magno metu, & cautela dicūt, discutientibus magis & pertractantibus q pro certo ac definito statuentibus. Indicatum nāq a nobis in superioribus est, de quibus manifesto dogmate terminādum sit: qd & pro viribus nos fecisse puto cū determinate loquerēmur. Nunc autem disputandi specie magis q definiendi prout possumus exercemur.

B

Finis ergo mūdi, & consummatio dabitur cum vnusquisq pro merito peccatorū etiam pœnis subiicietur: quod tempus deus solus agnoscit, quādo vnusquisq qd meretur expēdet. In vnum sane finem putamus q bonitas dei per Christū suū vniuersam reuocet creaturā, subactis & subditis etiam inimicis. Sic eñ dicit sancta scriptura. Dixit dominus dñō meo: sede a dextris meis: Donec ponā inimicos tuos, scabellum pedū tuorū. Q si minus nobis manifestum est quid in hoc indicet propheticus sermo: ab Apostolo discamus apertius dicente, q oportet Christum regnare donec ponat oēs inimicos sub pedibus suis: quod sane ista quidem apostoli rara aperta sententia satis nos edocuit. Quid sit inimicos poni sub pedibus, audi adhuc eū in consequentibus. Oportet enim ei omnia esse subiecta. Quæ ergo est subiectio qua Christo debent esse omnia subiecta? Ego arbitror q hęc ipsa, qua nos quoq optamus ei esse subiecti, qua subiecti ei sunt & apostoli, & omēs sancti qui secuti sunt Christum. Subiectionis enim nomē qua Christo subiicimur, salutem quæ a Christo est, indicat subiectorum: sicut & Dauid dicebat: Nōne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

Talem igitur finem videntes cum omnes inimici subiecti erūt Christo, & cum nouissimus inimicus destruet mors, & cū tradetur

a Christo cui omia subiecta sunt, regnũ Deo patri: ab isto inquã tali fine retrũ cõtẽplemur initia. Semper enim similis est finis initiis: & ideo sicut vnus omniũ finis, ita vnũ omniũ intelligi debet initium: & sicut multorũ vnus finis, ita ab vno initio multę differẽtiæ ac varietates, q̃ rursum per bonitatẽ Dei, & subiectionẽ Christi, atq̧ vnitatẽ spũs sancti, in vnũ finẽ qui sit initio similis reuocant, oẽs. s. hi q in noie Iesu genu flectẽtes p hoc ipsum subiectionis suę insignia declarabũt, qui sunt cælestium, terrestriũ, & infernoꝝ: in quibus trib9 significationibus omnis vniuersitas indicatur: hi videlicet qui ab vllo vno initio p suis vnusquisq̧ motib9 varie acti, p diuersos ordines pro merito dispẽsati sunt. Nõ eñ in his bonitas substantialiter inerat sicut in deo, & Christo eius, & in spiritu sancto.

¶In hac. n. sola trinitate, quę est auctor oĩm, bonitas substantialiter inest: cæteri vero accidentẽ eam, ac decidentẽ habẽt: & tũc sunt in beatitudine, cum de sanctitate, ac sapientia, & de ipsa diuinitate participant. Si vero ab huiusmodi participatione negligant, atq̧ dissimulent: tunc vitio proprię desidiæ alius citius, alius tardius, plus alius, alius minus ipse sibi causa sui lapsus, vel casus efficitur. Et quomodo, vt dicim9, casus iste, vel lapsus quo de statu suo quisq̧ declinat, q̃plurimam in se habet diuersitatem pro mentis ac propositi motibus, q̧ alius leuius, alius grauius ad inferiora declinat. in hoc iam iustũ iudicium dei prouidentiæ, vt vnicuiq̧ secũdum diuersitatem motuum, pro merito sui decessus & commotionis occurrat.

C ¶Ex his sane qui in illo initio permanserunt quod futuro fini simile esse descripsim9, quidã ex ipsis vel ordinatiõe ac dispẽsatiõe mũdi, ordinẽ angelicum sortiuntur, alii virtutũ, alii pricipatuum, alii potestatum, quo in eos videlicet exerceãt potestatem, qui habere super caput indigẽt potestatem: alii thronorum ordinẽ. i. iudicãdi vel regendi eos qui hoc indigẽt habentes officium: alii dominationũ sine dubio sup seruos: q̃ omnia eis pro merito, & profectibus suis qbus in dei participatione immutationeq̧ profecerant, æquo iustoq̧ iudicio diuina contulit prouidentia. Hi vero q de statu primæ beatitudinis moti quidẽ sunt, nõ tamen irremediabiliter moti, illis quos supra descripsimus sanctis beatisq̧ ordinib9 subiecti sunt ad regẽdum: quorũ adiutorio vsi, & institutionibus, ac disciplinis salutarib9 reformati, redire ac restitui ad statũ beatitudinis possunt. Ex quibus existimo, ptout ego sentire possum, hunc ordinem humani generis institutũ, qui vtiq̧ i futuro seculo, vel superuenientibus seculis cũ cælum nouum & terra noua secundũ omnes iã coeperit, restituetur in illam vnitatẽ quam promittit dñs Iesus dicẽs ad deũ patrẽ pro suis discipulis: Non pro istis rogo solum, sed pro omnibus q credituri sunt per verbũ eorũ in me, vt omnes vnũ sint, sicut ego in te pater, & tu in me, & isti in nobis vnum sint. Et iterũ vbi ait: Vt sint vnũ sicut & nos vnum sumus: ego i ipsis, & tu in me, vt sint & ipsi cõsummati in vno. Et sicut cõfirmat nihilominus Paulus apostolus dicẽs: Donec occurramus omnes in vnitate fidei in virũ perfectũ, & in mẽsura ætatis plenitudinis Christi. Et sicut idẽ apostolus iã eos etiã in præsenti vita in ecclesia positos, in qua vtiq̧ futuri regni est forma, ad hãc eandẽ vnitatis similitudinẽ cohortatur dicens: Vt eadẽ dicatis oẽs, & nõ sint in vobis schismata, sitis autẽ perfecti in vno eodẽq̧ sensu, atq̧ in vna eademq̧ scientia. ¶Sciendũ tamen esse quosdã, qui ex vno principio qđ supra diximus, delapsi sunt in tantã indignitatẽ ac maliciam, vt indigni habiti sint istitutione hac, vel eruditiõe qua per carnem humanũ genus adiutorio virtutum cælestium instituitur, atq̧ eruditur: sed econtrario etiã aduersarii, atq̧ repugnantes his q eruduinf atq̧ imbuunt existunt. Vnde & agones quosdã atq̧ certamina oĩs hæc habet vita mortaliũ, reluctãtibus. s. & repugnãtib9 aduersum nos his sine vllo respectu qui de statu meliori dilapsi sunt, qui appellantur diabolus, & angeli eius, cæteriq̧ ordines malitiæ, quos apostolus de virtutibus contrariis nominauit. Iam vero si aliqui ex his ordinibus q sub principatu diaboli agũt, ac malitiæ eius obtẽperant, poterunt aliquãdo in futuris seculis cõuerti ad bonitatem, pro eo q̧ est in ipsis liberi facultas arbitrii: an vero permanens & inueterata malitia velut in naturam quandam ex consuetudine conuertatur: etiam tu qui legis probato, si omnimode neq̧ in his quę videntur temporalibus seculis, neq̧ in his quæ non vidẽtur & æterna sunt, penitus pars ista ab illa etiam finali vnitate, atq̧ conuenientia discrepabit.

¶Interim tam in his quæ videntur, & temporalibus seculis, q̃ in illis quæ non videntur & æterna sunt: oẽs isti pro ordine, pro ratione, pro modo, & meritorum dignitatibus dispensantur, vt alii in primis, alii in secundis, nonnulli etiam in vltimis temporibus, & per maiora, ac grauiora supplicia, neq̧

no ta.

caute lege.

caute lege.

nō & diuturna, ac multis (vt ita dicam) se-
culis tolerata asperioribus emēdationibus re
parati, & restituti eruditionibus primo an-
gelicis, tum deinde etiā graduū virtutibus,
vt sic per singula ad superiora prouecti vsq;
ad ea quę sunt inuisibilia & æterna ꝑueniāt,
singulis videlicet quibusq; cęlestiū virtutum
officiis quadā eruditione ĩ specie peragratis.
Ex quo, vt opinor, hoc cōsequētia ipsa videt
ostēdere, vnāquāq; rationabilē naturā posse
ab vno in alterū ordinē trāsire, & ꝑ singulos
in oēs, & ab oībus in singulos ꝑuenire: dū ac
cessus profectuū defectuūve varios pro moti
bus vel conatibus propriis vnusquisq; pro li
beri arbitrii facultate perpetitur.

A ℭ Quoniam sane visibilia quædam dicit esse
Paulus & tēporalia, alia vero pręter hæc in-
uisibilia & æterna: quærimus quomodo hæc
quę vidētur tēporalia sint: verum ne pro eo
ꝙ nihil omnino post hæc erunt in omnibus
illis futuris spatiis ac seculis, quib⁹ dispersio
illa vnius principii atq; diuisio ad vnū eūdē
modum ac similitudinem reparetur: an pro
eo ꝙ habitus quidē eoꝝ quę vident trāseat:
nō tamē eorū qualitas omnimode corrūpat.
Et Paulus quidē videtur id quod posterius
diximus confirmare cū dicit: Transiet enim
habitus huius mūdi. *Sed* & Dauid cū dicit:
Cęli peribunt, tu autē permanes, & omnes si
cut vestimentum veterascent, & velut ami-
ctum mutabis eos, sicut vestimentum muta
buntur: eadem videtur ostendere.

ℭSi eñ mutabuntur cęli, vtiq; non perit qđ
mutatur: & si habitus mūdi transit, nō omni
mode exterminatio, vel perditio substantiæ
materialis ostenditur, sed immutatio quædā
fit qualitatis, atq; habitus transformatio.

ℭEsaias quoq; cum prophetiā dicat, qa erit
cælum nouū & terra noua: similē sine dubio
suggerit intellectū. Innouatio nāq; cęli & ter
ræ, & transmutatio huius mūdi, & immuta-
tio cæloꝝ, iis sine dubio pręparabitur q per
illam viam quā supra ostendimus iret agen-
tes ad illū finē beatitudinis tēdūt: cui etiam
ipsi inimici subiiciēdi dicunt: in quo fine oīa
& in oibus dicitur esse deus. In hoc fine si qs
materialem naturam, id est corpoream peni-
tus interituram putet: nullo omnino genere
intellectui meo occurrere potest quomodo
tot & tātę substantię, vitā agere & subsistere
sine corporibus possunt, cum solius dei. i. pa
tris & filii & spiritus sancti naturæ id pro-
prium sit, vt sine materiali substātia, & absq;
vlla corporeę adiectionis societate intelliga-
tur subsistere. Alius fortasse dicet ꝙ in illo
fine omnis substātia corporalis ita pura erit
atq; purgata, vt ætheris in modū & cælestis
cuiusdā puritatis atq; synceritatis possit in-
telligi. Certius tamē qualiter se habitura sit
res, scit solus Deus, & si q eius per Christū
& spiritum sanctum amici sunt.

De incorporeis & corporalibus.
CAPVT. VII.

B HAEC quidem quæ superius
disseruimus in generali no-
bis & sermone digesta sunt,
per cōsequentiā magis intel
lecta q̄ definito dogmate ꝑ-
tractata atq; discussa de ra-
tionabilibus naturis, secundum eum locum
quē de patre & filio & spiritu sancto pro no-
stris viribus exposuimus. Nunc ergo videa-
mus quę sint de quibus disserere in cōsequē-
tibus conuenit secūdum dogma nostrum .i.
secundum ecclesiæ fidem.

ℭOmnes animę atq; omnes rationabiles na-
turæ factæ sunt: quoniā quidē oia a Deo per
Christū facta sunt, sicut generaliter Ioannes
docet in euangelio, dicens. In principio erat
verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat
verbū. Hoc erat in principio apud deū. Oia ꝑ
ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil.
Per species autē & numeros ordinēq; descri-
bens ea q̄ facta sunt Paulus apostolus, disse-
rit hoc modo, quo omnia ostēdit facta esse ꝑ
Christū, dicēs. Et oia in ipso creata q̄ ĩ cęlis,
C & quę in terra: siue visibilia, siue inuisibilia,
siue dominationes, siue principatus, siue po-
testates: omnia ꝑ ipsum, & ĩ ipso creata sunt,
& ipse ante omnes, & ipse est caput. Manife-
ste ergo in Christo & ꝑ Christū facta esse oia
& creata pronunciat, siue visibilia, quæ sunt
corporalia, siue inuisibilia, quæ non alia etiā
arbitror q̄ incorporeas spiritalesq; virtutes.
Horum autē quæ corporea, vel incorporea
generaliter dixerat, vt mihi videt; in sequēti
bus enumerat species. i. sedes, dominationes,
principatus, potestates, virtutes.

ℭ Hæc autem a nobis prædicta sint volentī-
bus per ordinem ad inquisitionem solis & lu
næ, vel stellarū per consequentiam peruenire
verū inter principatus haberi cōueniat pro
eo ꝙ dicuntur in principatum diei facta, vel
noctis: an putanda sint istū solē habere prin-
cipatū diei, ac lunā noctis, quos illuminādo
officium gerūt: non tamē sint de illo ordine
principatuū principes. Verūtamē cū dicitur
quia oia per ipsum facta sunt, & in ipso crea
ta sunt oia siue q̄ in cælis sunt, siue q̄ sunt in

terra;non potest dubitari φ etiam ea quæ in
firmamento sunt,qđ cęlũ vtiq; appellatur,in
quo luminaria ista posita esse dicũtur , inter
cælestia esse numerẽtur. Cum deinde omnia
facta esse,vel creata,& in his q̃ facta sunt ni-
hil esse quod non bonũ,malũq; recipiat,atq;
caue lege. vtriusq; capax sit,sermo disputationis inue-
nerit;quomodo putabit cõsequẽs qđ etiã no
strorũ quidã de sole,& luna,vel de sideribus
opinãtur,vt incõuertibiles sint,& cõtrarii in
capaces? Idq; nõnulli etiã de sanctis angelis,
hæretici vero etiã de aĩabus quæ apud illos
spiritales naturę appellantur, existimauerũt.
C ¶Primo ergo videamus quid ipa ratio de so
Ca le,& luna,ac stellis inueniat,si rectũ est quod
ue quidã putant,incõuertibilitatis eos esse alie-
nos: & quantũ fieri potest de sanctis scriptu-
ris primũ adhibeatur assertio.Iob nãq; ita vi
det ostendere,φ nõ solũ stellę possunt eẽ sub
ditę peccatis,verũetiam φ mũdę nõ sint a cõ
tagione peccati.Ita nãq; scriptum est. Stellæ
quoq; nõ sunt mũdę in cõspectu eius. Quod
nõ vtiq; de corporis earũ splẽdore sentitur:
verbi causa,vt si diceremus vestimentũ non
est mundum.quod si ita intelligatur, ad con
ditoris sine dubio reuocet iiuriã,si quid im-
mũdum in splendore earũ corporis accuset.
Si enĩ per industriã suã,neq; lucidius sibi cor
pus assumere,neq; minus putũ per desidiam
poterũt:cur quasi non mũdæ stellę culpabũ-
tur,siue quæ mundæ sunt laudabuntur?
Ca ¶Sed vt hęc manifestius ĩtelligi possint,etiã
ue illud primo debemus inquirere,si animantia
hęc eẽ & rationabilia intelligi fas est: tũ dein
de vtrũ aię ipsarũ pariter cũ suis corporibus
extiterunt, an anteriores suis corporibus vi
deant: sed & post consummationem seculi si
intelligendũ est eas relaxandas esse corpori-
bus:& sicut nos cessamus ab hac vita,etiam
ipsa & a mũdi illuminatione cessabũt. Quis
hoc inquirere ,audaciæ cuiusdam videatur,
quando tamen captãdæ veritatis studio pro
uocamur,quæ possibilia nobis sunt,secundũ
gratiam spiritus sancti scrutari, & pertenta-
D re nõ videtur absurdũ. Putamus ergo posse
Ca ea per hoc animantia designari,φ & manda-
ue ta dicũtur accipere a deo,quod vtiq; non ni
si rationabilibus animantibus fieri solet; Ait
ergo: Mandatũ ego omnibus stellis præcepi.
Quæ autẽ sunt ista præcepta? scilicet vt vnũ
quodq; astrum suo ordine suisq; cursibus,in
dultẽ sibi quãtitatis splendorẽ præbeat mun-
do. Aliis enim ii q vocantur planetæ mouen
tur ordinibus, aliis ii quos Aplanes vocãt.
In quo id manifestissime ostendit,φ neq; mo
tus illius corporis sine aĩa effici potest : neq;
quæ animantia sint,possint aliquando esse si
ne motu.Stellæ vero cũ tanto ordine,ac tan
ta ratione moueant,vt in nulla prorsus cur-
sus earũ aliquando visus sit impeditus: quo
modo non est vltra omnem stoliditatem tan
tũ ordinem tantamq; disciplinę rationis ob-
seruantiam dicere ab irrationabilibus exigi
vel expleri? Apud Hieremiam sane etiam re-
gina cæli luna esse memoratur.
¶Q; si animatę sunt stellę,& rationabiles:si- Ca
ne dubio videbit inter eas & profectus aliqs ue
& decessus.Hoc enĩ quod ait Iob,Stellæ non
sunt mũdæ in cõspectu eius:talem mihi quẽ
dam videtur indicare intellectum.
¶Iam vero ea quę animantia esse,& rationa
bilia,cõsequẽtia disputationis inuenit : vtrũ
cũ corporibus pariter animata videantur eo
tempore,cum dicit scriptura:quia fecit deus
duo luminaria magna,& luminare maius in
principatum diei,& luminare minus in prin
cipatũ noctis,& stellas;an non cum ipsis cor
poribus,sed extrinsecus factis iam corporibꝰ
inseruit spiritum?
¶Ego quidẽ suspicor extrinsecus insertũ esse E
spiritũ,sed operępreciũ videbit de scripturis Ca
hoc ostẽdere.Nam p coniecturã facilis asser- ue
tio esse videbit:scripturarũ autẽ testimonio
vti,difficilius affirmatur.Nam per coniectu-
ras ita possibile est ostẽdi. Si hominis anima
quæ vtiq; inferior est dũ hominis anima est,
non cũ corporibus facta,sed extrinsecus pro
prie probatur inserta:multo magis eorũ ani-
mantiũ quæ cælestia designantur.Nam quã-
tũ ad homines spectat,quomodo cũ corpore
simul facta anima videbitur eius q in ventre
suũ fratrẽ supplantauit,id est Iacob? aut quo
modo simul cum corpore facta est anima vel
plasmata eius q adhuc in ventre matris suæ
positus repletus est spiritu sancto? Ioannẽ di
co tripudiãtẽ ĩ vtero matris,& magna exul-
tatione gaudentẽ,& se iactãtem pro eo φ sa
lutatiõis vox Mariæ ad aures Elizabeth suæ
matris aduenerat? Quomodo cũ corpore si-
mul facta est & plasmata etiam illius anima,
qui anteq̃ ĩ vtero formaretur notus esse deo
dicit, & anteq̃ de vulua procederet sanctifi-
catus est ab eo? Ne forte nõ iudicio, nec pro
meritis replere aliquos deꝰ videatur spiritu
sancto,& sanctificare nõ merito. Et quomo-
do effugiemus illã vocẽ quę ait: Nũquid in-
iustitia est apud deũ? Absit. Vel illud.Nunqd
personarũ acceptio est apud deũ? Hoc enĩ cõ
sequitur eam defensionem, qua animas subsi
stere simul cum corporibus asseueratur.

A ¶Quantum ergo ex comparatione humani status conici potest, consequẽs puto multo magis hæc de cælestibus sentienda: quæ etiã in hominibus ratio ipsa & scripturæ auctoritas videtur ostendere.

¶Sed videam⁹ si quã propriæ etiã de ipsis cælestibus significantiã iam apud scripturã sanctã possimus inuenire. Paulus Apostolus ait ita: Quoniã, inquit, vanitati creatura subiecta est nõ volens: sed propter eũ q subiecit in spe: qa & ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in laudẽ gloriæ filioꝝ dei. Cui obsecro vanitati creatura subiecta est, vel q creatura, vel quomodo nõ volẽs, vel sub qua spe? Quo aũt modo ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis? Sed & alibi ipse apostolus ait. Nã expectatio creaturæ reuelationem filiorũ dei expectat. Et iterum alibi ait. Nõ solũ aũt nos, sed & ipsa creatura congemiscit, & parturit vsq nũc. Vnde inqrẽdum est qs sit gemitus, vel qui sint dolores eius.

¶Et primo ergo videamus q̃ est vanitas cui creatura subiecta est. Ego quidẽ arbitror nõ esse aliã vanitatẽ q̃ corpora: nã licet ęthereũ sit corpus astroꝝ: tamen est materiale. vnde & Salomon mihi vniuersam corporeã naturã velut onerosam quodãmodo & vigorẽ spirituũ retardantẽ, hoc modo videt appellare: Vanitas vanitatũ & oĩa vanitas dixit Ecclesiastes. Oĩa vanitas: respexi eñ, inquit, & vidi vniuersa q̃ sub cęlo sunt, & ecce oĩa vanitas.

¶Huic ergo vanitati creatura subiecta est il la præcipue quæ vtiq maximũ in hoc mũdo obtinet principatũ operis sui: & illa quę egregia, id est sol, & luna, & stellę vanitati subiecta dicitur corporibus indita, atq ad illuminandi officium humano generi deputata. Et non, inquit, volẽs creatura hęc vanitati subiecta est. Non enim voluntate exhibendum suscepit ministerium vanitati, sed quomodo volebat ille qui subiiciebat, propter eum qui subiecit, promittens his quæ non voluntate subdebantur, q expleto magnifici operis ministerio liberabũtur ab hac seruitute corruptionis & vanitatis, cum redemptionis gloriæ filiorum dei tempus aduenerit. Qua spe accepta, & quã promissionẽ complẽdam sperans, vniuersa creatura congemiscit nũc interim: vtpote etiam affectũ habens erga eos quibus ministrat, condolet, per patiẽtiã quæ promissa sunt sperans.

¶Intuere etiã illud, si forte aptari potest illa vox Pauli his, q licet nõ volẽtes, pro voluntate tñ eius q subiecit, & pro repromissione spei vanitati subiecti sunt, qua ait: Optarem eñ resolui, vel redire, & esse cũ Christo: multo eñ melius. Et paulo postea quidem dicit, Sed permanere in carne magis necessariũ puto ppter vos. Sol vero potest dicere: Permanere autẽ puto in hoc cælesti & lucido corpore magis necessariũ propter reuelationem filiorum dei. Eadẽ sane etiam de luna & stellis sentienda sunt & dicenda.

¶Videamus nunc quę sit etiã libertas creaturę, vel quę absolutio seruitutis. Cum tradiderit Christus regnum Deo & patri: tunc etiã ista animantia cum prius regnũ Christi fuerint effecta, simul cum omni regno etiam patri regenda tradẽtur: vt cum deus erit in omnibus, etiam ista cum sint ex omnibus, sit & in istis deus in omnibus.

De Angelis. CAPVT. VIII.

B SIMILI quoq ratione & iam de angelis vtẽdũ puto, nec existimandũ q fortuito accidat, vt illi angelo illud iniũgat officiũ: verbi gratia, vt Raphaeli, curãdi, & medendi opus: Gabrieli bellorum prouidentia: Michaeli mortalium preces, supplicationesq curare. Hæc enim officia promeruisse eos nõ aliter putandũ est, q̃ ex suis quęq meritis, & studiis, ac virtutibus quę ante mundi huius compagem gesserint: suscepisse tamẽ deinde in archangelico ordine illud, vel illud officii genus vnicuiq deputatũ: alius vero in angelorum ordine meruisse describi, & agere sub illo vel illo archãgelo, vel illo duce, vel principe ordinis sui. Quę oĩa (vt dixi) nõ fortuito, atq indiscrete, sed aptissimo, & iustissimo dei iudicio ordinata sunt, & pro meritis disposita ipso iudicante & probante: vt illi qdẽ angelo Ephesioꝝ cõmitti ecclesia debeat: illi vero alii Smyrnensium: & ille quidẽ angelus vt sit Petri: alius vero vt sit Pauli. tũ demũ per singulos minimoꝝ q sunt ĩ ecclesia, q vel q cõscribi singulis debeãt angeli, q etiã quotidie videãt faciẽ dei: sed & qs debeat esse angelus q circũder in circuitu timentiũ deum.

¶Quę vtiq omnia nõ casu, neq fortuito geri, neq q naturaliter tales facti sunt, existimandũ est, ne etiã ĩ hoc factoris inæqualitas accusetur: sed pro meritis, & virtutibus, ac præmiis cuiusq vigore & ingenio deferri a iustissimo moderatore oĩm credẽdũ est deo: ne forte incurramus in illas ineptas, atq impias fabulas eorum, q naturas spiritales diuersas, & ob hoc a diuersis conditoribus institutas, tã in cælestibus q̃ etiã inter animas

caute lege.

caute.

hominum finguntur:dum & vni eidemq; conditori diuersas naturas rationabiliū creaturarū ascribi videt absurdū,sicut vere absurdū est,& causa tn̄ eius diuersitatis ignorat. ¶Aiunt em̄,cōsequēs nō videri vt vnus atq; idem conditor nulla extante causa meritorū aliis potestatem dominationis iniūgat,alios subiiciat dominantibus,alios tribuat principatum,alios subiectos faciat principib⁹ esse. Quę vtiq; oia(vt ego existimo) consequētia rationis hui⁹ quā supra exposuimus, redarguit,atq; cōfutat: per quā causa diuersitatis ac varietatis in singulis quibusq; creaturis ostendit ex ipsarū motibus vel ardentiorib⁹, vel pigrioribus,secūdū virtutē,vel secūdum malitiā:nō ex dispēsantis inaequalitate descēdere.Sed quo facilius hęc ita esse in cęlestib⁹ agnoscant,de his quę inter hoīes gesta sunt, vel gerūtur,proferamus exēpla, vt cōsequenter ex visibilibus etiā inuisibilia cōtēplemur.

C ¶Paulum vel Petrū sine dubio spiritalis naturæ confitmant.Cū ergo multa contra pietatem Paulus egisse inueniatur,in eo q; persecutus est ecclesiam dei:cūq; Petrus peccatū graue cōmiserit,vt ancilla ostiaria interrogāte se, cum iuramento affirmarit, nescire se quis sit Christus:quomodo isti, qui secundū illos spiritales sunt,i peccata huiusmodi corruerunt:maxime cū soleant frequenter dissere,& dicere,quoniā non potest arbor bona malos fructus facere! Et si vtiq; arbor bona nō potest fructus malos facere, secūdū ipsos vero de radice bonæ arboris erant Petrus & Paulus:quomodo istos fruct⁹ tā pessimos attulisse putādi sunt? Q; si respōderint ea quæ cōminisci solent,quoniā non Paulus persecutus est,sed alius nescio quis q erat in Paulo, neq; Petrus negauit,sed alius negauit in Petro : quare Paulus si nihil peccauerat dixit, Quia nō sum dignus vocari Apostolus, qm̄ persecutus sum ecclesiā dei! Cur autē & Petrus alio peccante ipse fleuit amarissime! Ex quo omnes qdem illorū ineptiæ arguentur. ¶Secundū nos vero nihil est i omni rationabili creatura,quod nō tam boni q̄ mali sit capax.Sed non continuo,quia diximus nullam esse naturam quæ non possit recipere malū, idcirco confirmamus omnem naturam recepisse malū.i.malā effectam: sed sicut est dicere q; omnis hominis natura recipit vt possit nauigare, non tamen ex eo & omnis nauigabit: & iterū omni homini possibile est discere artē grāmaticā,& medicinā,non tn̄ idcirco ostenditur omnis homo vel medicus,vel grāmaticus: ita si dicim⁹ nullā esse naturam quæ non possit recipere malū,non tamen cōtinuo,etiam recepisse malum designatur. ¶Secūdū nos nāq; ne diabolus quidē ipse incapax fuit boni:non tamē idcirco qa potuit recipere bonū etiā voluit,vel virtuti operam dedit.Sicut enim per hæc quæ de prophetis exempla protulimus edocemur, fuit aliquādo bon⁹ cū in paradiso dei in medio Cherubim versaret.Sicut ergo iste habuit qdem in se,vel virtutis recipiendę,vel malitię facultatem,& a virtute declinās tota se mente conuertit ad malū:ita etiā cæteræ creaturę cum vtriusq; habeant facultatem, pro arbitrii libertate fugientes malum,adhærent bono.

¶Nulla igit natura est quæ non recipiat bonū vel malū,excepta dei natura,quę bonorū oīm fons est,& Christi sapiētia. Sapiētiæ em̄ fons est,& sapiētia vtiq; stultitiā recipere nō pōt:& iustitia est,q̄ nunq̄ pfecto iniustitiā capiet:& verbū est,vel ratio,q̄ vtiq; irrationabilis effici nō pōt.Sed & lux est,& lucē certū est q; tenebrę non cōphēdūt. Similiter quoq; & natura spūs sancti q̄ sancta est non recipit pollutionē:naturaliter em̄,vel substātialiter sancta est.Siqua aūt alia natura sancta est, ex assumptiōe hac,vel ispiratiōe spūs sancti habet vt sanctificet,nō ex sua natura hoc possidēs,sed accidens, propter qd̄ & decidere pōt qd̄ accidit.Ita & accidentē iustitiam quis habere potest,vnde & decidere potest: vnde & decidere eā possibile est.Sed & sapientiā quis accidentē nihilominus habet, q̄uis in nostra positū sit potestate,studio nostro & vitæ merito si sapiētiæ operā damus effici sapientes, & si semp studii curā geramus semp sapiētię participes esse, & ad nos vel plus vel minus accidat,siue pro merito vitæ,siue pro studii quātitate.Benignitas em̄ dei secundum q; se dignū est prouocat oīa,& attrahit ad beatum finē illū,vbi perit & aufugit oīs dolor, & tristitiæ gemitus.Puto ergo secūdū q; mihi videtur,q; pręcedens disputatio sufficienter ostendit q; nō indiscreto,vel fortuito aliquo casu dominationes, vel principatus teneant principatū,sed pro meritis suis gradū dignitatis huius adepti sunt:licet nō sit nostrū vel scire,vel quęrere qui illi actus fuerit per quos in istū ordinē venire meruerūt. Sed hęc tamen scire sufficit ad dei æquitatem & iustitiā demonstrandam, q; secundū sententiā apostoli Pauli,personarū acceptio non est apud deū,qui potius omnia pro meritis singulorū profectibusq; dispēsat.Neq; ergo angelorū officiū nisi ex merito constat,neq; potestates ex profectu suo agūt potestatē, neq;

nominãtur ſedes.i.iudicandi, vel regẽdi poteſtates, niſi id ex meritis adminiſtretur, neq; dominationes citra meritum dominantur. Et eſt vnus iſte ſummus & excellentiſſimus ordo iu cæleſtibus rationabilis creaturæ glorioſa officiorum varietate diſpoſitus.

A ¶Similiter ſane etiam de aduerſariis virtutibus ſentiendum eſt, ꝙ ſe in id loci atq; officii prębuerunt: vel hoc ꝙ principatus, vel poteſtates, vel mundi rectores tenebrarũ, vel ſpiritalia nequitiæ, vel ſpiritus maligni, vel dęmonia immunda ſunt: non ſubſtantialiter id habeant, neq; qa tales etiam creati ſunt, ſed pro motibus ſuis & ꝓfectibus quibus in ſcelere profecerũt, hos malitię ſortiti ſunt gradus. Et eſt altiſſimus iſte ordo rationabilis creaturæ, qui ſe ita præceps nequitiæ dedit, vt reuocari nolit magis q̃ non poſſit, dũ ſcelerum rabies iam libido eſt, & delectat.

¶Tertius vero creaturę rationabilis ordo earum quæ ad humanũ genus replẽdum aptæ iudicantur a deo.i. animæ hominũ profectæ eſſe, & in illum angelorũ ordinem aſſumptæ, ex quibus quoſdam videmus aſſumi, illos videlicet qui filii dei facti fuerint, vel filii reſurrectionis: & hi qui dereliquerint tenebras, & dilexerint lucẽ, & facti fuerint filii lucis: vel hi qui omnem pugnam ſuperantes, & pacifici effecti, filii pacis, & filii dei fuerint, vel q mortificantes membra ſua quæ ſuper terrã, & tranſcendentes non ſolum corpoream naturam, verũetiam animæ ipſius ambiguos fragileſq; motus, adiunxerint ſe domino, facti ex integro ſpiritus, vt ſint cum illo vnus ſpiritus ſemper: cum illo ſingula quæq; diſcernẽtes vſquequo perueniãt ad hoc vt perfecte effecti ſpiritales omnia diſcernant, per hoc ꝙ in omni ſanctitate illuminati ſenſu ꝑ verbum & ſapientiam Dei a nullo penitus poſſint diſcerni.

B ¶Illa ſane nos nequaq̃ recipienda cenſemus quæ & a quibuſdã ſuperfluo vel requiri, vel aſtrui ſolẽt.i. ꝙ animæ in tantũ ſui deceſſum veniant, vt naturæ rationalis, ac dignitatis oblitę, etiam in ordinẽ irrationabiliũ animalium, vel beſtiarum, vel pecudum deuoluantur. Pro quibus etiam quaſdam ex ſcripturis cõmentitias afferre aſtructiones ſolẽt.i. ꝙ vel pecus cui ſe mulier cõtra naturã ſubiecerit, in reatum pariter cũ muliere deuocatur, ac lapidari pariter iubeatur, vel ꝙ taurus cornupeta lapidari nihilominus præcipitur: ſed & ꝙ Balaam aſina os eius deo aperiẽte locuta eſt, & ſubiugale mutum in hominũ voce reſpondens arguit prophetæ inclementiam. Quas nos non ſolum non ſuſcipimus, ſed & omnes has aſſertiones eorum contra fidẽ noſtram venientes refutamus, atq; reſpuimus. Verũtamen ſuo loco & tẽpore cõfutato hoc peruerſo dogmate & depulſo, ea q̃ de ſanctis ſcripturis ſunt ab aliis prolata exponemus.

LIBER SECVNDVS. CAPVT. I.

CONSEquens nũc videtur, licet oĩa quæ ſuperiori libello diſerta ſunt de mundo atq; eius ordinatione diſerta ſint: ꝓprie tamen de ipſo mundo pauca repetere, id eſt de initio eius ac fine, vel his quæ ad terminũ ac finem eius per diuinam prouidentiã diſpenſantur, ſeu de his quę ante mundum, vel poſt mundum putantur. C

¶In quo primum euidenter apparet quo ad omnes ſtatus eius, qui eſt varius atq; diuerſus ex rationabilibus & diuinioribus naturis & ex diuerſis corporibus conſtans, ſcilicet ex mutis animãtibus, id eſt feris beſtiis, pecudibus, & auibus, atq; oĩbus quę in aquis viuũt. Tum deinde ex locis.i. cæli, vel cælorum, & terrę vel aquæ: ſed & ex eo q medi⁹ eſt aere, vel quẽ ætherẽ dicimus, atq; ex oĩbus quę ꝓcedũt vel naſcũtur ex terra. Cũ ergo tãta ſit mũdi varietas, atq; in ipſis rationabilib⁹ animãtibus ſit tãta diuerſitas, propter quã etiã omnis reliqua varietas ac diuerſitas putãda eſt extitiſſe: quã cauſam aliã dici oportebat qua mũdus extiterit, præcipue ſi intueamur illũ finem per quẽ omnia reſtituẽda in ſtatũ initii ſui / libro ſuperiori diſertũ eſt! Qđ vtiq; ſi cõſequẽter dictũ videtur, quã aliã (vt dicimus) cauſam putabimus tantæ huius mũdi diuerſitatis, niſi diuerſitatem ac varietatem motuũ, ac prolapſum eorũ qui ab illa initii vnitate atq; cõcordia in qua a deo primitus procreati ſunt, deciderũt, & ab illo bonitatis ſtatu commoti atq; diſtracti, diuerſis dehinc animorũ motibus ac deſideriis agitati, vnũ illud & indiſcretũ naturę ſuę bonũ ꝓ intentionis ſuę diuerſitate in varias deduxerũt mentiũ qualitates! Deus vero ꝑ ineffabilẽ ſapientię ſuæ artẽ oĩa quæ quoquo modo fuerint, ad vtile aliquid, & ad cõmunem omniũ trãſformãs ac reparans profectũ, has ipſas creaturas quę a ſemetipſis intantum animorum varietate diſtabant, in vnũ quẽdam reuocat

operis studiiq̄ cōsensū, vt diuersis licet mo-
tibus animorū, vnius rā mundi plenitudinē
perfectionis consummet, atq̄ ad vnum perfe
ctionis finem varietas ipa mentium tendat.
Vna nāq̄ virtus est quę omnē mundi diuer-
sitatem cōstringit & continet, atq̄ in vnum
opus varios agit motus: ne scilicet tā immē-
sum mundi opus dissidiis solueret animorū.
Propter hęc eñ opinātur quidā patentem
oīm deū pro salute vniuersarū creaturarum
suarū ineffabilē verbi sui ac sapiētiæ rationē
ita in hęc singula dispēsasse vt singuli quiq̄
spūs, vel animi, vl' quomōcūq̄ appellādę sunt
rationabiles substātię, nō cōtra arbitrii liber
tatē, vel in aliud q̄ motꝰ mētis suæ ageret co
gerent, & p hoc & adimi ab his videret libe
ri facultas arbitrii: qđ vtiq̄ qualitatē iam na
turę ipsius imutabat: & diuersi motꝰ ppositi
earū ad vnius mūdi cōsonātiam competēter
atq̄ vtiliter aptarētur: dum alię iuuari indi-
gent, alię iuuare possint, aliæ vero pficiētibꝰ
certamina atq̄ agones mouēt: inquibus eorꝝ
probabilior haberet idustria, & certior post
victoriā reparari gradus statio teneret, quæ
per difficultates laborantium constitisset.
Quis ergo in diuersis sit officiis ordinatꝰ,
nō tamen dissonans atq̄ a se discrepās mūdi
totius intelligēdus est statꝰ: sed sicut corpus
nostrū vnū ex multis membris aptum est, &
ab vna aīa cōtinetur: ita & vniuersum mun-
dū velut animal quoddā immane opinādum
puto, qđ quasi ab vna anima virtute Dei, ac
ratione teneatur. Qđ etiā a sancta scriptura
indicari arbitror per illud qđ dictū est per p
phetā: Nōne cælū & terram ego repleo dicit
dñs! & iterū: Cęlū mihi sedes, terra autē sca-
bellum pedū meorū. Et quod Saluator, cum
ait non iurandū neq̄ per cælū, quia sedes dei
est: neq̄ per terrā, quia scabellū pedū eius est.
Sed & illud qđ ait Paulus cū apud Atheniē-
ses cōcionaretur dicēs: Quoniā in ipso viui-
mus, & mouemur, & sumꝰ. Quomodo eñ in
deo viuimꝰ, & mouemur, & sumus, nisi q̄ in
virtute sua vniuersum constringit & cōtinet
mundū! Quomodo aūt cælum sedes dei est,
& terra scabellū pedum eius, sicut & ipse Sal
uator pronūciat: nisi quia & in cęlo & in ter
ra virtꝰ eiꝰ replet vniuersa, sicut & dicit do-
minus! Quomodo ergo parēs omnium deus
vniuersum mūdum virtutis plenitudine re-
pleat atq̄ contineat, ex his quæ ostendimus
non puto quicq̄ difficulter annuere.
D Clam sane quomodo diuersos motꝰ rationa
biliū creaturarū, variasq̄ sententias causam
dedisse diuersitatis mūdo huic, sermo supio
ris disputationis ostendit: videndum ne for-
te simul cū initio exitꝰ quoq̄ huic mūdo cō
ueniat. Dubiū eñ non est quin finis ipsius in
diuersitate multa adhuc & varietate reperiē
dus sit: q̄ vtiq̄ varietas in huius mundi fine
deprehensa rursus diuersitatum alterꝰ mū-
di post hunc futuri occasiones præstabit, q̄
scilicet huius mundi finis initium sit futuri.
Quæ si hęc ita esse ordo disputationis inue-
nit: consequens nunc videtur, quoniam mun
di diuersitas sine corporibus subsistere nō po
terit, naturę corporeę discutere rationem.
Ex rebus ipsis apparet q̄ diuersam variāq̄
permutationē accipiat natura corporea, ita
vt possit ex omnibus in omnia transformari:
sicut (verbi gratia dixerim) lignū i ignē ver-
titur, & ignis in fumum, & fumus in aerem.
Sed & olei liquor in ignē mutatur. Elcę quo
q̄ ipsę vel hominum vel animalium, nonne
eandem permutationis causam declarāt! Nā
quodcunq̄ illud est quod per cibum sumpse
rimus, in corporis nostri substantiam verti-
tur. Sed qualiter aqua mutatur in terrā, vel
in aerem, & aer rursus in ignem, vel ignis in
aerem, vel aer in aquam, q̄uis non sit diffici-
le exponere, tamē in præsenti loco ea sufficit
tantummodo commemorasse volenti corpo
ralis materiæ discutere rationem.
Materiā ergo intelligimus quę subiecta est
corporibus, id est ex qua inditis atq̄ insertis
qualitatibꝰ corpora subsistūt. Qualitates au-
tē quatuor dicimꝰ: calidā, frigidā, aridā, hu-
midam. Quæ quatuor e qualitate ὕλης, id est
materię insertę, qa materia ppria ratione ex-
tra has esse inuenit quas supra diximus qua
litates, diuersas corporū species efficiūt. Hęc
tamen materia q̄uis (vt supra diximus) secū
dum suā propriā rationem sine qualitatibus
sit, nunq̄ tamen subsistere extra qualitatē in-
uenitur. Hāc ergo materiam quę tanta & ta
lis est vt sufficere ad oīa mundi corpora quę
esse deus voluit, queat, & cōditori ad quascū
q̄ formas velit & species famuletur in omni
bus & seruiat, recipiens qualitates quas ipse
voluerit imponere: nescio quomodo tanti ac
tales viri ingenitā .i. nō ab ipso deo factā con
ditore omniū putauerunt, sed fortuitā quā-
dam eius naturā virtutemq̄ dixerunt. Et mi
ror quomodo isti culpēt, qui vel opificē deū,
vel prouidentiam huius vniuersitatis nō ne
gant, & impie eos sentire arguūt, q̄ tantum
mundi opus arbitrentur sine opifice vel pro
uisore constare: cum ipsi quoq̄ similem cul-
pam impietatis incurrant, ingenitam dicētes
esse materiam, deoq̄ ingenito coæternam.

A ¶ Secũdum hanc ergo rationem si ponamus (verbi gratia) materiã fuisse, nõ vt isti differunt, dicentes q̃ deus non potuerit aliquid facere cũ nihil esset, sine dubio futurus erat ociosus materiam non habens ex qua posset operari, quam ei non sua prouisione, sed fortuito sentiũt affuisse: videturq; eis q̃ hoc qd fortuito inuentum est, sufficere ei potterit ad tanti operis molem, & ad suę virtutis potentiam, qd totius sapientiæ suæ suscipiẽs rationem distingueretur ac formaretur ad mũdũ. Qd mihi perabsurdum videtur, & eorũ esse hominũ, qui virtutem atq; intelligẽtiam ingenitæ naturæ penitus ignorant. Sed vt rationem rerum possimus dilucidius intueri, concedatur paulisper non fuisse materiam, & deum cũ nihil esset prius, fecisse vt essent ea quę esse voluit: quid putabimus q̃ meliorem, aut maiorem, aut alterius generis materiam facturus esset deus, quã ex sua virtute & sapientia proferebat, vt esset quæ ante nõ fuerat: an inferiorem & deteriorem: an similem atq; eandem, vt est illa quam isti ingenitam dicunt? Et puto cuiuis facillime pateat intellectus, q̃ neq; melior, neq; inferior potuisset mundi formas speciesq; suscipere, nisi talis fuisset, qualis ista esset quæ suscepit. Et quomodo ergo nõ videbitur impium id ingenitum dicere, qd si factum a deo credatur, tale sine dubio inueniatur, quale & istud est qd ingenitum dicitur?

¶ Vt autem ex scripturarum auctoritate hæc ita se habere doceamus, audi quomodo in Macabbæorum libris, vbi mater septem martyrum vnum ex filiis cohortatur ad toleranda tormenta, ait ei: Rogo te fili, respice cælum & terram, & ad omnia quæ in eis sunt: & videns hoc scito, q̃ deus hæc omnia cum non essent, fecit. Sed & in libro Pastoris in primo mandato, ita ait: Primo omniũ crede q̃ vnus est deus qui omnia creauit, atq; composuit, & fecit ex eo qd nihil erat vt essent vniuersa. Fortassis ad hoc respicit etiam illud quod in Psalmis scriptum est: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Nam quod ait, quia ipse dixit & facta sunt: videtur ostendere substantiam dici eorum quæ sunt: quod vero ait, Mandauit & creata sunt: de qualitatibus dictum videtur, quibus substantia ipsa formata est.

De perpetuitate corporeæ naturæ.

CAPVT. II.

B **H**OC IN Loco quærere solent quidam, vtrum sicut ingenitum filiũ generat pater, & spiritũ sanctum profert, nõ quasi qui ante non erat, sed qa origo & fons filii vel spiritus sancti pater est, & nihil in his anterius posteriusve intelligi potest: ita etiam ad materiã corporalem simul quędam societas, vel propinquitas possit intelligi. Quã rem vt plenius atq; intentius inuestigent, illuc solẽt initium disputationis inflectere, vt inquirant si hæc ipsa natura corporea quę spiritalium & rationabilium mentium vitas fert, & continet, motus pari cũ ipsis æternitate perferet, an vero absoluta interibit & peribit.

¶ Qd vt possit scrupulosius deprehendi, q̃rendũ primo videtur, si possibile est penitus incorporeas remanere rationabiles naturas, cũ ad summũ sanctitatis ac beatitudinis venerint, qd mihi quidem difficillimũ & pœne impossibile videtur: aut necesse est eas semper coniunctas esse corporibus. Si ergo posset qs ostẽdere rationẽ qua possibile esset eas omnimode carere corporibus: consequẽs videbit̃ q̃ natura corporea ex nihilo per interualla temporum procreata, sicut cum nõ esset effecta est, ita & esse desineret cum vsus eius ministerii pteriisset. Si vero impossibile est hoc vllo modo affirmari, id est q̃ viuere præter corpus possit vlla alia natura præter patrẽ & filium & spiritũ sanctũ: necessitas cõsequẽtię ac rationis coarctat intelligi, principaliter quidẽ coarctatas esse rationabiles naturas, materialẽ vero substãtiam opinione qdẽ & intellectu solũ separari ab eis, & p ipsis vel post ipsas effectã videri: sed nũq̃ sine ipsa eas vel vixisse vel viuere: solius namq; trinitatis incorporea vita existere recte putabitur.

¶ Vt ergo superius diximus, materialis substantia huius mundi habẽs naturam quæ ex omnibus ad omnia transformatur, cum ad inferiores quosq; trahitur, in crassiorem corporis statum, solidioremq; formatur, ita vt visibiles istas mundi species variasq; distinguat: cum vero perfectioribus ministrat & beatioribus, in fulgore cælestium corporum micat, & spiritalis corporis indumentis, vel angelos dei, vel filios resurrectiõis exornat: ex quibus omnibus diuersus, ac varius mũdi complebitur status. Caute lege.

¶ Verum si plenius hęc discutere libet, oportebit attentius & diligentius cum omni metu & reuerentia perscrutari scripturas diuinas, si qs forte in his talibus arcanis, & recõ

ditus sit arcanus sensus, si qd in absconsis & recōditis (sancto spiritu demōstrāte his qui digni sūt) poterit inueniri, cū plura testimonia de hac ipsa specie fuerint congregata.

De initio mundi, & causis eius.
CAPVT.III. Quod caute legendum est.

C SVPEREST Vt post haec te quiramus vtrum ante hunc mundum qui nūc est, mundus alius fuerit: & si fuit, vtrū talis fuerit qualis iste qui nunc est, an paulo differentior, vel inferior: aut omnino non fuerit mūdus, sed tale aliquid fuerit qualem illum intelligimus post omnium finem futurū cū tradetur regnum deo & patri: qui nihilominus alterius mundi fuerit finis, illius.s. post quem hic mūdus cœpit. Lapsus an varius & intellectualiū naturarum prouocauerit deū ad istam variam diuersamq; conditionē mūdi. Sed & illud similiter requirendum puto: vtrum post hunc mundum curatio aliqua & emendatio erit asperior quidē & doloris plena erga eos q verbo dei obœdire noluerunt: per eruditionē vero rationabilemq; institutionem per quam possent ad locupletiorē proficere veritatis intellectum hi qui praesenti iam vita in hoc esse studio didicerūt, & mentibus purgatiores effecti capaces iam huius diuinę sapiētię effecti sunt: & si post hāc vitā statim finis oim cōsequetur, & pro correctione & emendatione eorum qui talibus indigent, alius rursus mūdus erit, vel similis isti qui nūc est, vel huic melior, aut multo deterior: & qualiscunq; erit ille post hunc mundū, qdiu erit: aut si omnino nō erit, & si erit aliquādo cum nullus vnq̄ sit mundus, aut si fuit aliquādo cum mūdus non fuerit omnino, aut si fuerint plures vel erunt, aut si accidat aliquando vt alter alteri aequalis & similis per omnia, atq; indiscretus eueniat.

¶Vt ergo manifestius appareat verum materia corporalis p materiā subsistat: & sicut nō fuit anteq; fieret, iterū resoluat vt iterū non sit: videamus primū si fieri pōt vt viuat sine corpore. Si eñ aliquis potest viuere sine corpore, possunt & oīa esse sine corpore: omnia eñ ad vnum finem tendere superior tractatus edocuit. Si autē oīa possunt carere corporibus, sine dubio nō erit substantia corporalis, cuius vsus nullus existet. Et quomodo sentiemus illud qd dixit Apostolus in his locis in quib⁹ de resurrectiōe disputat mortuorum, cum ait: Necesse est autem corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere imortalitatē. Cum aūt corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit imortalitatē, tūc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Aculeus autē mortis peccatū, virt⁹ aūt peccati lex. Talem aūt quēdam videtur Apl's suggerere intellectū. Qd eñ ait, Corruptibile hoc, & mortale hoc, velut tāgētis & ostēdentis affectu, cui alii cōuenit nisi materię priae?

¶Hęc ergo materia corporis q̄ nūc corruptibilis est, induet incorruptionē, cum perfecta anima, & dogmatibus incorruptionis instructa vti eo cœperit. Et nolo mireris si indumentum corporis perfectam animā dicimus, quae ppter verbum dei & sapiētiam eius nunc incorruptio nominatur: cum ipse vtiq; qui est dominus & creator animę Iesus Christus indumentum sanctis esse dicatur, sicut Apostolus dicit: Induite dominum Iesum Christū. Sicut ergo Christus indumētum est animae, ita intelligibili quadam ratione etiam anima indumentum dicitur esse corporis.

D ¶Tale est ergo qd dicit: Necesse est corruptibile hoc induere incorruptionem: vt si diceret, naturā hāc corruptibilē corporis necesse est indumentū accipere incorruptionis animā habētē in se icorruptionē, p eo videlicet q induta est Christū q est sapientia & verbū dei. Cū autē vitae participauerit corpus hoc qd aliquando gloriosius habebimus, tūc id qd immortale est accedet vt etiam incorruptibile fiat. Si quid nāq; mortale est, hoc continuo & corruptibile est: nō tñ si quid corruptibile est, hoc etiā mortale dici potest. Deniq; lapidē vl' lignū corruptibilē quidē dicim⁹: nō tñ etiam mortalē consequenter dicemus. Corp⁹ vero qd vitę participat, ex eo q separari ab eo vita potest & separatur, cōsequenter nominamus, & secūdum aliū quoq; intellectum etiam corruptibile dicimus.

E ¶Mira ergo ratione sanct⁹ Apostolus ad generalem primam causam respiciens materiae corpalis, cui⁹ materiae aīae vsum semp habēt in qualibet qualitate positę, nūc quidē carnali, postmodum vero subtiliori & puriori, quę spiritalis appellatur: Necesse est ait corruptibile hoc induere incorruptionē. Secūdo vero ad spiritalem corporis respiciēs causam ait: Necesse est mortale hoc induere īmortalitatē. Incorruptio autē & īmortalitas qd aliud erit nisi sapiētia, & verbū, & iustitia dei, q̄ formāt animā, & induunt, & exornāt? Et ita fit

vt dicatur, ꝙ corruptibile incorruptionem induet, & mortale immortalitatẽ. Nunc etiã si valde ꝓficiamus: tamẽ quodãmodo solũ ex parte cognoscimus, & ex parte ꝓphetamus, & ꝑ speculũ in ænigmate videmus ea ipsa q̃ videmur intelligere, & nondũ corruptũ hoc induit incorruptionẽ, neq; mortale ab imortalitate circũdatur: & quodãmodo sine dubio in lõgius ꝓtrahet nostra hęc corruptio: videlicet vsquequo ipsa corpora nostra quibus circũdati sum⁹, ꝓpter verbũ dei & sapiẽtiã ad ꝑfectã iustitiã & incorruptionẽ deuenerint, & mortale hoc iduerit imortalitatẽ.

¶ Verũtamen hi qui putãt id nũq̃ decere irrationabiles creaturas, possunt ĩ hoc loco talia quędã mouere. Si verũ est ꝙ corruptibile hoc induet ĩcorruptionẽ, & mortale hoc induet imortalitatẽ, & ꝙ absorbeat in victoria mors, nõ aliud q̃ materialẽ naturã exterminãdã declarat, in qua operari mors aliqd poterat: dũ hi q sunt ĩ corpore ꝑ naturã materię corporalis, mẽtis acumini videt obiiciẽdi. Si vero extra corpus sunt, tũc oẽm molestiã hmõi ꝑturbatiõis effugiẽt. Sed quõ nõ id oẽ indumẽtũ corporeũ effugere poterũt? Pri⁹ in subtilioribus ac purioribus ĩmorari corporib⁹ existimãdi sũt, quo vltra nec a morte vinci, nec aculeo mortis cõpungi prævaleãt: vt ita demũ paulatim cessante natura materiali, & absorbeatur mors, & etiã extermineᵗ in finẽ atq; oĩs aculeus eius penitus retũdatur per diuinã gratiã: cũ ei⁹ capax effecta aĩa ĩcorruptionẽ, atq; ĩmortalitatẽ meruerit adipisci. Et tũc merito diceᵗ ab oĩb⁹: Vbi mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autẽ mortis peccatũ est. Si ergo hoc habere cõsequẽtiã videt, reliquũ est vt status noster aliquãdo incorporeus futur⁹ esse credaᵗ: qđ si recipit, & oẽs subiiciẽdi Christo esse dicũtur: necesse est vt ĩ oĩbus & hoc deferatur, in quos ꝑuenit subiectio Christi, ꝙ oẽs qui subiecti sunt Christo, in finẽ quoq; subiecti erũt deo patri, cui regnũ traditur⁹ dicit Christ⁹, & ita videt vt tũc etiã vsus corpoꝝ cesset. Si aũt cessat, ĩ nihilũ redit sicut & ante nõ erat.

A ¶ Sed videam⁹ qd eis occurrat q hoc ita asserũt. Videbit em̃ eẽ necessariũ vt si exterminata fuerit natura corporea: secũdo iterũ reparãda sit & creãda: possibile em̃ videt vt rõnabiles naturæ a qb⁹ nũq̃ aufert liberi facultas arbitrii, possint iterũ aliqbus motibus subiacere, indulgẽte hoc ipsum dño, ne forte si immobilẽ semꝑ teneãt statũ, ignorẽt se dei & nõ sua virtute ĩ illo fine beatitudinis cõstitisse: Quos mot⁹ sine dubio rursum varietas corporũ & diuersitas ꝑsequit, ex qua mũdus semper adornat, nec vnq̃ poterit mũdus nisi varietate ac diuersitate cõstare, ꝙ effici nullo genere possunt extra materiã corporalẽ.

¶ Iam vero qui indissimiles sibi ac per oĩa pares aliquãdo euenire confirmant: nescio quibus id possint asserere documẽtis. Si em̃ similis per oĩa mũdus dicit, erit vt iterum Adam vel Eua eadẽ faciãt q̃ fecerũt: idẽ iterum erit diluuiũ: atq; idem Moyses rursum populum sexcenta fere milia numero educet ex Aegypto: Iudas quoq; bis dñm tradet: Paulus secũdo lapidãtiũ Stephanũ vestimẽta seruabit: & oĩa quę in hac vita gesta sunt etiã gerẽda dicẽtur. qđ nõ puto ratione aliqua posse firmari, si arbitrii libertate agũtur animę: vel ꝓfectus suos, vel decessus ꝑ volũtatis suę sustinent potestate. Nõ em̃ cursu aliquo in eosdẽ circulos post multa secula reuolutæ agũtur animę, vt hoc vel illud vel agãt vel cupiant: sed quocũq; proprii ingenii libertas ĩtẽderit illo gestorum suorum dirigit cursum.

¶ Tale em̃ est qđ ab istis dicit, vt si quis velit asserere, ꝙ frumẽti medimnũ si ꝓfundatur in terrã, potest fieri vt iidẽ & penitus ĩdiscreti secũdo accidãt casus granorũ: ita vt vnũqđq; granũ iuxta profusum iaceat secũdo, quo primo aliqñ deiectũ est, & eodẽ ordine, eisdẽq; dispersum sit signis qbus fuerat primo diffusum: qđ innumerabilibus medimni granis impossibile est prorsus accidere, etiã si ꝑ diuersa secula idefinẽter ac iugiter effundant. Ita ergo impossibile mihi videtur eodẽ ordine, eisdẽq; modis nascentiũ, & moriẽtium, & agentiũ qd secũdo posse reparari: sed immutationibus innumeris diuersos posse mũdos existere: ita vt ꝑ manifestis qbusq; causis melior status sit alteri⁹ mũdi, & ꝑ aliis inferior, & ꝑ aliis medius qdã status. Qui aũt verissimus modus horũ sit, ego me nescire fateor. Si qs aũt posset ostẽdere, libentius discerem.

¶ Verũtamẽ multorũ seculoꝝ finis dicit esse hic mũdus, qui & ipse seculũ dicit. Docet autẽ sanctus Apl'us ꝙ Christus in eo seculo qđ ante hoc fuit nõ est passus, sed nec in illo qdem qđ ante ipsum fuit: & nescio si enumerare sufficiã quanta fuerũt anteriora secula in quibus passus nõ est. Ex qbus tamẽ sermonibus Pauli ad occasionem huius intelligẽtiæ (vt verũ proferã) facile deueniemus. ait em̃. Nũc vero semel in consummatione seculorũ ad refellendũ peccatũ ꝑ hostiã sui manifestatus est. Semel em̃ ait hostiã effectũ, & in consummatione seculoꝝ ad refellẽdũ peccatũ eẽ manifestatũ. Qz aũt post hoc seculum qđ ad

caute lege.

consummarionē aliorum seculorū dicitur factum, erūt alia secula superueniētia, manifeste ab ipso Paulo didicimꝰ dicēte: Vt ostēderet in seculis supuenientibꝰ superabundātes diuitias gratię suę in bonitate super nos. Nō dixit in seculo supueniēte, neq̧ in duobus seculis supueniētibus: vnde arbitror multa secula indicio sermonis illiꝰ declarari. Si vero aliquid est seculis maius, ita vt in creaturis quidem secula intelligātur, in aliis vero quæ excedūt & supergrediuntur visibiles creaturas (qđ erit forte in restitutione omniū cum ad perfectū finē vniuersa perueniēt) id fortasse plus aliquid esse q̄ seculū intelligendū est, in quo erit omnium consummatio.

B ¶Mouet aūt in hoc scripturę sanctę auctoritas q̄ dicit in seculum. Et adhuc eē qđ dicit plus aliquid sine dubio q̄ seculum vult intelligi: & vide ne illud qđ dicit Saluator: Quia volo vt vbi ego sum & isti sint mecum: & sicut ego & tu vnum sumus, & isti sint in nobis vnū: ostēdere videatur plus aliquid q̄ est seculum & secula: forte etiā plus q̄ est secula seculorū, id videlicet cum iam non in seculo sunt omnia, sed omnia, & in omnibus deus.

¶His pro nostris viribus de mūdi ratione dissertis, nō incōgruū etiā videtur ipsius mūdi appellatio qd sibi velit inquirere: quę appellatio in scripturis sanctis diuersa significās frequenter ostenditur. Quod latine mūdū dicimus, grece κόσμος appellatur: κόσμος autē non solū mundum, sed & ornamentum significat. Deniq̧ in Esaia vbi ad principes filias Sion increpationis sermo dirigit̃, & dicitur: Per ornamētū capitis aurei caluitiū Hebræis propter opera tua ornamentū: ibi eo nomine quo mundū appellauit, idem κόσμον scribit. Dicitur etiā in indumēto pontificis mūdi ratio cōtineri: sicut in sapiētia Salomonis inuenimus, cū dicit: Quia in vestimento poderis erat vniuersus mundus.

¶Mundus dicit̃ etiā noster cū habitatoribus suis orbis terrarū iste: sicut cum scriptura dicit: Oīs mūdus ī maligno positꝰ est. Meminit sane Clemēs Apostoloꝶ discipulus etiā eorū quos antipodes græci nominant, atq̧ illius partes orbis terræ ad quas neq̧ nostrorum quisq̄ accedere potest, neq̧ ex illis qui ibi sūt quisq̄ transire ad nos, quos & ipsos mundos appellauit cum ait: Oceanus intransibilis est hominibus, & hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdē dominatoris dei dispositionibꝰ gubernātur. Dicit̃ etiā mūdus ista vniuersitas quę est ex cęlo & terra, sicut Paulus ait: Transiet enim habitus huius mundi.

¶Designat sane & alium quēdā mundū præter hūc visibilē etiā dn̄s & saluator, quē tenera describere & designare difficile est: ait nanq̧. Ego nō sum de hoc mūdo. Tanq̄.n. ex alio caute lege.
quodā esset mūdo ita dicit, ꝙ nō sum de hoc mūdo. Cuius mūdi difficilem nobis esse expositionē idcirco p̄diximus, ne forte præbeatur aliquibꝰ occasio illiꝰ intelligētię, qua putent nos imagines quasdā quas græci nominant ideas, affirmare: qđ vtiq̧ a nostris alienum est, mundū incorporeum dicere in sola mentis phantasia, vel cogitationum lubrico cōsistētem: & quomō Saluatorē inde esse vel sanctos quoq̧ illuc ituros poterūt affirmare, nō video. Verūtamē pręclarius aliqd & splēdidiꝰ q̄ iste qui pręsens est mūdus, indicari a Saluatore nō dubiū est, in quo etiā credētes in se tēdere p̄uocat, & hortat̃. Sed vtrū mundus iste quē sentiri vult, separatus ab hoc sit lōgeq̧ diuisus, vel loco, vel qualitate, vł gloria: an gloria qdē, q̄a qualitate p̄cellat: intra tn̄ huius mundi circūscriptionē cohibeatur, qđ & mihi magis verisimile videt̃: incertū tn̄ est vt ego arbitror humanis adhuc cogitationibꝰ, & mētibus inusitatū. Ex his tn̄ quæ Clemēs visus est indicare cum dicit: Oceanꝰ intrāsmeabilis est hoībꝰ, & hi mūdi qui post ip̄m sunt: q post ipsum sūt mūdos pluraliter nominans, quos & eadē dei summi p̄uidētia agi, regiq̧ significat: semina quędā nobis huiusmodi itelligētię videt̃ aspergere, quo putetur oīs qdē vniuersitas eoꝶ quæ sunt atq̧ subsistūt cęlestiū, & supcęlestiū, terrenoꝶ, infernorūq̧ vnꝰ & p̄fectus mūdus ḡnaliter dici: ītra quē vł a quo cęteri (si q illi sūt) putādi sūt cōtineri. Vnde voluit qdē globū lunæ vel solis, cęterorūq̧ astroꝶ, quos planetas vocāt, p singula mūdos noīari. Sed & ip̄m super eminētē quē dicūt globum, nihilo minus mūdū appellari volūt. Deniq̧ etiā Baruch p̄phetę librū ī assertionis huiꝰ testimoniū vocāt, ꝙ ibi de. vii. mūdis vel cælis euidētiꝰ īdicat̃. Esse tn̄ sup illā sphęrā quā aplanen dicūt, volūt aliā, quā sicut apđ nos cælū cōtinet oīa q̄ sub cęlo sunt, ita illā dicūt imēsa quadā sui magnitudine & ineffabili cōplexu spatia vniuersarū sphęrarū ābitu magnificētiore cōstrīgere: ita vt oīa intra ip̄am ita sint sicut ē hęc terra nostra sub cęlo, q̄ etiā ī scripturis sanctis terra bona & terra viuentium credit̃ nominari, habēs suū cęlū illud qđ superius, in quo cęlo sanctorum nomina scribi, vel scripta esse dicūtur a Saluatore: quo cælo cohibet̃ illa terra atq̧ cōcludit̃, quā Saluator in euāgelio mitibꝰ & māsuetis p̄mittit.

Et illius nãq; terrę noĩe etiã hanc nostrã cui Arida prius nomen fuerat, cognominatã volunt, sicut & firmamentum hoc cęlum illius cęli vocabulo nuncupatum est.

A ℂ Verũ de huiuscemodi opinionib⁹ plenius in illo loco tractauimus, cũ requireremus qd esset q in principio fecit deus cælũ & terrã. Aliud enim cælũ & alia terra indicatur esse q̃ illud firmamẽtũ qđ post biduũ factũ dicit, vel arida quæ postmodũ terra nuncupatur. Sane hoc qđ dicũt quidã de hoc mũdo, quo modo corruptibilis qdẽ est ex quo factus est: nec tamẽ corrumpitur, qa corruptione fortior & validior est voluntas dei, qui fecit eũ, & cõtinet illum ne ei corruptio dominetur: rectius sentiri ista possunt de eo mũdo quem ἀπλανῆ sphæram supra diximus, q ex volũtate dei nequaq̃ corruptioni subiaceat, p eo q nec causas corruptionis accepit. Sanctorũ quippe est, & ad liquidũ perfectorum mũdus ille, & non impiorum sicut iste noster.

ℂ Vidẽdum autẽ est ne forte in hoc respiciẽs Apl'us dixerit: Prospiciẽtibus vobis nõ ea q̃ videtur, sed quę nõ videtur. Quę enĩ non videtur æterna sunt: quæ aũt videnť tẽporalia sunt. Scimus autẽ quoniã si terrestris domus nostra hui⁹ habitatiõis dissoluať, ædificatio nẽ habem⁹ a deo domũ nõ manu factã æternã in cælis, cũ alibi dicať: Quia videbo cælos tuos opera digitorũ tuorũ. Et de oĩbus visibilibus p pphetã dixit: Quia manus mea fecit hęc oĩa. Istã æternã domũ quã sanctis pmittit in cęlis, manu factã nõ esse pnũciat, differentiã sine dubio creaturę in his quę videnť ostẽdẽs. Nõ enĩ idẽ intelligiť, ea q̃ nõ videnť, & ea q̃ inuisibilia sunt. Ea nãq; quę sunt inuisibilia: nõ solũ non videnť, sed ne naturã qdẽ habẽt vt videri possint, quę gręci ἀσώματα, i. incorporea appellarũt. Hęc aũt de qbus Paulus dixit, Quę nõ vidẽtur: naturã qdẽ habẽt vt videri possint: nondũ tamen videri ab his quibus promittuntur exponit &c.

B ℂ His igiť tribus opinionibus de fine oĩm & de summa beatitudine prout sentire potuimus adumbratis, vnusq̃sq; legẽtiũ apđ semet ipsũ diligẽtius & scrupulosius iudicet, si põt aliqua harũ pbari vel eligi. Dictũ est. n. q vel incorporea vita agi posse putãda sit, posteaq̃ Christo fuerint subiecta oĩa & ĩ oĩbus deus: vel cũ nihilomin⁹ Christo fuerint vniuersa subiecta, & p Christũ deo, cũ quo & vnus spiritus scđm hoc q spiritus sunt naturæ rationabiles fuerint: tũc ipsa quoq; substãtia corporalis optimis & purissimis spiritibus sociata p assumẽtiũ qualitate vel mẽtis in ætheream statũ trãsmutata, secũdũ q Apostolus dicit, Et nos immutabimur: refulgebit. Aut certe q eorũ q̃ videnť habitu pterẽute, omni corruptibilitate decussa atq; purgata, oĩq; hui⁹ mũdi statu, q ἀπλανῆ diciť sphęra, supgresso, atq; superato, sup illã q̃ Aplanes diciť, sphęrã, piorũ atq; beatorũ statio collocatur, quasi in terra bona, & terra viuorũ quã mansueti & mites hęreditate possideãt: cuius est cęlũ illud qđ ambitu magnificentiori ipsam illã circũdat & cõtinet terrã: qđ vere cęlũ & principaliter appellať, in quo cælo vel terra finis oĩm atq; pfectio tota ac fidissima possit statione cõsistere: quo scilicet vel hi qui post correptionẽ castigationẽq; quas p delictis ptulerãt purgationis obtẽtu expletis oĩb⁹ atq; dependis terrę illius habitaculũ mereanť: hi vero q verbo dei obœdiẽtes fuerũt, ac sapiẽtię eius iam hinc capaces se obtẽperãtes prębuerũt, cęli illius vel cęlorũ regna promereri dicãtur: & ita dignius cõpleatur illud qđ dictũ est: Beati mansueti quia ipsi hæreditate possidebũt terrã: &, Beati pauperes spiritu, qm̃ ipsi hęreditatẽ capiẽt regnũ cęlorũ: & qđ dicit in Psalmo. Exaltabit te vt hęredites terram. Ad hãc etenĩ terrã descẽdi diciť, ad illã autẽ quę in alto est exaltari. Hoc ergo modo videť quasi iter quoddã sanctorũ profectibus aperiri ab illa terra ad illos cęlos, vt non tam permanere in illa terra q̃ habitare videãtur, transituri scilicet cum id quoq; fecerunt, ad hæreditatem regni cælorum.

Qđ vnus est deus legis & prophetarum, & domini Iesu Christi pater.

CAPVT. IIII.

G

QVIS ITAq; per ordinẽ prout potuim⁹ breuiter digestis, consequens est secũdũ q ex initio proposuimus, cõfutare etiã eos qui putãt aliuni deũ patrẽ eẽ dñi nostri Iesu Christi, pręter illũ qui Moysi responsa legis dabat, vel prophetas mittebat, q est deus patrum Abraham, Isaac, & Iacob. Oportet enĩ primũ in hac nos fidei ratione firmari. Cõsiderãdũ ergo est illud qđ frequẽter in euãgeliis diciť, & singulis quibusq; dñi & Saluatoris nostri gestis adiũgiť: Vt impleať qđ dictũ est per prophetã illũ vel illũ, cũ manifestũ sit quia prophetę illius sunt dei q mundũ fecit. Ex ipsa ergo cõsequẽtia concludiť, quoniã q̃ prophetas misit, de Christo q̃ pdicenda erãt ipse prædixit. Et dubium non est, qn hęc non alienus qsq̃ ab eo, sed pater ipsius pdicebať;

¶Sed & illud ꝙ frequēter exempla de veteri testamēto a Saluatore proferunt, vel ab apostolis eius, nō aliud indicat nisi ꝙ auctoritas veteribus a Saluatore & ab ei⁹ discipulis adhibetur. Sed illud quod ad benignitatē prouocās discipulos Saluator dicit: Estote perfecti sicut & pater vester cęlestis pfect⁹ est, qui solem suū oriri iubet super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: cui etiam exiguę intelligētię viro euidētissimū nō suggerit intellectum, ꝙ non alium ad imitādum proponit Deus discipulis suis dominum nisi factorem cæli, & imbrium præbitorem! Q autē dicit quia orantes oporteat dicere: Pater noster q es in cęlis: quid aliud videtur ostendere nisi deū in meliorib⁹ mundi, id est creaturæ suæ partibus requirendum!

¶Sed & de iuramētis optima quędam instituta definiēs ait: Non oportet iurare, neqꝫ p cælum, quia sedes est dei: neqꝫ per terrā, quia scabellum est pedum eius: nonne apertissime videt propheticis vocibus consonare, quib⁹ dicitur: Cęlū mihi sedes, terra aūt scabellum pedū meorū! Sed de templo eiiciens eos qui vendebāt oues, & boues, & columbas: effundens quoqꝫ mensas nummulariorū, & dicens: Tollite ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domū negociationis: patrē sine dubio dominum dicebat eum cuius nouum Salomon magnificum templum extruxerat.

¶Sed & illud quod ait: Nō legistis qđ dictū est a deo ad Moysen: Ego sum deus Abrahā, & deus Isaac, & deus Iacob: nō est autē deus mortuorꝫ, sed viuētiū: manifestissime nos docet quomodo deū patriarcharū p eo ꝙ sancti essent & viuerēt, deū appellabat viuētiū, illū scilicet qui dixerat in pphetis: Ego sum deus, & nō est deus pręter me. Sciēs nāqꝫ Saluator deū Abrahā esse eum qui in lege scriptus est, & ipsum esse q dicit: Quia ego sum deus, & nō est de⁹ pręter me: si quidē ipsum illū patrē esse fatetur qui ignorat aliū super se esse deum, sicut putāt hęretici: absurde eū patrē pronunciat qui eminētiorem ignorat deum. Si vero nō quidē ignorat, sed fallit dicens nō alium esse deum pręter se: multo magis absurdū est si mēdacem patrem suum fatetur. Ex quibus omnibus in hanc indaginē sensus adducitur, qa alium nesciat patrē nisi omnium conditorem & creatorem deum.

D ¶Congruū erit si ex oībus euāgeliorum locis testimonia cōgregem⁹, quibus vnus atqꝫ idem deus legis & euāgeliorū esse doceatur. Cōtingemus breuiter etiā de Actib⁹ Apostolorū, vbi Stephanus & Apostoli preces suas dirigūt ad eum deum qui fecit cælum & terram, & qui locutus est per os sanctorum prophetarum suorꝫ: ipsum dicētes deū Abrahā Isaac, & Iacob: deum qui eduxit populū suū de terra ęgypti. Quæ sententiæ sensum nostrū euidētissime sine dubio ad creatoris dirigūt fidē, & affectum eius inserūt his qui hęc pie de eo fideliterqꝫ didicerūt: sicut & ipse Saluator cū interrogatus esset quod mādatū esset maximū oīm in lege, respōdit dicens: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua. Secūdum autem simile est huic: Diliges proximū tuū sicut te ipsum. Et his addidit: qa in istis duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Quomodo ergo ei quē erudiebat, atqꝫ in disciplinatum pducebat, hoc mandatū ante omnia mādata cōmēdat, per quod sine dubio in deum legis eius conciliaretur affectus, eo ꝙ ipsis his hæc fuerant a lege prædicata!

¶Sed concedaꝫ circa has oēs euidentissimas approbationes, ꝙ de alio nescio quo deo dicat Saluator: Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo: & reliqua q̄ dicta sunt. Et quō si lex & pphetæ creatoris sunt sicut dicunt, id est alterius dei pręter eum quem aiūt bonū: cōsequenter deinde videbitur id qđ addidit, legē & prophetas in his duobus pendere mādatis! Quomodo eīn quod alienū & peregrinū a deo est, pendebit in deo! Paulus autē dicēs: Gratias ago deo meo cui seruio in spiritu meo p proauis meis in cōsciētia pura: dilucide ostēdit ꝙ nō ad aliquē nouū deū nisi Christū venerit. Quos eīn alios pauos Pauli oportebit intelligi, nisi eos de quibus ipse dicit: Hebręi sunt, & ego: Israelitę sunt, & ego!

¶Sed & pfatio ipsa epistolę ei⁹ ad Romanos hęc eadē his q intelligere Pauli literas norunt diligēter ostēdet, quē deū Paulus pdicat. Ait eīn. Paulus seru⁹ Iesu Christi vocat⁹ Apl's, segregat⁹ in euāgeliū dei qđ ante pmiserat p prophetas i scripturis sanctis de filio suo q factus est ei ex semine Dauid secundū carnē, qui prędestinat⁹ est filius dei in virtute secūdū spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorꝫ Christi Iesu dñi nostri &c. Sed & illud qđ ait. Nō obturabis os bouis triturantis: nunqd de bob⁹ cura est deo! an ppter nos voluit dicere! ppter nos eīn scriptū est: quia in spe debet q arat arare, & q triturat sub spe fructus pcipiendi. In quo euidenter ostendit: ꝙ qui legem dedit deus, propter nos. i. propter apostolos dicit: Nō obturabis os bouis triturantis: cui cura erat non boum, sed apostolorum qui Christi euangeliū prædicabāt.

A ¶ In aliis quoque promissionem legis amplectens Paulus ipse ita ait. Honora patrem tuum, & matrem, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & longaeuus sup terram sis, terram bonam quam dominus deus tuus dabit tibi. Persaepe sine dubio placere sibi legem, & deum legis, atque eius iussa pronunciat. Sed quoniam solent interdum huius haeresis assertores per deceptiosa quaedam sophismata simpliciorum quorundam corda surripere: absurdum non puto si etiam ea quae in assertionibus suis proferre solent proponentes, subreptionem eorum ac dementiam confutemus.

¶ Aiunt igitur. Scriptum est, Deum nemo vidit unquam: ille autem deus quem Moyses praedicat, & ab ipso Moyse visus est, & antea a patribus eius: is vero qui a saluatore annunciatur, a nullo penitus visus est. Interrogem⁹ ergo eos & nos: si hunc quem fatentur deum, alium esse deum quam creatorem deum dicunt, visibilem an inuisibilem dicant esse. Et si quidem dixerint quod visibilis est: preter hoc quod contra scripturę sententiam venire arguetur, quę dicit de saluatore, quod imago est inuisibilis dei primogenitus omnis creaturae: incurrent etiam in illud absurdum, quod deum corporeum esse dicant. Non enim aliter videri quis potest nisi per habitum, & magnitudinem, & colorem: quae sunt specialia corporum. Et si corpus esse pronuncietur deus, quoniam omne corpus ex materia est, inuenietur & deus esse ex materia: quod si ex materia fit, materia autem sine dubio corruptibilis est, erit ergo iam secundum illos corruptibilis deus.

¶ Rursum quoque interrogabimus eos. Materia facta est an ingenita, id est infecta? Et si quidem dixerint, infecta est, id est ingenita: requiremus ab eis si materię pars aliqua deus, pars autem mundus est. Si vero responderint de materia quod facta sit: sine dubio consequitur ut eum quem deum dicunt, factum esse confiteantur: quod utique nec ipsorum, nec nostra ratio admittit. Sed dicent, inuisibilis est deus. Et quid agetis? si inuisibilem eum esse dicitis per naturam, neque saluatori debet esse visibilis. Quinimmo & videri de⁹ pater Christi dicitur, quoniam qui videt (inquit) filium, videt & patrem. Quo utique nos quidam vehementer angustant, a nobis vero rectius non pro vidēdo, sed pro intelligēdo sentitur. Qui enim intellexerit filium, intelliget & patrem.

¶ Hoc ergo modo Moyses etiam deum vidisse putandus est, non carnalib⁹ oculis eum intuens, sed visu cordis, ac sensu mentis intelligens, & hoc ex parte aliqua. Manifestum enim est quod faciem (inquit) meam non videbis (scilicet qui Moysi responsa praebebat) sed posteriora mea. Quae utique cum eo sunt intelligenda sacramento, quo modo intelligi conuenit dicta diuina, abiectis profecto illis & spretis anilib⁹ fabulis quae de anterioribus dei ab imperitis posterioribusque finguntur. Neque sane nos impium aliquid sensisse arbitremur, quod diximus quia nunc saluatori visibilis est pater: considerent quali distinctione aduersus haereticos agentes utimur. Diximus enim quod aliud sit videre, & videri, & aliud nosse & nosci, vel cognoscere atque cognosci.

¶ Igitur videre & videri corporum res est: quae utique nec patri nec filio, nec spiritui sancto inter se inuicem competenter aptabitur. B Natura enim trinitatis modum visionis excedit iis qui in corpore sunt. Idem omnibus reliquis creaturis qualitatem inter se inuicem visionis indulgens. Incorporeę vero naturae & principaliter intellectuali, nihil aliud conuenit nisi nosse & nosci, sicut & Saluator ipse pronunciat dicens: Quia nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Manifestum est ergo quod non dixit, nemo vidit patrem nisi filius.

¶ Si vero propter illa quae dicuntur in veteri testamento, quod irascitur deus vel poenitet, vel siqua alia humani affectus passio designatur: materiam sibi ad confutandos nos praeberi putant, affirmantes penitus impassibilem deum, atque his omnibus carentem affectibus sentiendum: ostendendum est eis etiam in euangelicis parabolis haberi similia cum dicit, quod is qui plantauit vineam, & locauit eam colonis, qui colonis missos ad se seruos interemerunt, ad vltimum etiam filium ad se missum occiderunt: iratus dominus dicitur abstulisse vineam ab eis, & malos colonos male perdidisse, & vineam colonis aliis tradidisse quod redderent ei fructus in tempore suo. Sed & illos ciues qui profecto patre familias accepere sibi regnum, legatos miserunt post eum dicentes, Nolumus eum regnare super nos: impetrato regno ingressus paterfamilias & iratus interfici coram se iubet, & ciuitatem eorum igne consumi. Sed & nos siue in vetere testamento, siue in nouo, cum de ira Dei legimus, non secundum literam quę dicitur aduertimus, sed spiritalem intellectum requirimus in talibus, ut ita sentiamus sicut intelligere de deo dignum est. De quibus secundum paruitatem sensus nostri cum secundi Psalmi exponeremus illum versiculum, Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos: prout potuimus qualiter hoc intelligi deberet ostendimus.

Finis Quarti Capitis.

De iusto & bono.
CAPVT. V.

C VERVM Quomodo mouet etiã illud quosdam ꝙ principes istius hęresis diuisionem quandã fecisse sibi videntur, qua dixerũt aliud esse iustũ, aliud bonum, & hac diuisione in diuinitate etiã vsi sunt, affirmantes bonũ quidẽ deũ patrem dñi nostri Iesu Christi, & nõ iustũ esse: iustũ vero legis & prophetarũ deũ, nec tamen bonũ. Cui quæstioni respõdere ꝗ potuero breuiter necessarium puto.

Existimant igitur bonitatem affectum talẽ quẽdam esse, ꝙ bene fieri omnib⁹ debeat etiã si indignus sit is cui benefactum datur, nec bene consequi mereatur. Sed vt mihi videtur non recte vsi sunt tali definitione, putãtes nõ fieri bene huic cui austerum vel triste aliquid infertur. Iustitiã vero putarunt affectum esse talem qui vnicuiq; prout meretur retribuat. Sed & in hoc rursum definitiõis suæ sensum nõn recte interpretantur. Putat enim ꝙ quod iustum est malis mala faciat, bonis bona. i. vt secundum sensum ipsorum iustus malis non videatur bene velle, sed velut odio quodam ferri aduersus eos: & colligunt sicubi forte in scripturis veteris testamenti inueniunt historiam referentem, verbi gratia, de diluuii pœnis, & eorum qui in eo extincti referũtur, vel cum Sodoma & Gomorra ignei sulphureiq; imbris vastatione depopulantur: vel cum in deserto pro peccatis suis mortui decidũt, ita vt nullus ex his qui de Aegypto fuerant profecti, inueniatur terram promissionis intrasse præter Iesum & Caleph.

De nouo autem testamento, misericordiæ ac pietatis congregant verba, quibus a saluatore discipuli informantur, & quibus pronũciari videtur, ꝙ nemo sit bonus pter vnum deum patrem: & per hoc ausi sunt bonũ quidem nominare patrem Saluatoris Iesu Christi: alium autem esse dicunt mundi deum, quẽ iustum eis, & non solum bonum placuit appellare. A quibus primo illud exigendum puto, si secundum suam definitionem iustũ possunt ostendere conditorem punientẽ pro meritis, vel eos qui diluuii tẽpore perierunt, vel Sodomitas, vel eos q ex Aegypto. pfecti fuerãt. Sed cũ videam⁹ interdũ multo nequiora, & scelestiora committi flagitia ꝗ fuerint illa pro qbus hi quos supra diximus interempti sunt, & nõdum tamen videmus vnumquẽq; peccantium pœnam luere meritorum: nunquidnã bonũ dicũt effectũ eum qui aliquãdo iustus erat? an potius illud putabũt, ꝙ iustus quidem est nunc, sed patienter fert humana delicta, tunc vero nec iustus quidẽ erat qui innocentes paruulos & lactentes simul cum immanibus & impiis extinguebat?

D Sed hęc ita sentiunt, qa nihil audire præter literã norũt: alioquin ostẽdant quomodo iustũ est secundũ literã in tertiã & quartã progeniẽ parentũ reddi peccata in sinũ filiorũ, & in filiorũ ipsorũ filios post ipsos. A nobis autẽ talia ista nõ secũdũ literã intelligunt, sed sicut Ezechiel docuit parabolã eã dicẽs, requirim⁹ quid significet introrsus ipsa parabola.

Sed & illud debẽt ostẽdere, quomodo iust⁹ sit, & pro meritis vnicuiq; retribuẽs, q punit terrenos & diabolũ, cũ nihil dignũ pœna cõmiserint. Nõ eñ poterãt (si secundũ istos naturæ malę & perditæ erant) aliqd boni agere. Nam & ꝙ iudicẽ eũ dicũt, nõ tam gestorũ, ꝗ naturarũ iudex videtur. Quippe si natura mala benefacere non potest, nec bona male. Tum deinde eũ quẽ bonũ dicũt, si ad oẽs bonus est, sine dubio & ad eos qui perituri sunt bonus est: & quomodo nõ eos saluat? Si nõ vult, iam non erit bonus: si vult & nõ potest, omnipotens non erit. Quin potius audiant in euangeliis patrem domini nostri Iesu Christi ignem præparantem diabolo & angelis eius. Et quomodo istud opus tam pœnale, tam triste, secundum sensum eorum boni Dei videbitur?

Sed & ipse Saluator boni dei fili⁹ in euãgeliis protestat & dicit, ꝙ si signa & prodigia facta fuissent in Tyro & Sidone olim, in sacco & cinere sedẽtes pœnitẽtiam egissent. Et cum proximis vtriq; ipsis vrbibus accessisset ingressus, cur quęso declinat ciuitates istas ingredi, & præstare eis signorũ & prodigioꝝ copiam, si eas his gestis in sacco & cinere certum erat acturas esse pœnitẽtiam? Quod vtiq; cum nõ facit, sine dubio perditioni eas relinquit, quas malę & perditę vitę non esse ipse euãgelii sermo indicat, q eas potuisse pœnitere designat. Sed & in quadam euangelii nihilominus parabola ingrediens rex videre discũbentes qui fuerant inuitati, vidit quẽdam non indutum nuptialibus indumentis, & ait ei: Amice quo modo introisti huc non habẽs indumentum nuptiale? Tũc ait ministris. Ligãtes ei manus & pedes mittite eum foras in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.

Dicant nobis quis est iste rex, qui ingressus est videre discumbentes, & inueniẽs inter eos quendã sordidis indumentis, iubet eum vinctũ per ministros suos in exteriores tenebras detrudi. Nũquid nõ ille est quẽ iustũ dicunt?

Et quomodo bonos ac malos inuitare iusserat, nec merita a ministris sciscitari pceperat? Per qđ vtiq̄ nō iusti alicuius (vt isti dicunt) & pro meritis retribuētis, sed erga omnes indiscretæ benignitatis indicat affectus. Si vero necesse est hoc de bono deo .i. de Christo, vel de patre Christi intelligi: quid illud est quod iusto dei iudicio obiicitur, imo quid tale est quod in deo legis criminatur, quale est vt eū qui ab his seruis quos miserat vocare bonos & malos, fuerat inuitatus, iuberet pro sordidioribus indumentis vinctum manibus pedibusq́ in exteriores tenebras præcipitari?

¶Et hæc quidē sufficere debēt quæ ex auctoritate assumpsimus scripturarū ad refellenda ea quæ hæretici obtēdere solent. Non tamen indecens videbitur, si etiam ex ratione ipsius consequentiæ paucis agamus cum eis.

A ¶Interrogamus ergo eos si norunt quę ratio apud homines virtutis ac malitiæ habeatur: & si videtur consequens esse, vt virtutes dicamus in deo, vel (vt ipsis videt) in duob⁹ istis diis. Respondeant hi quoq́ si videtur eis esse aliqua, quod puto sine dubio fatebūtur, quid etiam dicent de iustitia. Nunq̄ profecto vt mihi videtur, ita desipient, vt iustitiam negent esse virtutem: Ergo si bonum virtus, & iustitia virtus est. Si vero dixerint nō esse bonum iustitiam, superest vt aut malum sit, aut indifferens. Et quidem dicentibus malum esse iustitiam, respondere ineptum puto. Videbor enī vel insanis sermonibus, vel mente motis hominibus respondere. Malum enim quomodo videbitur id quod bonis bona retribuere potest, sicut etiam ipsi fatentur? Si vero indifferens dixerint, consequens est vt cum iustitia indifferens sit: & sobrietas & prudentia, & omnes reliquæ virtutes indifferentes habeantur. Et quid respondebimus Paulo dicenti: Si qua virtus, siqua laus, hęc cogitate q̄ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me?

¶Discant ergo perscrutantes scripturas diuinas, quæ sunt singulæ virtutes: & non surripiant in hoc quod dicunt, qa eis deus qui vnicuiq́ secundum meritum retribuit malis mala, & non pro eo q̄ austerioribus curari indigent medicamentis hi qui deliquerūt: & post ea his adhibet ea quæ emendationis prospectu ad præsens videntur sensum doloris inferre. Non legunt quid scriptum sit de spe illorū qui in diluuio perempti sunt, de qua Petrus ipse in prima epistola sua ita ait, q̄ Christus mortuus quidem carne, viuificatur autem spiritu: in quo pergens prædicauit his spiritibus qui in carcere tenebantur, qui incredulí fuerant aliquando cum expectarent Dei patientiam in diebus Noe cū fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam: q̄ & vos simili forma nunc baptisma saluos facit.

¶De Sodoma autem & Gomorra dicant nobis si credunt creatoris dei esse pheticas voces, eius scilicet qui refertur sup eos ignis & sulphuris imbrem pluisse: quid dicit de ipsis Ezechiel Propheta? Restituetur (inquit) Sodoma in antiquum. Quid autem affligens eos qui pœna digni sunt, non pro bono affligit? qui etiā ad Chaldæam dicit: Habes carbones ignis, sede super eos, ipsi erūt tibi adiutorio. Sed & de his qui in deserto ceciderūt, audiāt quid in LXXVII. Psalmo q̄ Asaph superscribitur, referat: ait enī. Cum occideret eos tunc exquirebant eum. Nō dicit, q̄ aliis interfectis alii requirebant eum: sed ait q̄ eorum qui occidebantur talis erat interitus, vt mortificati requirerēt deum. Ex quibus omnibus constat vnū eundemq́ esse iustū & bonū legis & euangeliorum deum, & benefacere eum iustitia, & bonitate punire: quia nec bonū sine iusto, nec iustum sine bono, dignitatem diuinæ potest indicare naturæ.

¶Addemus adhuc etiā hoc versutiis eorum compellētibus nos. Si aliud iustum q̄ bonum, quoniam bono malum contrarium est, & iusto iniustum, sine dubio & iniustum aliud erit q̄ malum: & sicut iustus apud nos non est bonus, ita neq́ iniustus erit malus: & rursum, sicut bonus non est iustus, ita & malus nō erit iniustus. Quomodo autem non erit absurdū, vt deo quidē bono contrarius sit malus: deo autem iusto quem inferiorem bono dicimus, contrarius nemo sit? Non enim sicut Satanas est qui malus dicitur, ita est alius aliquis qui dicatur iniustus. Quid ergo est? Rescindamus ea quæ defendimus. Non enim poterunt dicere, q̄ malus non etiam iniustus sit, & iniustus malus. Q₃ si in istis cōtrariis indissociabiliter inhæret vel malo iniustitia, vel iniustitiæ malum, sine dubio & bonus indissociabilis erit iusto, & iustus bono: vt sicut vnam eandemq́ nequitiam malitiæ & iniustitiæ dicimus, ita bonitatis ac iustitiæ virtutem vnam eandem q̄ teneamus. B

¶Sed iterū ad scripturæ nos reuocant verba proferentes illam famosissimam quæstionem. C Aiūt nanq́. Scriptum est q̄ non potest arbor mala fructus bonos facere: ex fructu enim arbor cognoscitur. Quid ergo est aiunt? qualis arbor sit lex, ex fructibus suis, id est ex præceptorum sermonibus declaratur. Si enim bo-

na inueniatur lex, sine dubio & qui dedit eam bonus deus esse creditur. Si vero iusta magis q̃ bona, iustus etiã legislator putabitur deus.
¶Paulus Apostolus nulla circuitiõe vsus ait: Lex ergo bona est, & mandatũ sanctũ & iustũ & bonum. Ex quibus est manifestum, ꝙ Paulus non istorum literas didicerat, qui iustũ a bono separarent, sed ab eo deo fuerat instructus, & eius dei spiritu fuerat illuminat⁹, qui simul & sanctus, & bonus, & iustus est: per cuius ille spiritũ loquens, dicebat mãdatũ legis esse sanctũ, & iustum, & bonum. Et vt euidentius supra iustitiam & sanctitatem, bonitatem magis inesse ostenderet in mandato: repetito sermone pro his tribus solã protulit bonitatẽ dicens: Quod ergo bonum est mihi, mors est: absit. Sciens quippe bonitatem genus esse virtutum, iustitiam vero vel sanctitatem species generis, & ideo cũ in superioribus genus simul ac species nominasset, repetens sermonẽ ad solũ genus retorsit. Sed & in consequentibus, Peccatũ, inquit, per bonum mihi operatum est mortem. In quo id per genus conclusit, quod superius per species exposuerat.
D ¶Hoc modo nãq; intelligendum est etiam illud quod dictũ est: Bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus de malo profert malum. Genus namq; assumpsit etiam huic bono vel malo, ostendens sine dubio in bono homine esse & iustitiã, & sobrietatem, & prudentiam, & pietatem, & oẽ qđ dici bonum, vel intelligi potest. Similiter etiã & malum hominem dixit, qui sine dubio esset iniustus, & impurus, & impius, & omnia quę per partes hominem malum deformant. Sicut enim sine his nequitiis nemo aliquis malum hominem putat, nec esse malus potest: ita & sine illis virtutibus certum est ꝙ nemo putabitur esse bonus.
¶Superest eis adhuc etiã illud, qđ proprie sibi datũ scutum putant, qđ dixit dominus in euãgelio: Nemo bonus nisi vnus deus pater: dicentes hoc esse propriũ vocabulum patris Christi, qui tamen alius sit a creatore omniũ deo, cui creatori bonitas nullam dederit appellationem. Videamus ergo si in veteri testamẽto deus prophetarũ, & mundi creator, ac legislator nõ dicit bonus. Et quid est quod in psalmis dicit: Q̃ bonus Israel deus rectis corde! &, Dicat nũc Israel qm̃ bonus, qm̃ in seculum misericordia eius! Et in lamentationibus Hieremiæ scriptum est: Bonus dominus his qui sustinent eum, animæ quærenti eũ. Sicut ergo bonus in veteri testamẽto frequẽter dicitur deus: ita etiã iustus in euãgeliis appellatur domini Iesu Christi pater.
¶Deniq; in euangelio secundũ Ioannẽ, orans ipse dominus noster ad patrem dicit: Pater iuste, & mundus te non cognouit. Ne forte dicant, ꝙ etiam mundi creatorem pro assumptione carnis patrem vocabat, & ipsum iustũ nominabat, excludunt ab eo sermone q̃ui statim sequitur: ait enim, Et mundus te non cognouit. Secũdum ipsos enim solum deum bonum mundus ignorat. Nam conditorem suũ verissime recognoscit, domino ipso dicente, quia mundus quod suum est diligit. Aperte ergo ille quem putant bonum deum, iustus esse in euangeliis dicitur. Ex ocio sane licebat plura testimonia congregare, sicubi in nouo testamento pater domini nostri Iesu Christi iustus appellatur, etiam in veteri testamento cæli ac terræ creator bonus dicitur: vt pluribus testimoniis conuicti hæretici, aliquando forte erubescant.

De incarnatione Christi. CAPUT. VI.

TEMPUS est his decursis repetere nos de incarnatione domini, & saluatoris nostri quomodo vel quare homo fuerit factus. Pro viribus igitur nostris perexiguis considerata ex operum suorum magis q̃ ex nostri sensus contemplatione, diuina natura, intuitisq; nihilominus creaturis eius visibilibus, si de quoq; inuisibilibus contemplatis, quia nõ omnia vel oculis videre potest humana fragilitas, vel ratione complecti, pro eo ꝙ omnium rationabilium infirmius & fragilius animal nos homines sumus: præstantiora enim sunt illa quæ vel in cælo, vel super cælos habentur: Superest vt harum omnium creaturarũ & dei medium, id est mediatorem quæramus, quem Paulus Apostolus primogenitũ omnis creaturæ pronunciat. Videntes quoq; nos ea quæ de eius maiestate in scripturis sanctis referuntur, & intuẽtes ꝙ imago inuisibilis dei, & primogenitus omnis creaturæ dicatur, & ꝙ in ipso creata sunt omnia visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum facta sunt, & in ipso, & ipse est ante omnes, & omnia illi constant, qui est caput omnium, cum solus habeat caput Deum patrem. Scriptum est enim. Caput autem Christi Deus. Peruidentes etiam quod scriptum est, quomodo nemo nouit patrem nisi fili⁹, neq; quis nouit filium nisi pater. Quis enim potest nosse quæ sit sapientia, nisi qui genuit eam?

aut quis ad liquidũ quæ sit veritas nouit nisi veritatis pater? Quis certe vniuersam verbi sui naturam, atq; ipsius dei quæ ex deo est inuestigare potuit, nisi solus Deus apud quem erat verbũ? Pro certo habere debemus q hoc verbum, siue ratio dicenda est, hanc sapientiam, hãc veritatem nullus alius nisi pater nouit, de quo scriptũ est: Ne ipsum quidẽ mundum capere arbitror libros qui scriberentur: de gloria scilicet & maiestate filii dei. Impossibile nãq; est literis cõmittere ea quæ ad Saluatoris gloriam pertinent.

A ¶ His igitur trãsactis, ac talibus de natura filii dei consideratis, cum summa admiratione obstupescimus q eminẽs omnium ista natura exinaniẽs se de statu maiestatis suæ homo factus sit, & inter hoĩes conuersatus, sicut gratia labiis eius infusa testatur, & sicut testimoniũ ei reddit pater cælestis, & vt signis quoq; & pdigiis variis virtutibusq; ab eo gestis cõfirmatur. Qui etiam ante presentiã suam hãc quam ostendit in corpore, præcursores suos & nũcios aduẽtus sui misit prophetas. Post ascẽsionem vero suam in cælos, sanctos apostolos diuinitatis suæ virtute repletos homines vel ex publicanis, vel ex piscatorib[9] imperitos & indoctos circuire fecit orbem terrarum vt ex omni gente, atq; ex omnibus populis piorum plebem in se credentium congregarent.

¶ Verum ex omnibus de eo miraculis de magnificentiis illud penitus admirationẽ humanę mentis excedit, nec inuenit mortalis intelligẽtię fragilitas quomodo sentire vel intelligere possit, q tanta illa potentia diuinę maiestatis, ipsum illud verbum patris, atq; ipsa sapientia dei, in qua creata sunt omnia visibilia & inuisibilia, intra circũscriptionem eius hominis q apparuit in Iudæa, fuisse credẽda sit: sed & ingressa esse dei sapiẽtia vuluam fœminę, & nasci paruulus, & vagitũ emittere ad similitudinẽ plorantiũ paruulorum. Tum deinde q & in morte conturbatus refertur, vt ipse etiã profitetur dicens, Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ: & ad vltimũ q vsq; ad eam quę inter homines indignissima habebat̃ adductus est mortem, licet tertia die resurrexit.

¶ Cum ergo in eo quędam ita videamus humana vt nihil a cõmuni .i. mortalium fragilitate distare videantur, quædam ita diuina, vt nulli alii nisi illi primo & ineffabili in se conuenient deitati habere: humani intellectus angustia tantę admiratiõis stupore percussa quo declinet, & quo se conuertat ignorat. Si deum sentiat, mortalem videt: si hominem putet, de uicto mortis imperio cum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cũ omni metu & reuerentia contemplandũ est, vt in vno eodemq; ita vtriusq; naturæ veritas demonstretur, vt neq; aliquid indignum & indecens in diuina illa & ineffabili substãtia sentiatur, neq; rursum quæ gesta sunt falsis illusa imaginibus existimentur. Quæ quidem in aures humanas proferre, & sermonibus explicare, lõge vires vel meriti nostri, vel ingenii, ac sermonis excedit. Arbitror autem q etiam sanctorum Apostolorum supergrediatur mensurã: quinimmo etiam fortassis totius creaturæ cælestium virtutum eminentior est sacramenti istius explanatio. De quo nos non temeritate aliqua, sed quomodo ordo loci deposcit, ea magis quę fides nostra continet, q̃ humanæ rationis assertio vendicare solet, q̃ paucissimis pferemus, suspitiones potius nostras q̃ manifestas aliquas affirmationes in mediũ proferentes.

¶ Igitur vnigenitus dei per quem omnia facta sunt visibilia & inuisibilia (vt in superioribus sermo disputationis edocuit) secũdum scripturæ sentẽtiam & fecit omnia, & quæ fecit diligit. Nã cũ inuisibilis dei ipse sit imago inuisibilis, participationẽm sui vniuersis rationabilibus creaturis inuisibiliter præbuit, ita vt tantum ex eo vnusquisq; participii sumeret, quanto erga eum dilectionis inhæsisset affectu. Verum cum liberi arbitrii facultate varietas vnumquemq; ac diuersitas habuisset animorum, vt alius ardentiore, alius tenuiore & exiliore erga auctorem suum amore teneretur: illa anima de qua dixit Iesus, q nemo auferet a me animam meam, ab initio creaturæ & deinceps inseparabiliter ei atq; indissociabiliter inhærens, vtpote sapientiæ & verbo & veritati, ac luci veræ, & tota totum recipiẽs, atq; in eius lucem, splendoremq; ipsa cedens, facta est cum ipso principaliter vnus spiritus, sicut & Apostolus his qui eam imitari deberent promittit, q qui se iungit domino vnus spiritus est. B

¶ Hac ergo substantia animę inter deum carnemq; mediante: nõ eñ possibile erat dei naturã corpori sine mediatore misceri: nascitur (vt dixim[9]) de[9] homo, illa substãtia existẽte, cui vtiq; cõtra naturã non erat corpus assumere. Sed neq; rursus aĩa illa, vtpote substantia rationabilis, contra naturã habuit capere deũ, in quẽ vt superius diximus, vel uti in verbũ & sapientiã & veritatẽ tota iam cesserat. Vnde & merito pro eo vel q tota esset in filio dei, vel totũ in se caperet filiũ dei, etiam ipsa cũ ea quã assumpserat carne dei filius & Dei

Caute lege. Caute lege.

virtus Christus dei sapientia appellatur: & rursum dei filius per quem oīa creata sunt, Iesus Christus & filius hoīs nominatur. Nam & filius dei mortuus esse dicitur, pro ea s. natura quę mortem vtiq; recipere poterat: & fili⁹ hominis appellatur qui venturus in Dei patris gloria cum sanctis angelis prædicatur.

C ¶Et hac de causa per oēm scripturam tam diuina natura humanis vocabulis appellatur, q̄ humana natura diuinę nūcupationis insignibus decoratur. Magis eñ de hoc q̄ de vllo alio dici potest quod scriptū est, qa erūt ambo in carne vna, & iam nō sunt duo, sed caro vna. Magis eñ verbū dei cū aīa in carne vna esse, q̄ vir cū vxore, putandū est. Sed & vnus spiritus esse cū deo, cui magis cōuenit q̄ huic animę quę se ita deo per dilectionē iunxit, vt cū eo vnus spiritus merito dicatur? Qz autem dilectiōis perfectio, & meriti affectus synceritas, ei hāc inseparabilē cū deo fecerit vnitatē, ita vt nō fortuita fuerit, aut cū psonæ acceptionē animę eius assumptio, sed virtutū suarum ei merito delata: audi ad eū Prophetam dicētē: Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo lætitię prę participibus tuis. Dilectionis ergo merito vngitur oleo lętitię, i. anima Christi cum verbo dei vnū efficitur. Vngi nāq; oleo lætitiæ non aliud intelligitur q̄ spiritu sancto repleri. Quod autem præ participibus dixit, indicat q̄ non gratia spūs sicut pphetis ei data est, sed ipsius verbi dei in ea substantialis inerat plenitudo: sicut & Apostolus dixit, In quo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Deniq; propter hoc non solū dixit, Dilexisti iustitiā, sed addidit, Et odisti iniquitatē. Odisse eñ iniquitatē illi⁹ est: de quo scriptura dicit: Qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore ei⁹: & de quo dictū est, Tētatū per omnia pro similitudine absq; peccato. Sed ipse dñs dicit: Quis vestrū arguet me de peccato? Et iterū ipse dicit de se: Ecce venit princeps mundi huius, & in me nō inuenit quicq̄. Quæ omnia nullum in eo peccati sensum indicant extitisse.

D ¶Quod vt Propheta euidētius designaret: q̄ nunq̄ in eū iniqtatis sensus intrasset, ait. Priusq̄ sciret puer patrē aut matrem vocare, auertit se ab iniquitate. Quod si alicui difficile videbitur, p eo q̄ rationabilem animam esse in Christo supra ostēdimus, cū vtiq; animarum naturā boni maliq; capacē per oēs disputationes nostras frequenter ostēdimus: hoc modo rei huius explanabitur difficultas. Naturam quidem animæ illius hanc fuisse quæ est omnium animarum, nō potest dubitari: alioquin nec dici anima potuit, si vere nō fuit anima. Verum qm̄ boni maliq; eligendi facultas præsto est huic animę quæ Christi est, ita elegit diligere iustitiam vt pro immensitate dilectiōis ei incōuertibiliter inhęreret, ita vt propositi firmitas, & affectus immensitas, & dilectionis inextinguibilis calor, oēm sensūm cōuersionis atq; imutationis abscinderet, & qđ in arbitrio erat positū, longi vsus affectu iam versum sit in naturam: ita vt fuisse quidē in Christo humana & rationabilis anima credēda sit, & nullum sensum vel possibilitatem eā putandum est habuisse peccati. Ad pleniorem tamen rei explanationem non videtur absurdum si etiam similitudine aliqua vtamur, licet in re tam ardua tāq; difficili ne exemplis quidem vti commodis copia est. Tamen vt absq; aliquo pręiudicio dicamus, ferri metallum capax est frigoris & caloris.

¶Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, oībus suis poris, omnibusq; venis ignē recipiens, & tota ignis effecta, si neq; ignis ab ea cesset aliquando, neq; ipsa ab igne separetur: nunq̄ dicemus hanc quę natura quidem ferri massa est, in igne positā & indefinēter ardentē posse frigus aliquando recipere? quinimo (qđ verius est) magis eam sicut in fornacibus sæpe fieri oculis deprehendimus, totam ignem effectam dicim⁹, qm̄ nec aliud in ea nisi ignis cernitur: sed & si quis contigere atq; tractare tentauerit, nō ferri, sed ignis vim sentiet. Hoc ergo modo etiam illa anima quę quasi ferrum in igne, sic semper in verbo, semper in sapientia, semper in deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intelligit, deus est: & ideo nec conuertibilis & mutabilis dici potest, quę inconuertibilitatem ex verbi dei vnitate indesinenter ignita possedit. Ad omnes deniq; sanctos calor aliquis verbi dei putandus est peruenisse: in hac autem anima ipse ignis diuin⁹ substātialiter requieuisse credēdus est, ex quo ad cæteros calor aliquis venerit.

¶Deniq; quod dixit, qa vnxit te deus deus tuus oleo lætitię prę participibus tuis: ostendit q̄ aliter ista anima oleo lętitię, id est verbo dei vngitur, & aliter participes eius. i. sancti prophetę & apostoli. Illi eñ in odore vnguētorū eius cucurrisse dicuntur: ista autē aīa vasculum vnguēti ipsius fuit, ex cuius fragrātia participantes digni quiq;, prophetæ fiebant & Apostoli. Sicut ergo aliud est vnguēti substantia, aliud odor ei⁹, ita aliud est Christus, & aliud participes eius. Et sicut vas ipsum qđ substantiā cōtinet & vnguentū, nullo genere potest aliquid recipere foetoris: hi vero qui ex odore E

eius participãt, si se paulo longius a fragrantia eius remouerint, possibile est vt incidentẽ recipiant foetorẽ: ita Christus velut vas ipsum in quo erat vnguenti substantia, impossibile fuit vt contrarium reciperet odorem. Participes vero sui q̃ propinqui fuerint vasculo, tam odoris erunt participes & capaces.

¶Arbitror sane etiã Hieremiã pphetã intelligentẽ quę sit in eo natura dei sapientię, quæ etiã hęc quã pro salute mundi susceperat, dixisse: Spũs vultus nostri Christus dñs, cui diximus q in vmbra eius viuemus in gẽtibus. Pro eo enĩ q sicut vmbra corporis nostri inseparabilis est a corpe, & indeclinabiliter motus ac gestus corporis suscipit & gerit: puto eũ animæ Christi opus ac motũ qui ei insepa rabiliter inhærebat, & pro motu eius ac voluntate cuncta perpetrabat, ostẽdere volentem vmbrã Christi dñi hanc vocasse, in qua vmbra nos victuri sumus in gẽtibus. In huius nãq assumptionis sacramento gentes viuunt, quæ imitantes eam per fidem veniunt ad salutem.

¶Sed & Dauid dicẽs, Memor esto opprobrii mei dñe quo exprobrauerunt me in cõmutationẽ Christi tui: similia mihi videtur ostendere. Et Paulus quid aliud sentit cũ dicit: Vita nostra abscondita est cũ Christo in deo? Et quidẽ in alio loco dicit: An documentũ quæritis eius qui in me loquit Christus? Et nunc Christũ video dicit absconditũ. Cuius rei intellectus nisi talis aliquis iudiceẽ qualẽ p vmbrã Christi a propheta signatũ esse supradiximus: fortassis etiã hoc sensum humanę mẽtis excedit. Sed & q̃plurima alia in scripturis diuinis de vmbrę significãtia videmus inserta: vt illud in euãgelio secundũ Lucã, cum dicit Gabriel ad Mariam. Spiritus dñi superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et Apostolus de lege dicit, q similitudini & vmbrę deseruiunt cælestium hi qui carnalem habent circũcisionem. & alibi dicitur: Nonne vmbra est vita nostra super terram?

A ¶Si ergo & lex quę super terrã est, vmbra est, & vita omnis nostra quæ est super terrã vmbra est, & in vmbra Christi viuimus inter gẽtes: videndum est ne harũ omniũ veritas vmbrarũ vlla reuelatione noscatur, cum iam nõ per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem sancti quiq gloriam dei, & rerũ causas, ac veritatem speculari merebuntur. Cuius veritatis accepto iam pignore per spiritũ sanctum, dicebat Apostolus: Etiã si cognouimus Christum secundũ carnem aliquando, sed nũc iam non nouimus. Hæc interim nobis ad præsens de rebus tam difficilibus disputantibus .i. de incarnatione, & de deitate Christi, occurrere potuerunt. Si quis sane melius poterit inuenire, & euidentioribus de scripturis sanctis assertionibus confirmare quæ dicit: illa potius q̃ hæc recipiantur.

De Sancto Spiritu. CAPVT. VII.

B QVIA ERGO post primas illas disertiones quas de patre & filio, & spiritu sancto in initiis secundum q res poposcerat exposuim⁹: visum est rursum repetere nos debere, & ostendere q deus idem esset creator & conditor mundi, & pater domini nostri Iesu Christi .i. legis & prophetarum, atq euangeliorum vnus atq idem deus: tũ deinde etiam de Christo, q is qui verbum & sapientia dei superius fuerat ostẽsus, etiam qualiter homo factus est in consequentibus debuit demonstrari: superest vt etiã de Spiritu Sancto q̃ possumus breuiter repetamus.

¶Tempus est ergo nũc de spiritu sancto nos pro viribus pauca disserere, quem dñs & saluator noster in euangelio secundũ Ioannem paracletũ nominauit. Sicut enĩ idem ipse de⁹, atq idem ipse Christus: ita idem spiritus sanctus est qui in prophetis, & in apostolis fuit .i. siue in illis qui ante aduentũ Christi deo crediderũt, siue in his qui per Christũ confugerunt ad deũ. Et duos quidem deos ausos esse hæreticos dicere, & duos Christos audiuim⁹: duos autem spiritus sanctos nunq̃ cognouimus ab aliquo prædicari. Quomodo enĩ hoc de scripturis poterunt affirmare, aut quã differẽtiã dare poterũt inter spiritũ sanctũ, & spiritũ sanctum? si tamen definitio aliqua, aut descriptio inueniri potest spiritus sancti.

¶Nam vt concedamus Marcioni, vel Valẽtino posse differẽtias deitatis inducere, & aliam boni naturã, aliam vero mali describere: quid excogitabit, atq quid inueniet, vt differentiã spiritus sancti introducat? Nihil ergo illos posse ad indicium qualiscũq differentiæ arbitror inuenire. Nos existimamus q participationem eius similiter vt sapientię dei, & verbi dei absq vlla differẽtia creatura rationabilis oĩs affirmat. Video tñ q pręcipuus sancti spiritus aduẽtus ad hoĩes post ascensionẽ Christi in cælos magis q̃ ante aduentũ eius declaratur. Antea nanq solis Prophetis & paucis (si qui forte in populo meruissent) donũ spiritus sancti præbebatur. Post aduentum vero Saluatoris scriptum est adimpletũ esse illud,

quod dictum est in Propheta Iohele, q̄a erit in nouissimis diebꝰ, & effundā de spū meo sup omnē carnē, & prophetabunt. Quod vtiq̄ tale est sicut illud quod ait: Oēs gētes seruiēt ei. Per gratiam ergo spiritus sancti cū reliquis q̄plurimis etiā illud magnificētissimū demonstrat, ꝙ ea q̄ in prophetis scripta sunt, vel in lege Moysi, pauci tūc sidem ipsi prophetæ & vix sicubi vnus ex omni populo superare poterat intellectū corporeum, & maius aliquid id est spiritale quid, poterat intelligere in lege & pphetis. Nūc autē innumerę sunt multitudines credentiū, qui licet nō oēs possunt per ordinē neq̄ ad liquidū spiritalis intelligētię explicare consequētiam: tn̄ oēs persuasum habēt, ꝙ neq̄ circūcisio corporaliter intelligi debeat, neq̄ ocium sabbati, vel sanguinis effusio pecoris, neq̄ ꝙ de his Moysi responsa darētur a deo. Qui vtiq̄ sensus dubiū nō est q̄n Spiritus Sācti virtute omnibꝰ suggerat.

¶ Sicut autē multi sunt intellectꝰ de Christo, qui vtiq̄ q̄uis sapientia sit, nō tamen in oībus sapientię agit aut obtinet vim, nisi in his qui in ipso sapiētię studēt: neq̄ cū medicus dicatur, erga oēs quasi medicus agit, sed erga illos tantū q ægritudinis suæ intellecto lāguore cōfugiunt ad misericordiā eius, vt possint cōsequi sanitatem: ita arbitror etiam de spiritu sancto in quo omnis est natura donorum. Aliis nāq̄ præbetur per spiritū sermo sapientiæ, aliis sermo sciētiæ, aliis fides: & ita p singulos qui eum capere possunt hoc efficitur, vel hoc intelligitur ipse spiritus, quo indiget ille qui eum participare meruerit.

¶ Quas diuisiones ac differētias nō aduertentes ii qui eum Paracletū in euangelio audiūt nominari, neq̄ considerātes ex quo opere vel actu paracletus nominet: vilibꝰ cū nescio quibus spiritibꝰ cōpararūt, & per hoc cōturbare conati sunt ecclesias Christi, ita vt dissensiones fratribꝰ nō modicas generarēt. Euāgeliū vero tantę eū potētiæ ac maiestatis ostendit, vt dicat Apostolos nō posse capere adhuc ea quę volebat docere eos saluator, nisi cū aduenirет spiritus sanctus, q se eorū animabus infundēs illuminare eos possit de ratione ac fide trinitatis. Isti vero pro imperitia sui intellectus, quia non solum ipsi qd rectū est consequēter nō valēt exponere, sed ne his quidem quæ a nobis dicūtur possunt audiētiā cōmodare: minora q̄ dignum est de eius diuinitate sentiētes erroribꝰ se ac deceptionibꝰ tradiderūt, erratico magis spiritu deprauati, q̄ sancti spiritus institutionibꝰ eruditi: secundū ꝙ Apostolus dixit: Doctrinā spirituū dęmoniorū sequētes prohibētium nubere ad interitū & ruinā multorū, & importune se abstinere a cibis, vt per ostentationē acrioris obseruantiæ seducant animas innocentum.

¶ Oportet ergo nos scire ꝙ Paracletus est spiritus sanctus docens maiora q̄ voce fieri possunt, & vt ita dixerim, quę ineffabilia sunt, & C
quæ nō licet hominibus loqui. i. quæ indicari humano sermone non possunt. Quod aūt ait nō licet, pro eo qđ non potest dictū sentimus ab Apostolo, sicut & alibi ait: Omnia mihi licēt, sed nō oīa expediūt: omnia mihi licēt, sed nō oīa ædificāt. Ea eñ quorū potestas nobis est propter qđ habere ea possimus, licere nobis dicit. Paracletꝰ vero ꝙ dicit spūs sanctus, a cōsolatione dicit. Paraclesis eñ, latine cōsolatio appellatur. Si quis nāq̄ de spiritu sancto participare meruerit, cognitis ineffabilibꝰ sacramētis cōsolationē sine dubio & lętitiā cordis assumit. Cum eñ rationes oīm quæ fiunt quare vel qualiter fiāt spiritu īdicāte cognouerit, in nullo vtiq̄ cōturbari eiꝰ aïa poterit, aut vllū sensum timoris accipere: nec ī aliquo terret, cū verbo dei & sapiētię eius inhærens dn̄m Iesum dicit in spiritu. Verū qm̄ Paracleti fecimus mētionē, & pro viribꝰ nostris qualiter de eo sentiri debeat exposuimꝰ: dicit autē etiā Saluator noster paracletus in epistola Ioannis cū dicit: Si quis nostrū peccauerit, paracletū habemus apud patrē nostrum, Iesum Christū, & ipse est ppitiatio pro peccatis nostris: cōsideremꝰ ne forte aliud significet hæc appellatio paracleti de saluatore, aliud de spiritu sancto. Videtur enim de Saluatore paracletus dici deprecator. Vtrūq̄ eñ significat in gręco Paracletus, & deprecatorem, & consolatorem. Propter eum ergo qui subsequitur sermonem, quo ait, Et ipse est repropitiatio pro peccatis nostris: magis in Saluatore nomen paracleti pro deprecatore intelligēdum videt. Deprecat eñ patrē p peccatis nostris. De spiritu sancto paracletus debet ītelligi p eo ꝙ consolationē pręstat aïabus, q̄bus aperit & reuelat sensum scientiæ spiritalis.

De Anima. CAPVT. VIII.

POST hoc iā ordo deposcit D
nos etiam de aïa generaliter inquirere, & ab inferioribus incipientes ad superiora cōscendere. Esse nāq̄ animas in singulis quibusq̄ aïalibꝰ etiā in his q̄ in aquis degūt, a nullo arbitror dubitari. Nā & cōis olm hoc seruat opinio, & cōfirmatio sācte scripturę auctoritatis accedit, cū dicit ꝙ fecit deꝰ cetos magnos, & oēm aïam

animãtiũ repentiũ quę produxerũt aquæ secũdum genus suũ. Ex cõmuni vero rationis intelligentia confirmatur etiam ab his qui diffinitionem animæ certis determinant verbis. Definitur nanq; hoc modo, ꝙ sit substantia phantastica & hormetica: qđ latine licet non tã ꝓprie explanetur, dici tamen potest sensibilis & mobilis. Quod vtiq; conuenit etiam de oĩbus animalibus dici, & in his quæ in aquis degunt: sed & in volucribus eadem desinitio animæ conuenienter ostenditur.

¶Addidit sane scriptura etiam alterius sentẽtiæ auctoritatem cũ dicit: Non manducabitis sanguinem, quia anima totius carnis sanguis eius est: & nõ mãducabitis animã cum carnibus. In quo euidẽtissime sanguinem omnium animalium animam eorum esse designat. Iam vero si quis requirat, quomodo animã oĩs carnis sanguinem eius esse dixit de apibus, vespis, & formicis, & de his quę in aquis sunt ostreis & cochleis, & quæcũq; sunt talia quæ carent sanguine, & esse animantia manifestissime demonstrantur: Respondendum est ꝙ huiuscemodi animantibus quam in cæteris vim habet rubri sanguinis vigor, hanc vim obtinet ĩ istis humor iste qui inest in eis, licet alterius sit coloris: nihil enim refert qui sit color, dũmodo substantia sit vitalis. De iumentis vero, vel pecudibus, ꝙ animantia sint etiã apđ cõmunẽ opinionem nulla dubitatio est. Euidens tñ est & diuinę scripturæ sententia cũ dicit de⁹: Producat terra animã viuã secũdũ genus. Iã vero de homine ꝗuis nulli dubium sit, nec requirere aliquis possit: tamen & scriptura diuina designat ꝙ Deus in faciẽ ei⁹ inspirauerit spiramẽtum vitę, & factus est homo in animam viuentem.

A ¶Superest de angelico ordine requirere, vtrũ & ipsi animas habeant, an animæ sint, vel de cæteris diuinis cælestibusq; virtutibus, sed & de cõtrariis potestatibus. Auctoritatẽ quidem diuinæ scripturæ vsq̃ nullã inuenimus ꝙ vel angeli, vel si qui sunt diuini spiritus ministri dei, vel animas habere, vel animæ dicant̃: animantia tamen esse a ꝗplurimis sentiũtur. De deo autem inuenimus scriptum ita. Et ponã animã meã super animã illam quæ manducauerit sanguinem, & eradicabo eam de populo suo. & item alibi. Neomenias vestras, & Sabbata, & diem magnũ acceptum non habeo. Ieiunia, & ferias, & dies festos vestros odit anima mea. Et in.xxi. Psalmo de Christo (Certũ est eñi, ꝙ ex persona ipsius iste Psalmus ascribitur, sicut euãgeliũ contestatur) ita dictũ est. Tu autẽ domine ne longe facias auxiliũ tuũ, ad defensionẽ meã respice: Erue a framea de⁹ animam meã, & de manu canis vnicam meã.

¶Quis & multa alia sint testimonia de anima Christi in carne positi: sed & de Christi q̃dem anima omnem nobis adimet quæstionẽ ratio incarnationis occurrens: Sicut enim vere carnem habuit, ita vere & animam habuit. De eo vero ꝙ dei anima in scripturis nominatur, qualiter intelligi debeat, & sentire, & proferre difficile est: semel enim simplicem illam naturam, & absq; vllius adiectionis permixtione proffremur: Tamen quoquo modo sentiendum est, nominari interim dei anima videtur: de Christo vero nõ dubitat̃. Et ideo non videbit̃ absurdũ etiam de sanctis angelis cæterisq; cælestibus virtutibus tale aliquid vel dicere, vel sentire. Siquidem desinitio illa animę etiam in ipsos videtur incurrere. Quis enim rationabiliter sensibiles eos esse, vel mobiles poterit denegare? Qꝫ si recta ista videtur esse definitio, ꝙ substantia rationabiliter sensibilis & mobilis anima dicatur: videtur hæc definitio etiam ad angelos pertinere. Quid eñi aliud in illis q̃ sensus rationabilis commotus est? Quorum autem vna definitiõis ratio est, horum sine dubio eadem substantia est. Paulus sane esse quẽdam animalẽ hominem significat, quẽ negat ea quæ sunt spiritus dei posse recipere: sed stultam dicit ei videri spiritus sancti doctrinã, nec posse eũ intelligere quod spiritaliter discernatur. Sed & alio loco ait seminari corpus animale, & surgere corpus spiritale: ostendens in resurrectione iustorum nil animale futurũ. Et ideo requirimus ne forte substantia aliqua sit quę secũdũ hoc ꝙ anima est, imperfecta sit. Verũ vtrum ꝓpterea imperfecta sit ꝙ a perfectione decidit, an talis a deo facta sit, cum per ordinem singula discuti cœperint, requirem⁹. Si enim animalis homo nõ recipit quæ sunt spiritus dei: & pro eo ꝙ animalis est, melioris naturę.s.diuinæ, intelligẽtiã recipere non potest: hac fortassis de causa euidẽtius nos Paulus docere volens qđ sit qđ per ea quæ sunt spiritus, id est spiritalia, intelligere possumus: mentem magis q̃ animã spiritui sancto coniungit, & sociat. Hoc enim eũ puto ostẽdere cum dicit: Orabo spiritu & mẽte, psalmũ dicã spiritu, psalmũ dicã & mente. Et non dicit ꝙ Anima orabo, sed spiritu & mente: & non dicit, anima psallam, sed spiritu psallam & mente.

¶Sed fortasse requiritur; si mens est quæ cum spiritu orat, & psallit, & ipsa est quæ & perfectionẽ percipit, & salutem: quomodo dicit Petrus: Percipiẽtes finẽ fidei nostrę salutem ani- B

caute lege

marũ nostrarũ. Si anima cum spiritu nec orat
nec psallit, quomodo sperabit salutem? An si
cũ ad beatitudinem venerit, iã anima non di-
cetur? Sed videamus ne forte potest hoc mo-
do respõderi: ꝙ Saluator venit saluare quod
perierat: & iã cũ saluatur nõ est perditum qđ
prius perditũ dicebatur. Ita fortassis etiã hoc
qđ saluatur anima dicitur: cũ autẽ iam salua
facta fuerit, ex perfectioris partis suę vocabu
lo iam nũcupatur. Sed & illud adiici posse vi
detur quibusdam: ꝙ sicut hoc quod perditũ
erat, sine dubio anteq̃ periret cũ aliud nescio
quid erat q̃ perditũ, succurrerit vtiq; cũ iam
non est perditum: ita etiam anima quę perisse
dicit, videbitur fuisse quid aliquando cũ non
dum perisset, & propter hoc anima dicetur: q̃
rursum ex perditione liberata potest iterum il
lud esse qđ fuit anteq̃ periret, & aĩa diceret.

¶Sed & ex ipsa nominis animę significatione
quã in gręco indicat, visum est & nõnullis re
quirentibus curiosius posse viro mediocrem
suggeri intellectũ. Nam sermo diuinus deum
ignem esse dixit cum ait: Deus noster ignis est
cõsumens. Sed & de angelorum substantia ita
ait: Qui facit angelos suos spiritus, & mini-
stros suos ignem vrentem: & alibi, Apparuit
angelus domini in flamma ignis in rubo. In-
super etiam mandatum accepimus vt simus
spiritu feruẽtes: per quod sine dubio igneum
ostenditur & calidum dei verbum. Sed & Hie
remias propheta audit ab eo qui sibi respõsa
dabat: Ecce dedi verba mea in os tuũ ignem.
Sicut ergo deus ignis est, & angeli flamma
ignis, & sancti quiq; spiritu feruent: econtra-
rio hi qui ceciderunt a dilectione dei, sine du
bio refrixisse in charitate, ac frigidi facti di-
cendi sunt. Ait enim & dominus, q̃a propter
ea ꝙ multiplicata est iniquitas, refrigescet cha-
ritas multorum.

C ¶Sed & omnia quęcunq; sunt quę aduersę po-
testati in scripturis sanctis comparantur, frigi
da semper inueniẽs diabolus dicitur: quo quid
frigidius inuenitur? Sed ei magis regnare di-
cit draco. Serpentẽ nanq;, & draconẽ, qđ vtiq;
ad aliquem de malignis spiritibus retorque-
tur, & in mari propheta esse designat. Et alibi
dicit Propheta: Inducã gladiũ sanctum super
draconem fugiẽtem, super draconẽ serpentem
peruersum, & interficiet eũ. & iterũ ait: Etiam
si absconderint ab oculis meis, & descenderint
in profundum maris: ibi mãdabo draconi &
mordebit eos. Sed & in Iob ipse rex eẽ omniũ
quę in aquis sunt dicitur. A borea vero accen
di mala super omnes qui habitant terrã, Pro
pheta denũciat. Boreas autem ventus in scri-
pturis sanctis frigidus designatur: sicut scri-
ptũ est in Sapientia: Frigidus ventus Boreas.
Quod & ipsum sine dubio sentiendum est de
diabolo. Si ergo ea quæ sancta sunt, & ignis,
& lumen, & feruẽtia nominantur: quæ autem
contraria, frigida: & charitas peccato dicitur
frigescere: requirendum est ne forte & nomen
aĩę qđ gręce dicit ψυχή Psyche, a frigescendo
de statu diuiniore ac meliore dictum sit, &
translatum inde ꝙ ex calore illo naturali &
diuino refrixisse videatur: & ideo in hoc quo
nũc est & statu, & vocabulo sita sit. Deniq; p
prie laudabiliter animam poni in scripturis
sanctis require si facile inuenias. Culpabiliter
autem frequenter occurrit, vt Anima male p
dat eum qui possidet eam: & Anima quæ pec
cat ipsa morietur. Postea eñ q̃ dictũ est: Oẽs
animæ meæ sunt: sicut anima patris, ita ani-
ma filii mea est: vtiq; consequẽs videbatur vt
diceret, Anima quæ agit iustitiam ipsa salua-
bitur: & anima quæ peccat ipsa morietur. Sed D
nunc videmus quoniam quod culpabile qui-
dem est adiunxit ad animam: quod autem lau
de dignum erat, reticuit. Videndum ergo est
ne forte sicut diximus ex ipso nomine declara
ri, ab eo ꝙ refrixerit a feruore iustorũ & diui
ni ignis, ψυχή Psyche, aĩa appellata sit. Nec
tamen amisit facultatem restituendi se in illũ
statum feruoris, in quo ex initio fuit. Vnde
& Propheta tale aliquid videtur ostendere cũ
dicit: Reuertere anima mea in requiem tuã.
Ex quibus omnibus illud videtur ostendi, ꝙ caute lege.
mens de statu suo ac dignitate declinans, effe
cta vel nuncupata est anima: quæ si reparata
fuerit, & correcta, redit in hoc vt sit mẽs. Qđ
si ita est, decessus ipse mentis ac deuolutio vi-
detur mihi ꝙ non æqualis omnium sentien-
dus sit: sed vel plus, vel minus in animam ver
ti, & aliquas quidem mentes seruare aliquid
etiam prioris vigoris: aliquas vero aut nihil,
aut exiguum aliquid. Vnde inueniuntur qui
dam statim ab ineunte ætate ardentioris acu-
minis, alii vero tardioris, nonnulli autem ob-
tusissimi, & penitus indociles nasci. Veruntamen quod diximus, mentem in animam verti
vel siqua alia in hoc videntur aspicere, discu-
tiat apud se qui legit diligẽtius, & pertractet:
a nobis tamen non putentur velut dogmata
esse prolata, sed tractandi more ac requirendi
esse discussa.

¶Addat autem & qui hoc legit ad tractatũ,
quod etiam de Saluatoris anima ex his qui-
dem quæ in Euangelio scripta sunt, obserua-
tur, ꝙ alia sunt quæ ei sub animæ nomine
ascribuntur, & alia quæ sub spiritus nomine

deputantur. Nam cum passionem aliquam,
vel perturbationem sui vult indicare, sub ani-
mæ nomine indicat: vt cum dicit: Nunc ani-
ma mea turbata est. & Tristis est anima mea
vsq; ad mortem. Sed ego pono eam abs me.
In manus autem patris commendat non ani-
mam sed spiritum: & cum carnem dicat infir
mam, non animam promptam dicit, sed spiri
tum. Vnde videtur quasi medium quoddam
esse anima iter carnem infirmam, & spiritum
promptum.

A ¶Sed fortassis occurrat nobis aliquis ex his,
de quibus ipsi in nostris propositionibus ad-
monuimus, & dicat: Quomodo ergo etiam
dei anima dicitur? Cui respondebimus hoc
modo: quia sicut omnia quę de deo dicuntur,
id est vel digiti, vel manus, vel brachia, vel
oculi, vel pes, vel os, dicimus non hæc huma-
na membra, sed virtutes eius quasdam in his
corporeorum membrorum appellationibus
indicari: ita & esse aliud putandum est q̃ qđ
appellatione hac quę anima dei dicitur, indi-
catur. Et si fas est audere nos in tali re ampli- (caute lege.)
us aliquid dicere, potest fortasse anima dei
intelligi vnigenitus filius eius. Sicut enim ani
ma per omne corpus inserta mouet omnia,
& agitat quæ operatur vniuersa: ita & vni-
genitus filius dei, qui & verbum, & sapientia
eius, pertingit & peruenit ad omnem virtu-
tem dei, & insertus est ei. Et fortassis ad hu9
sacramenti iudicium corpus in scripturis vel
dicitur deus, vel describitur. Considerandum
sane est ne forte potest etiam per hoc anima
dei intelligi vnigenitus eius: quoniam venit
& ipse in locum hunc afflictionis, & in con-
uallem fletus descendit, & in locum humilia-
tionis nostrę: sicut dicit in Psalmo, Quoniam
humiliasti nos in loco afflictionis.

¶Deniq; scio quosdam exponẽtes illud quod
in Euangelio de Saluatore dictum est: Tristis
est anima mea vsq; ad mortem: interpreta-
tos esse de Apostolis, quos velut meliores a
reliquo corpore animam suam dixerit. Nam
quia multitudo credentium corpus illius di-
citur: Apostolos velut reliquo corpore melio
res animam intelligi debere dixerunt. Hæc
prout potuimus de rationabili anima discu-
tienda magis a legentibus q̃ statuta ac defini-
ta protulimus.

B ¶De animabus vero pecudum, cæterorumq;
mutorũ sufficiant illa quæ absolute superius
diximus de mũdo & motibus rationabilium
creaturarum, vel bonarum: vel malarum, &
de causis earum: sed nunc ad propositæ dispu
tationis ordinem reuertamur, & intueamur

creaturæ initium, quodcunq; illud initium
creãtis dei mens potuerit intueri. In illo ergo
putandum est tantum numerum rationabi-
lium creaturarũ, vel intellectualium, vel quo
modolibet appellandę sunt quas superius di-
ximus, fecisse deum, quantum sufficere posse,
prospexit. Certum est quippe ꝙ præfinito ali-
quo apud se numero, eas fecit: non enim (vt
quidam volunt) finem putandum est non ha
bere creaturas: q̃a vbi finis non est, nec com-
prehensio vlla, nec circunscriptio esse potest.
Quod si fuerit, vtiq; nec contineri, vel dispen
sari a deo quę facta sunt poterunt. Naturali-
ter nempe si quicq̃ infinitũ fuerit, & incõpre-
hensibile erit. Porro autem sicut scriptura di
cit, in numero & mensura vniuersa condi-
dit deus. Et idcirco numerus quidem recte
aptabitur rationabilibus creaturis, vel men-
tibus, vt tantæ sint quantæ a prouidentia dei
dispensari, regi, & contineri possint. Mensura
vero materiæ corporali conuenienter aptabi
tur: quã vtiq; tantam a deo esse creatam cre-
dendum est, quantã sibi sciret ad ornamẽtum
mundi posse sufficere. Hæc ergo sunt quæ in
initio, id est ante oĩa a deo creata esse existi
mandum est. Quod quidem etiam in illo ini-
tio quod Moyses latentius introduxit, indica
ri putamus cum dicit: In principio fecit deus
cælum & terram. Certum est enim ꝙ non de
firmamẽto, neq; arida, sed de illo cælo ac ter-
ra dicatur, quorum cælum hoc & terra quã
videmus vocabula postea mutuata sunt. Ve-
rum quoniam rationabiles istæ naturæ quas
in initio factas supra diximus, factę sunt cum
ante non essent: hoc ipso quia non erant, &
esse cœperunt, necessario conuertibiles sub-
stiterunt: quoniam quæcunq; inerat substan-
tiæ earum virtus, non naturaliter inerat, sed
beneficio cõditoris effecta. Qđ ergo sunt, non
est proprium, nec sempiternum, sed a deo da-
tum. Nõ eñ semper fuerũt: & omne quod da
tum est, etiam auferri, & recedere potest. Re
cedẽdi autẽ causa in eo erit, si nõ recte & pro
babiliter dirigitur motus animorũ. Volunta
rios enim & liberos motus a se conditis men
tibus creator indulsit, quo. s. bonum in eis pro
positum fieret, cum id volũtate propria ser-
uaretur: sed desidia & laboris tædium in ser-
uando bono, & auersio ac negligentia melio-
rum, initium dedit recedendi a bono. Rece-
dere autem a bono nõ aliud est q̃ effici in ma
lo. Certum namq; est malum esse, bono ca
rere. Ex quo accidit, vt in quanta mensura
quis deuolueretur a bono, in tantam men-
suram malitię deueniret. In quo vtiq; pro mo

tibus ſuis, vnaquæq; mens vel amplius bonũ
negligens, in contrarium boni quod ſine du-
bio malum eſt trahebatur. Ex quo videtur ſe-
mina quędam, & cauſas varietatis, ac diuerſi-
tatis ille omnium conditor accepiſſe: vt pro
diuerſitate mẽrium. i. rationabilium creatura
rum, quã diuerſitatem ex ea cauſa quam ſupe
rius diximus putandæ ſunt concepiſſe, variũ
ac diuerſum mundum crearet. Quod autem
variũ ac diuerſum dicimus, hoc eſt quod vo-
lumus indicare.

De Mundo. CAPVT. IX.

C MVNDVM nũc dicim⁹ omẽ
qđ eſt ſup cælos, & ĩ cęlis, vel
ſupra terram, vel in his quæ
inferi appellantur, vel quęcũ
q; vſq̃ prorſus loca ſunt, &
hi qui in ipſis degere nomi-
nantur. Totũ ergo hoc mundus vocatur. In
quo mũdo quędã dicũtur eſſe supercęleſtia, in
habitationibus beatioribus poſita, & corpori
bus cęleſtioribus, ac ſplendentioribus inclyta.
Et in his ipſis multę differentię oſtendũtur: ſi
cut (verbi cauſa) etiã Apoſtolus dicit: q; alia
ſit gloria ſolis, alia lunę, alia ſtellarũ: ſtella eñ
a ſtella differt in claritate. Quędam vero ter-
rena dicunt, & inter ipſa nõ parua eſt differẽ-
tia ſicut inter hoĩes: alii nãq; eorũ barbari, alii
Græci: & Barbarorũ quidã imanes & feri, alii
mitiores. Et quidã quidẽ legibus pbatiſſimis
vtũtur, alii viliorib⁹ vel aſperioribus, alii quo
q; inhumanis & ferinis magis moribus q̃ legi
bus vtũtur. Et qdã qdem ab initio natiuitatis
ſuę humiliantur, & ſubiecti ſunt, ac ſeruiliter
educãtur, vel ſub dominis, vel ſub principib⁹
poſiti, vel tyrãnis: alii vero liberi⁹ & rationa-
bilius educãtur: alii ſanis corporibus, nõnulli
ægris ſtatim a prima ętate: alii viſu, alii audi-
tu, & voce decepti, nõnulli ita nati, alii ſtatim
poſt natiuitatem huiuſcemodi ſenſib⁹ defrau
dari, vel certe iam adulta ætate tale aliqd paſ
ſi. Et quid refert euoluere me omnes, atq; enu
merare humanarũ clades miſeriarum, a qbus
alii liberi, alii inuoluti ſunt: cũ poſſit vnuſqſ-
q; etiam apud ſemetipſum conſiderare de his
ſingulis atq; perpendere?

Sunt & q̃dã inuiſibiles virtutes, qbus q̃ ſup
terrã ſunt, ſunt diſpẽſanda cõmiſſa: & nõ par
ua etiã in ipſis differẽtia credenda eſt: ſicut &
in hominib⁹ inuenit. Sane Apoſtolus Paulus
eſſe quędã & inferna deſignat, & in ipſis ſimili
modo ſine dubio varietatis cauſa requirenda
eſt. De mutis vero animalibus & volucribus,
atq; de his quę in aquis habitãt, requirere ſu-
perfluũ videtur: cũ hęc nõ principalia, ſed con
ſequẽtia accipi debere certum ſit. Quomodo
ergo omnia quæ facta ſunt, per Chriſtũ & in
Chriſto facta eſſe videtur? Sicut & Apoſtolus
Paulus manifeſtiſſime deſignat dicens: Quo-
niam in ipſo, & per ipſum creata ſunt omnia:
ſiue quæ in cælo ſunt, ſiue quę in terra, viſibi-
lia, & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue poteſtates,
ſiue principatus, ſiue dominationes: omnia
per ipſum, & in ipſo creata ſunt. Sed & in euã
gelio Ioannes nihilominus eadem oſtendit di
cens: Oĩa p ipſum facta ſunt, & ſine ipſo fa-
ctũ eſt nihil. Sed & ĩ Pſalmo ſcriptũ eſt: Quia
omnia in ſapiẽtia feciſti. Quia ergo Chriſtus
ſicut verbũ & ſapiẽtia eſt, ita etiã iuſtitia eſt:
conſequẽs ſine dubio erit, vt ea quę in verbo,
& ſapiẽtia facta ſunt, etiã ea iuſtitia quę eſt in
Chriſto facta eſſe dicant: q. ſ. in his quæ facta
ſunt nihil iniuſtũ, nihil fortuitũ videatur, ſed
oĩa ita eſſe vt ęquitatis ac iuſtitię regula ex
petit doceantur. Quomodo ergo tanta iſta re
rum varietas, tantaq; diuerſitas iuſtiſſima &
æquiſſima poſſit intelligi, certus ſum huma-
no ingenio vel ſermone explicari non poſſe:
niſi ipſum verbum ac ſapientiam, & iuſtitiam
qui eſt vnigenitus filius dei, proſtrati ac ſup-
plices deprecemur, qui per gratiam ſuam ſen
ſibus ſe noſtris infundens obſcura illuminare,
clauſa patefacere, panderęq; dignetur arcana:
ſi tamen inueniamur eam digne vel petere,
vel quærere, vel pulſare, vel vt petentes acci-
pere mereamur, vel quærentes inuenire, vel
pulſantibus iubeatur aperiri. Non ergo fræti
noſtro ingenio, ſed ipſius ſapientiæ auxilio q̃
fecit vniuerſa, & iuſtitiæ eius quã ineſſe crea-
turis omnibus credimus: interim etiam ſi aſſe
rere non valeamus, ipſius tamen confiſi miſe-
ricordia inquirere, perſcrutariq; tentabimus
quomodo iſta tanta varietas mundi, atq; di-
uerſitas omnium, iuſtitię ratione conſtare vi
deatur. Rationem autem dico duntaxat ge-
neralem. Nam ſpecialem ſingulorum, & quæ
rere rationem imperitiæ eſt, & reddere velle
dementis eſt.

D Dicentibus igitur nobis mundum iſtum in
hac varietate poſitum, qua ſupra expoſuim⁹
a deo factum: quem deum, & bonum, & iuſtũ
atq; æquiſſimum dicimus: obiicere hoc pluri
mi ſolent, & hi maxime qui ex ſchola Mar-
cionis, & Valentini, & Baſilidæ venientes aſ-
ſerunt diuerſas eſſe naturas animarum: quo-
modo iuſtitię dei conueniat mundum facien
tis, vt habitaculum aliis quidem in cælis præ-
beat: & non ſolum his habitaculum melius,
verũetiam gradũ aliquem celſiorem, ſpectacu

lũq; concedat:principatũ.aliis indulgeat,aliis
potestates,dominationes quoq; aliis tribuat,
aliis amplissimas sedes cęlestium tribunalium
præstet,& luceãt:aliis rutilantiã,& coruscent
fulgore sidereo:alia sit gloria solis, alia lunæ,
alia stellarũ:Stella a stella in gloria differat:&
vt simul ac breuiter totum dicam, si creatori
deo nec volũtas summi boniq; operis,nec pfi-
ciendi facultas deest: quid causæ existere po-
tuit, vt naturas rationabiles creans.i. quibus
vt essent ipse extitit causa,celsiores vt alios fa
ceret,alios secundo,aut tertio , & multis in-
feriores gradibus deterioresq; pcrearet?Tum
deinde obiiciũt etiã de his quę in terris sunt,
q alii nascendi sors felicior euenerit , vt quis
(verbi gratia)ex Abraham generet, & ex re-
promissione nascatur : alius quoq; ex Isaac &
Rebecca,quiq; adhuc in ventre positus sup-
plantat fratrẽ suũ,& anteq̃ nascatur diligi di
cit a deo. Vel quid hoc sit omnino, q in He-
bræis qs nascitur,apud quos eruditionẽ diui
næ legis inueniat:alius vero apud græcos, &
ipsos sapiẽtes,& nõ paruę eruditionis homi-
nes:iam vero alius apud Aethiopes , quibus
humanis carnibus vsus est:aut apud Scythas
apud quos parricidiũ quasi ex lege gerit: vel
apud Tauros,vbi hospites immolantur.
A ¶Aiunt ergo nobis:Si hęc tanta rerũ diuersi
tas,nascendiq; conditio tã varia, tãq; diuersa
in qua causa vtiq; facultas liberi arbitrii locũ
non habet:non enim quis ipse sibi eligit , vbi
vel apud quos,vel qua conditione nascatur.
Si ergo,inquiũt,hoc nõ facit naturæ diuersi-
tas,vt mala natura animæ ad gentem malam
destinetur,bona autẽ ad bonos:quid aliud su
perest,nisi vt fortuitu ista agi putentur,& ca-
su?Quod vtiq; si recipiatur,iam nec a deo fa-
ctus esse mundus,nec a prouidentia eius regi
credetur,& consequenter nec dei iudicium de
vniuscuiusq; gestis videbitur expectãdum. In
qua re quæ sit quidẽ ad liquidũ veritas rerũ,
illius est nosse solius qui scrutat omnia,etiam
alta dei.Nos vero quasi homines(ne hæreti-
corum insolentiam reticẽdo nutriamus)quæ
pro viribus nostris occurrere nobis possunt,
ad ea quæ obtenderunt hoc modo responde-
bimus.Bonũ esse,& iustum,& omnipotentem
deum creatorem vniuersorum,quibus valui-
mus ex diuinis scripturis assertionibus in su-
perioribus frequenter ostendimus . Hic cum
in principio crearet ea quę create voluit.i. ra-
tionabiles naturas,nullã habuit creandi cau-
sam præter seipsum.i.bonitatem suam . Quia
ergo eorũ quæ creanda erant ipse extitit cau
sa:in quo neq; varietas aliqua, neq; permuta-
tio,neq; impossibilitas inerat,ęquales creauit:
qppe cum nulla ei causa varietatis, ac diuersi
tatis existeret. Verũ quomõ rationabiles ipsæ
creaturę sicut frequẽter ostẽdimus, & in loco
suo nihilomin⁹ ostẽdemus , arbitrii facultate
donatę sunt:libertas vnũqdq; voluntatis suæ
vel ad pfectũ p imitationẽ dei puocauit , vel
ad defectũ p negligẽtiam traxit.Et hoc extitit
causa(sicut & antea iam diximus) diuersita-
tis inter rationabiles creaturas:nõ ex creato-
ris volũtate,vel iudicio originẽ trahẽs, sed p
prię libertatis arbitrio. Deus vero cui iã crea
turã suã p merito dispẽsare iustũ videbatur,
diuersitates mẽtiũ in vniusmũdi consonantiã
traxit,q velut vnã domũ in qua esse deberent
nõ solũ vasa aurea & argẽtea,sed & lignea,&
fictilia,& alia qdã ad honorẽ,alia aũt ad con-
tumeliã, vt ex istis diuersis vasis, vel animis,
vel mentibus ornaret . Et has causas (vt ego
arbitror)mundus iste suę diuersitatis accepit
dũ vnũquodq; p varietate motuũ suorũ, vel
animorum propositiq; dispensat.Qua ratione
neq; creator iniustus videbit, sed secũdũ pce-
dẽtes causas p merito vnicuiq; distribuit : ne
q; fortuita vniuscuiusq; nascẽdi vel felicitas,
vel infelicitas putabitur, vel qualiscunq; acci-
derit,illa conditione qua diuersi creatores, &
diuersę creaturę creduntur animatum.
¶Verum ne scriptura quidem sancta videtur B
mihi penitus arcanã hui⁹ tacuisse rationem:
sicut cum Apostolus Paulus de Iacob,& Esau
disputãs.Cũ eñ nõdũ nati fuissent, neq; egis-
sent aliqd boni,vel mali:vt ppositũ qđ secun
dũ electionẽ dei factũ est pmaneret,nõ ex ope-
rib⁹, sed ex eo q vocauit dictum est,qa maior
seruiet minori:sicut scriptũ est : Iacob dilexi,
Esau aũt odio habui.Et post sibi ipse respon-
det & dicit.Quid ergo dicemus? nũqd iniusti
tia est apđ deũ?Et vt occasionẽ pstaret inqui-
rẽdi de his,& pscrutãdi quõ hęc nõ extra ra-
tionẽ fiãt:respõdet sibi ipsi,& ait.Eadẽ namq;
vt mihi videtur quæ de Iacob & Esau quęstio
pponit,haberi etiã de cælestibus omnibus, &
terrestribus creaturis,& formis potest . Et si-
militer mihi videt sicut ibi ait: Cũ eñ nondũ
nati fuissent,neq; aliqd egissent boni vel ma-
li,vt secũdũ electionẽ ppositũ dei maneat: sic
vt putant quidam,sancta sunt illa quidem cæ
lestia : hæc autem terrestria , & inferna alia
non ex operibus(vt putant illi) sed ex eo qui
vocauit.Quid ergo dicemus si hæc ita sunt?
Ergo iniustitia est apud deum ? Absit . Igitur
sicut de Esau & Iacob diligentius perscrutatę
ris scripturis inuenitur quia non est iniusti-
tia apud deum,vt anteq̃ nascerentur,vel age

rent aliqd in vita hac,diceretur qa maior ser uiet minori:& vt inuenitur non esse iniusti ria,ꝙ & in ventre fratrem suum supplantauit Iacob,sed ex præcedentis videlicet vitæ meri ris digne eum electum esse sentiamus a deo, ita vt fratri præponi mereretur: ita etiam de cælestibus creaturis, si aduertamus ꝙ ista di uersitas non creaturæ principium,sed ex præ cedentibus causis pro meriti dignitate, diuer sum singulis a conditore ministerii parat offi cium:ex eo profecto ꝙ vnusquisꝙ vel mens a deo creatus est,vel rationabilis spiritus,ꝓ mo tibus mentis,& sensibus animorum vel plus, vel minus sibi meriti parauerit, vel amabilis deo,vel etiam odibilis extiterit. Eum tamen aliquis ex his qui melioribus meritis sunt ad exornandum mundi statum compar reliquis, & officium præbere inferioribus opinetur, quo per hoc & ipsi participes existant patien tiæ creatoris:secundum ꝙ Apostolus ipse di cit:Vanitati enim creatura subiecta est nō vo lens,sed propter eum qui subiecerit in spem.

C ¶Obseruantes igitur istam sententiam,quam Apostolus de natiuitate Esau, & Iacob expo nens dixit:Nūquid iniustitia est apud deum? Absit:etiam in omnibus creaturis rectum ar bitror hanc eandem debere sententiam custo diri:quoniam sicut superius diximus, iustitia debet creatoris in omnibus apparere. Quæ vt mihi videtur ita demum lucidius ostende tur:si causas diuersitatis vnusquisꝙ vel cæle stium,vel terrestrium, vel infernorum in se metipso præcedentes natiuitatem corpoream habere dicatur. Verbo enim dei & sapientia creata sunt vniuersa, & per ipsius ordinata sunt iustitiam. Per gratiam vero misericor diæ suæ omnibus prouidet, atꝙ omnes qui buscunꝙ curari possunt remediis hortatur, quia prouocat ad salutem.

¶Sicut ergo dubium non est in die iudicii fu turum ꝙ separentur boni a malis, & iusti ab iniustis,& singuli quiꝙ pro merito per ea lo ca quibus digni sunt distribuant iudicio dei: sicut deo volente in consequentibus ostende mus, tale aliquid opinor etiam iam factum. Omnia demum deus & semper iudicio agere ac dispensare credendus est. Illud quoꝙ quod Apostolus docet dicens:In domo magna non sunt tantūmodo vasa aurea, & argentea: sed & lignea, & fictilia: & alia quidem ad hono rem,alia autem ad contumeliam:& quod ad dit dicens: Quia si quis se expurgauerit erit vas sanctificatum domino vtile ad omē opus bonum:sine dubio illud ostendit,ꝙ oīs qui se expurgauerit in hac vita positus,ad omne bo num opus erit paratus in futuro:qui autē nō se purgauerit,secundū quantitatem immūdi tię suę,erit vas ad contumeliā,id est indignū. Ita ergo possibile est intelligi etiam antea fu isse vasa rationabilia & purgata, vel min⁹ pur gata.i.quę seipsa vel purgauerint, vel nō pur gauerint: & ex hoc vnumquodꝙ vas secun dum naturam puritatis, aut impuritatis suæ locum,vel regionem,vel conditionem nasceu di,vel explēdi aliqd in hoc mundo accepisse, ꝙ omnia deus vsꝙ ad numerum virtute sapiē tię suæ prouidens atꝙ dignoscens,moderami ne iudicii sui æquissima retributione vniuer sa disposuit:quaten⁹ vnicuiꝙ pro merito vel succurri,vel consuli deberet. In quo profecto omnis ratio æquitatis ostenditur, dū inæqua litas rerum retributionis seruat æquitatem. Quorum meritorū rationes per singulos quos ꝙ secundum veritatem ad liquidū solus ipse cum vnigenito verbo de sapientia sua & spiri tu sancto recognoscit.

De Resurrectione,& iudicio. CAPVT.X.

SED Quoniā nos sermo com- D mouit de iudicio futuro, & de retributione,ac suppliciis peccatorum,secundum ꝙ cō minantur sanctę scripturę & ecclesiastica prædicatio con tinet,eo ꝙ iudicii tempore ignis æternus, & tenebræ exteriores,& carcer, & caminus, & alia his similia peccatoribus præparata sint: videamus quid etiam de his sentire oporteat. Sed vt ad hoc competenti ordine veniatur, prius mihi videtur de resurrectiōe sermo mo uendus,vt sciamus quid est illud quod vel ad supplicium,vel requiem,vel ad beatitudinem veniet: de quo in aliis quidem libris quos de resurrectione scripsimus, plenius disputaui mus,& quid nobis de hoc videretur ostendi mus.Sed & nunc propter consequentiam tra ctatus pauca inde repetere,non videtur absur dum:maxime propter hoc ꝙ offenduntur q dam in ecclesiastica fide,quasi velut stulte, & penitus insipiēter de resurrectione credam⁹, pręcipue heretici.Quib⁹ hoc modo arbitror respondendum. Si cōfitentur etiam ipsi ꝙ re surrectio sit mortuorum: respondeant nobis quid est qd mortuū est.Nōne corpus? Corpo ris ergo resurrectio fiet. Tum deinde si vten dum nobis putatur esse corporibus, an nous arbitror Apostolo Paulo dicente,Quia semi nat corpus animale,resurget corpus spirita

le:iſtos negare non poſſe ꝙ corpus reſurgat,
vel ꝙ in reſurrectione corporibus vtamur.
Quia ergo ſi certum eſt ꝙ corporibus nobis
vtendum ſit,& corpora quæ ceciderunt reſur
gere prædicantur:non enim proprie reſurge-
re dicitur niſi id quod ante ceciderit:nulli du
bium eſt idcirco ea reſurgere vt his iterum ex
reſurrectione induamur. Alterum ergo hæ-
ret ex altero. Nam etiam ſi reſurgant corpo-
ra, ſine dubio ad indumentum noſtri reſur-
gunt:& ſi neceſſe eſt nos eſſe in corporib9, nõ
in aliis ꝗ̃ in noſtris corporibus eſſe debemus.
Qꝫ ſi verũ eſt ꝙ reſurgunt,& ſpiritalia reſur-
gunt:dubiũ non eſt quin abiecta corruptione
& depoſita mortalitate reſurgere dicantur a
mortuis:alioquin vanũ videbit, & ſuperfluũ
reſurgere quẽꝗ̃ a mortuis,vt iterũ moriatur.
Quod ita demũ intelligi euidentius poteſt ſi
qui diligenter aduertant quę ſit animalis cor
poris qualitas,quæ in terram ſeminata ſpiri-
talis corporis reparet qualitatem. Ex animali
namq; corpore virtus reſurrectionis & gratia
ſpiritale corpus educit,cum id ab indignitate
tranſmutat ad gloriam. Quoniam ergo hæ-
retici eruditiſſimi ſibi videntur,& ſapientiſſi-
mi:interrogabimus eos,ſi omne corpus ſche-
ma aliquod habet,id eſt habitu deformetur.
Et ſi quidem dixerint etiam corpus quod nõ
aliquo habitu deformet:imperitiſſimi omniũ
atq; inſipientiſſimi videbuntur. Nullus enim
hoc negabit niſi ſit ab omni eruditione peni-
tus alienus. Si vero ſecundum id quod conſe-
quens eſt,dixerint ꝙ omne corpus certo ha-
bitu deformatur: requiremus ab eis ſi poſſunt
nobis ſpiritalis corporis habitum demonſtra
re,atq; deſcribere:quod vtiq; nullo modo fa-
cere poterunt.

A ¶Sed & differentias eorum qui reſurgunt in
quiremus ab eis:quomodo oſtenderẽt verum
eſſe illud quod dictum eſt: quia alia caro vo-
lucrum,alia piſcium: & corpora cæleſtia, &
corpora terreſtria: ſed alia quidem cæleſtium
gloria,alia vero terreſtrium:alia gloria ſolis,
alia lunæ, alia ſtellarum:ſtella a ſtella differt
in gloria,ita & reſurrectio mortuorum. Secũ
dum iſtam ergo conſequentiam cæleſtiũ cor-
porum, oſtendant nobis differentias eorum
qui reſurgunt: et ſi vllo genere conati fuerint
ſecundum cæleſtium corporum differentias
aliquam excogitare rationem: quæramus ab
eis vt etiam terrenorum corporum compara
tionum differentias aſſignent. Nos vero ita
intelligimus, ꝙ volens Apoſtolus deſcribe-
re quanta eſſet differentia eorum qui reſur-
gunt in gloria,id eſt ſanctorum:comparatio-
nem cæleſtium corporum ſumpſit dicẽs:Alia
gloria ſolis,alia gloria lunæ,alia gloria ſtella-
rum. Et iterum volens differentias eorũ oſtẽ-
dere qui in hac vita non expurgati ad reſur-
rectionem venient,id eſt peccatores:de terre-
renis ſumit exemplum,dicens, Alia corpora
volucrum,alia piſcium. Digne etenim ſanctis
cæleſtia,terrena peccatoribus comparantur.
¶Hæc quidem dicta ſint aduerſus eos qui re- B
ſurrectionem mortuorum.i.reſurrectionem
corporum negant. Nunc vero ſermonem cõ-
uertimus ad nonnullos noſtrorũ, qui vel pro
intellectus exiguitate,vel explanationis inopia
valde vilem & abiectum ſenſum de reſurrecti
one corporis introducunt. Quos interroga-
mus,quomodo intelligãt animale corpus gra
tia reſurrectionis immutandum, & ſpiritale
futurum: & quomodo quod in infirmitate ſe
minatur,reſurrecturum ſentiant in virtute:
quod in ignobilitate, quomodo reſurget in
gloria:& quod in corruptione, quomodo ad
incorruptionem transferatur. Quod vtiq; ſi
credunt Apoſtolo quia corpus in gloria &
virtute,& incorruptibilitate reſurgens ſpiri-
tale eſt effectum: abſurdum videtur & con-
tra ſenſum Apoſtoli dicere id rurſum carnis
& ſanguinis paſſionibus implicari, cum ma-
nifeſte dicat Apoſtolus: Quoniã caro & ſan-
guis regnum dei non poſſidebunt: neq; cor-
ruptio incorruptelam poſſidebit. Sed illud
quomodo accipiunt: Sed non omnes immu-
tabimur? Quæ immutatio ſecũdum illum or-
dinem quem ſuperius docuimus expectanda
eſt:in qua ſine dubio dignum aliquid ex diui-
na gratia ſperantes,non conuenit quod futu-
rum credimus hoc ordine quo nudum gra-
num frumenti aut alicuius cæterorum in ter
ra ſeminatum deſcribit Apoſtolus, cui deus
dat prout vult,cum primum granum ipſum
frumenti mortuum fuerit. Ita namq; etiã no-
ſtra corpora velut granum cadere in terram
putanda ſunt:quib9 inſita ratione ea quæ ſub
ſtantiam continet corporalem, ꝗ̃uis emortua
fuerint corpora,& corrupta,atq; diſperſa:ver
bo tamen dei ratio illa ipſa quæ ſemper in ſub
ſtantia corporis ſalua eſt, erigat ea de terra,
& reſtituat,ac reparet:ſicut ea virtus quæ eſt
in grano frumenti,poſt corruptionem eius &
mortem reparat ac reſtituit viuum corpus &
ſpicæ. Et ita his quidem qui regni cælorum
hæreditatem conſequi merebuntur, ratio il-
la reparandi corporis quam ſupra diximus,
dei iuſſu ex terreno, & animali corpore,cor-
pus reparat ſpiritale: quod habitare poſſit
in cælis. His vero qui inferioris meriti fue

rint,vel abiectiores,vel etiã vltimi, & abstru-
si,pro vniuscuiusq; vitæ,atq; animæ dignita-
te,etiam gloria corporis, & dignitas datur:
Ita tamen vt eorũ qui etiã ad ignem æternũ,
vel ad supplicia destinandi sunt, per ipsam re
surrectionis permutationẽ ita corpus incorru
ptum fit,vt resurgat,vt ne suppliciis quidem
corrumpi valeat,& dissolui.Si ergo ita se ha-
bet qualitas eius corporis quod resurget a
mortuis:videamus nunc quid sibi velit ignis
æterni comminatio.

De igne inferni,& pœnis eiusdem.
CAPVT.XI.

C INVENIMVS nãq; in Esaia
Propheta designari vniuscu
iusq; propriũ esse ignem quo
punitur:Ambulate in lumi-
ne ignis vestri, & flãma quã
Ca accendistis.Per quos sermo-
ue nes hoc videtur indicari,peccator vt flãmam
sibi ipse proprii ignis accendat,& non in aliquẽ
ignem q antea fuerat accẽsus ab alio, vel ante
ipsum substiterit, demergatur. Cuius ignis
materia atq; esca,nostra sunt peccata, quæ ab
Apostolo Paulo ligna,& fœnum,& stipula no
minantur.Et arbitror q sicut in corpore escæ
abundãtia,& qualitas,& quantitas cibi febres
generant,& febres diuersi modi,vel temporis
secundũ eã mensurã qua intẽperies collectam
materiã suggesserit,ac fomitẽ febriũ:quę ma-
terię qualitas ex diuersa intẽperie cõgregata
causa vel acerbioris morbi,vel prolixioris exi
stit:Ita anima cũ multitudinẽ malorũ operũ
& abundãtiam in se cõgregauerit peccatorũ:
cõpetenti tẽpore omnis illa malorum congre-
gatio efferuescit, atq; supplicium inflamma-
tur ad pœnas:cũ mens ipsa,vel consciẽtia per
diuinam virtutem omnia in memoriam reci-
piens,quorũ in semetipsa signa quædã & for-
mas cum peccaret expresserat,& singulorũ quæ
vel fœde ac turpiter gesserat,vel etiam impie
cõmiserat,historiã quãdam scelerũ suorũ an-
te oculos suos videbit expositam:tunc & ipsa
conscientia propriis stimulis agitat,atq; cõpun
gitur,& sui ipsa efficitur accusatrix & testis.
Quod ita sensisse puto etiã Paulũ Apostolum
cum dicit: Inter se inuicẽ cogitationibus ac-
cusantibus,aut etiã defendentibus in die qua
iudicabit deus occulta hominũ,secundũ euan
gelium meum per Iesum Christũ. Ex quo in-
telligitur q circa ipsam animæ substantiam
tormẽta quędã ex ipsis peccatorũ noxiis affe-
ctibus generantur. Et ne satis tibi huius rei
intellectus difficilis appareat, considerari pos
sibile est ex his passionũ vitiis,quæ animabus
accidere solent: id est cum flammis exuritur
anima,vel zeli vel liuoris ignibus maceratur:
aut cum irę agitatur insania,vel tristitiæ im-
mensitate consumitur:quoniam horum ma-
lorum duritias aliquãti intolerabiliter feren-
tes,q̃ huiuscemodi cruciatus perpeti, tolera-
bilius habuere.
¶Requiris sane si his qui vitiorum malis istis D
quę supra diximus irretiti sunt, nec emenda-
tionis aliquid in hac vita adhuc positi com-
parare sibimet potuerunt, & ita ex hoc mun-
do abscesserant:sufficiat illis ad pœnã q illis
ipsis perdurãtibus in se noxiis affectibus cruciã
tur:id est vel iræ,vel furoris,vel insaniæ, vel
mœroris:quorum vtiq; mortiferũ virus nul-
lo in hac vita emẽdationis medicamento mi-
tigatum est:An his affectibus immutatis ge-
neralis pœnę stimulis vexabũtur. Sed & alio- Ca ue
rũ suppliciorum speciem intelligi arbitror posse:
quia sicut sentimus soluta corporis membra,
atq; a suis inuicẽ auulsa compagibus immen-
si doloris generare cruciatum:ita anima cum
extra ordinẽ,atq; cõpagẽ, vel eam harmoniã
ad quã ad bene agendũ,& vtiliter sentiendũ a
deo creata est, fuerit inuenta, nec sibimetipsi
rationabiliũ motuũ cõpagine consonare:pœ-
nã cruciatumq; putãda sit suimetipsius ferre
dissidii,& inconstantiæ suæ atq; inordinatio-
nis sentire supplicium.Quę animæ dissolutio
atq; diuulsio,cum adhibiti ignis ratione fue-
rit explorata,sine dubio ad firmiorem sui cõ
pagem instaurationẽq; solidatur. Multa sunt
etiam alia quę nos latent,quæ illi soli cognita
sunt,qui est medicus animarum nostrarũ. Si
enim ad corporis sanitatem pro his vitiis quę per
escam potũq; collegimus,necessariã habemus
interdum austerioris,ac moderatioris medi-
camenti curam:nonnunq̃ vero si id vitii qua
litas depoposcerit,rigore ferri, & sectionis a-
speritate indigemus:q si etiam hoc supergres
sus fuerit morbi modus, ad vltimum conce-
ptum vitium etiã ignis exurit:quanto magis
intelligendũ est & hunc medicũ nostrum deũ
volentẽ diluere vitia animarũ nostrarum,quę
ex peccatorum,& scelerum diuersitate colle-
gerant,vti huiuscemodi pœnalibus curis? in
super etiam ignis inferre suppliciũ his qui sa
nitatem animę perdiderunt? Cuius rei imagi
nes etiam in scripturis sanctis referuntur.
¶Deniq; in Deuteronomio sermo diuinus pec
catoribus comminat q febribus,& frigoribus, B
& aurigine punient,& oculorum vacillationi
bus,& mẽtis alienatione,& paraplexia,& cæ-
citate,ac debilitate renũ cruciandi sint. Si qs

igitur ex ocio de omni scriptura congreget omnes languorũ commemorationes quæ de peccatoribus velut corporearũ ægritudinũ appellationibus memorãtur: inueniet ꝙ animarũ vel viria, vel supplicia per hoc figuraliter indicentur. Vt autẽ intelligamus ꝙ ea ratione qua medici adiutoria languentibus adhibent vt per curas reparent sanitatẽ, etiã deus agit circa eos q lapsi sunt, & deciderũt in iudicio: est & illud, ꝙ per Hieremiam prophetam iubetur calix dei propinari omnib⁹ gẽtibus vt bibant, & insaniant, & euomant. In quo comminatur dicẽs, ꝙ si quis noluerit bibere, nõ mũdabitur. Ex quo vtiq; intelligitur ꝙ furor vindictę dei ad purgationẽ proficiet animarũ. Quomodo autem & ea pœna quæ per ignẽ inferri dicitur, ꝓ adiutorio intelligitur adhiberi: Esaias docet, q de Israel qdẽ sic dicit: Habes carbones ignis, sede sup eos, hi erũt tibi in adiutorio. Et i aliis dicit, Sanctificabit dominus in igne ardenti. Et in Malachia propheta dicit: Sedẽs conflabit, & purgabit, & fundet purgatos filios Iuda. Sed & illud quod de dispẽsatoribus nõ bonis in euangelio dictum est, qui diuidendi dicunt, & pars eorũ cũ infidelibus terrę poni, tãq̃ ea quę ipsoꝝ propria non sit, cum alioꝝ partibus sit mittẽda: sine dubio genus aliquod indicat pœnæ eorũ, quorũ (vt mihi videtur) separãdus ab anima spiritus indicatur. Qui spiritus si quidẽ diuinę naturę. i. spiritus sanctus intelligẽdus est: sentiemus hoc dictũ de dono spiritus sancti, qd siue per baptismum, siue per gratiam spiritus cũ alicui sermo sapiẽtię, & sermo scientię, vel alicuius alterius cui datus est doni, & nõ recte administratus, id est aut ad terram defossus est, aut in sudario colligatus: auferatur ab anima donũ spiritus, & pars reliqua q̃ superest. i. animæ substãtia, cum infidelibus ponatur diuisa, ac separata ab eo spiritu cũ quo adiungẽs se domino vn⁹ spiritus esse debuerat. Si vero hoc non de dei spiritu, sed de animę eius natura intelligendũ est: pars melior illa dicetur quę ad imaginem dei, & similitudinem facta est. Alia autem pars, ea quæ postmodũ per liberi arbitrii lapsum contra naturam primę conditionis, & puritatis assumpta est: quæ vtiq; pars vepote amica & chara materię cum fidelium sorte mulctatur.

Caute lege.

A ¶Potest aũt & tertio sensu illud intelligi de diuisione ista, vt qm̃ vnicuiq; fidelium etiã si minimus sit in ecclesia, adesse angelus dicit, qui etiã semp videre faciẽ dei patris a Saluatore perhibet: & hic qui vtiq; vnũ erat cũ eo

Caute lege.

cui pẽrat, si is per inobœdiẽtiã efficitur indignus, auferri ab eo angelus dicit: & tũc pars eius, id est humanæ naturę pars, auulsa a dei parte cũ infidelibus deputat, qm̃ cõmonitio appositi sibi a deo angeli nõ fideliter eũ custodiuit. Sed & exteriores tenebras (vt ego opinor) nõ tã aerẽ aliquẽ obscurũ, & sine lumine intelligẽdũ puto, q̃ de his q pfundę ignorãtię tenebris imersi extra diuinę intelligẽtię lumẽ effecti sunt. Videdũ quoq; est, ne forte etiã illud iste sermo significet, ꝙ sicut sancti corpora sua, in qbus sancte & pure in huius vitę habitatiõe vixerũt, lucida & gloriosa ex resurrectione suscipiẽt: ita & impii quiq; qui in hac vita errorũ tenebras, & ignorãtię dilexerũt, obscuris & tetris post resurrectionem corporibus induant, vt ea ipsa caligo ignorãtię quę in hoc mũdo iteriora eoꝝ mẽtis obsederat, in futuro per exterius corporis appareat indumẽtũ. Similiter quoq; & de carcere sentiẽdũ est. Sed sufficiãt ista in p̃senti loco, quę interim nũc vt dicẽdi ordo seruaretur, q̃paucissimis dicta sunt.

De repromissionibus. CAPVT. XII.

VIDEAMVS nunc breuiter qd & de repromissionib⁹ sentiendũ sit. Certũ est ꝙ nullũ animal omĩ modo ociosum, atq; immobile eẽ potest: sed oĩ genere moueri, & agere semp, & velle aliquid gestit: & hãc inesse naturã omnibus animãtibus, manifestũ puto. Multo magis ergo rationale aĩal. i. hoĩs naturã, necesse est semp aliqd mouere, vel agere. Et si qdẽ imemor sui sit, & qd se deceat ignoret, circa vsus corporales oĩs sua mouet intẽtio, & p oẽs motus suos erga voluptates suas, ac libidines corporis occupat: Si vero talis q i cõmune aliqd curare, vel puidere studeat, aut reipublicę cõsulẽs, aut magistratib⁹ parens, aut quicquid illud est qd in cõmune prodesse videat, exercet. Iam vero si qs talis sit vt aliqd melius q̃ hęc quę corpore videntur intelligat, & sapiẽtiæ & scientiæ operam habet: sine dubio erga huiuscemodi studia omnẽ declinabit industriã, quo possit inqsita veritate rerũ causas cognoscere. Sicut ergo in hac vita alius qdẽ summũ bonũ corporis iudicat voluptatẽ: alius vero in cõmune cõsulere, alius studiis & itelligẽtiæ operã dare: ita requiramus in illa vita quę vera est, quæ abscõdita esse dicitur cũ Christo in deo. i. in illa ęterna vita: si aliqs talis erit nobis viuẽdi ordo, vel status. Quidã ergo laborẽ quodam modo intelligẽtiæ recusantes, & superficiem B

quandam legis literæ consectantes, & magis
delectationi suæ quodammodo, ac libidini in
dulgentes, solius literę discipuli, arbitrantur
futuras voluptates, & luxurias corporis ex-
pectādas: & propterea pcipue carnes iterum
desiderant post resurrectionem, tales quibus
manducandi, & bibendi, & omnia quę carnis
& sanguinis sunt, agēdi nunq̄ desit facultas,
Apostoli Pauli de resurrectiōe spiritalis cor-
poris sententiam non sequentes. Quibus con
sequenter addūt & nuptiarum conuētiones,
& filiorum procreationes etiam post resurre
ctionem futuras: fingētes sibimetipsis Hieru
salem terrenam vrbem ędificādam lapidibus
preciosis, eos in fundamenta eius iaciētes, &
lapide iaspide muros eius erigendos, & pro-
pugnacula ex lapide crystallo, peribolū quo-
q̄ habiturā ex lapidib⁹ electis, & variis, id est
iaspide & sapphiro, & chalcedonio, & smara
gdo, & onychino, & chrysolitho, & chryso-
passo, & hyacintho, & amethysto. Quinetiā
ministros deliciarum suarū dādos sibi alieni-
genas putant, quos vel aratores habeant, vel
structores parietū, a quibus diruta ipsorū, &
collapsa ciuitas extruatur: & arbitrātur q̄ fa
cultates eorum accipiant ad edendū, & in di
uitiis eorum dominentur, vt veniant, & affe
rāt sibi aurum, & thus, & lapides preciosos.
Et hęc conantur auctoritate prophetica cō-
firmare ex his quę de Hierusalem repromis-
sionibus scripta sunt: vbi etiam dicitur quia
qui seruiēt domino, mãducabūt & bibēt, pec
catores autē esurient, & sitient: & q̄ lętitiam
agent iusti, impios vero moeror possidebit.
C Et de nouo quoq̄ testamento vocem profe
rūt Saluatoris, qua discipulis pmittit de vi-
ni lętitia dicēs. Quia non bibam ex hoc iam
vsq̄ bibam illud vobiscum nouū in regno pa
tris mei. Addunt quoq̄ illud, q̄ Saluator bea
tos dicit eos qui nūc esuriunt, & sitiunt, pol-
licens quia saturabūtur: & multa alia ex scri
pturis exēpla proferunt, quorum vim figura
liter intelligi debere nō sentiunt. Tum vero
secūdā formam quę in hac vita est, & secūdū
mūdi huius dispositiōes dignitatū, vel ordi-
nū, vel eminentias potestatum, reges se fore,
& principes arbitrant, sicut sunt isti terreni:
propter illud videlicet qđ in Euāgelio dictū
est: Habens potestatē super quinq̄ ciuitates.
Et vt breuiter dicam, secūdū vitæ huius cō-
uersationē p omnia similia volūt esse omnia
quę de repromissionibus expectāt, id est vt in
terim sit qđ est. Hoc ita sentiūt q Christo q-
dem credētes, Iudaico autē quodā sensu scri
pturas intelligentes: nihil ex his dignū diui-
nis pollicitationibus pręsumpserūt. Hi vero
qui secundū Apostolorum sensum theoriā scri
pturarū recipiunt, sperant quidē mãducatu-
ros esse sanctos, sed panem vitę, qui veritatis
& sapientiæ cibis nutriat animā, & illuminet
mētē, & potet eam diuinæ sapientię poculis,
sicut dicit scriptura: Quia sapiētia pparauit
mensam suam, miscuit in cratere vinū suū: &
summa voce clamat, Diuertite ad me, mãdu
cate panes quos pręparaui vobis, & bibite vi
nū qđ miscui vobis. Quib⁹ sapiētiæ escis nu-
trita mens ad integrū, & perfectū, sicut ī ini-
tio factus est homo, ad imaginē & similitudi
nem dei reparetur: vt etiā si quis ex hoc minus
eruditus abierit, probabilia tamē opera detu
lerit, instrui poterit in illa Hierusalē sanctorum
ciuitate, doceri, & informari, & effici lapis vi
uus, lapis pciosus & elect⁹, pro eo q̄ fortiter
& cōstāter ptulerit agones vitæ, & certami-
na pietatis: ibiq̄ hoc qđ iā hic pdictū est, ve-
rius manifestiusq̄ cognoscet, q̄ nō in pane so
lo viuit homo, sed in omni verbo qđ pcedit
de ore dei. Sed & principes & rectores intelli
gēdi sūt hi q inferiores & regūt, & erudiūt,
& docent, atq̄ instruūt ad diuina. Verum si
minus vident hęc sperātibus ea dignū menti
bus incutere desiderium: paulo repeten-
tes, q̄ naturalis sit & insita animę rei ipsius
cupiditas, ingrediamus, vt ita deinde velut spe-
cies ipsas panis vitę, & qualitatem vini eius,
ac proprietatē principatuū, per theoriā cō-
sequētiā describamus. Igitur sicut in artibus
quę manu adimpleri solent, ratio quidē quid
vel qualiter, vel ad quos vsus fiat, versatur ī
sensu, efficacia vero opis manuū ministerio
explicatur: ita in opibus dei quę ab ipo facta
sunt, sentiendum est, q̄ eorum quæ videmus
ab eo facta, ratio & intelligentia manet ī oc-
culto. Et sicut quę ab artifice facta sunt cum
oculus noster viderit, si quid præcipue fabre
factum pspexerit, cōtinuo qualiter, vel quo-
modo, vel ad quos vsus factū sit ardet anim⁹
sciscitari: multo ampli⁹, & super omnem cō-
parationē, eorum quæ a deo facta puidem⁹
ineffabili desiderio ardet animus agnoscere
rationem. Qđ desiderium, quē amorem sine
dubio a deo nobis insitum credim⁹: & sicut
oculus naturaliter lucem requirit ad visum,
& corpus nostrū escam, & potū desiderat per
naturā: ita mēs nostra sciēdę veritatis dei, & re
rū causas noscēdi pprium ac naturale desiderium
gerit. Accipim⁹ aūt a deo istud desideriū, nō
ad hoc vt nec debeat vnq̄, nec possit expleri:
alioqn a conditore nostro frustra videbit amor
veritatis isert⁹, si nūq̄ desiderii cōpos efficit.

A ¶ Vnde & ĩ hac vita qui summo labore piis studiis ac religioni operã dederint, q̃q̃ paruá quędã ex multis, & immẽsis diuinę sciẽtię capiãt thesauris, tñ hoc ipsum ꝙ animos suos mẽtẽq; erga hęc occupant, atq; in hoc semet ipsos cupiditate pueniũt, multũ vtilitatis accipiũt? & ex hoc ipso ꝙ animos suos ad ingrẽdę veritatis studium, amorẽq; cõuertũt, & paratiores se faciũt ad eruditionis futurę capacitatẽ: sicut cũ aliqs vult imaginẽ pingere, si ante formę lineamẽta tenui styli adũbratio ne designet, & supponẽdis vultibus capaces præparet notas, sine dubio p adumbrationẽ imposita pformatio ad suscipẽdos veros illos colores iã paratior inueniẽ: sicut modo adũbratio ipsa deformata stylo domini nostri Iesu Christi in cordis nostri tabulis perscribaẽ. Et idcirco fortasse dicit, ꝙ omni habenti dabitur, & adiicietur. Vnde constat habẽtibus deformationẽ quãdã in hac vita veritatis & scientię, addendam etiam esse pulchritudinẽ perfectæ imaginis in futuro.

B ¶ Tale opinor indicabat desideriũ suũ ille q̃ dicebat, Coarctor aũt ex duob⁹, desiderium habẽs dissolui, & cũ Christo esse: multo eñ melius: sciens ꝙ tunc cum regressus esset ad Christũ, omniũ q̃ gerunẽ ĩ terris manifestius agnosceret ratiões, vel de homine, vel de anima hominis, vel de mente, vel ex quibuscũq; illis qui sint spiritus, q̃ operenẽ, qui sint, qui ve vitales, vel quę sit gratia quę datur fidelibus spiritus sancti. Tũc quoq; intelliget q̃ sibi videatur Israel, vel quę diuersitas gentiũ, quid etiam sibi velint Israel duodecim trib⁹, & quid singuli populi per singulas tribus.

C ¶ Tũc intelliget etiã de sacerdotibus & leuitis, & de diuersis sacerdotalibus ordinib⁹ rationẽ, & cuius formę erãt: immo sentiet nihilominus q̃ sit veritas Iobileorũ, & septimanarũ annorũ: sed & festorũ dierũ, & feriarũ rationes videbit: & omniũ sacrificiorũ, & purificationũ intuebitur causas: q̃ sit quoq; ratio lepræ purgationis, & q̃ lepræ diuersę, & q̃ purgatio sit eorũ qui seminis profluuiũ patiunẽ aduertet: & agnoscet quoq; quales virtutes sint bonę, quęq; nihilominus contrariæ, & q̃ vel illis affectus sit hominibus, vel istis cõtẽtiosa æmulatio. Intuebitur quoq; quæ sit ratio animarum, quę vel diuersitas animalium vel eorũ quę in aquis viuũt, vel auiũ, vel ferarũ, quidve sit ꝙ in tã multas species singula genera deducũtur: qui creatoris prospectus, vel quis per hęc singula sapiẽtię eius tegitur sensus. Sed & agnoscet qua ratione radicib⁹ quibusdam, vel herbis associantur quædam virtutes, & aliis ecõtrario herbis vel radicibus depelluntur: quæ ratio apostatarũ angelorum, quæve causa ꝙ iis qui eos nõ tãtã fide contempserint, vel adulari in aliquibus possent, vel erroris causa, ac deceptionis existere. Sed & de singulis diuinę prouidẽtiæ iudicium discet: de his quæ accidunt hominibus, ꝙ non fortuito, vel casu accidũt: sed ratione quadam tam examinata, tam ardua, vt eam non solũ sanctorum, sed fortassis omniũ hominũ ne numerus quidem prætereat capillorum: cuius prouidẽtię ratio perducatur vsq; ad duos passeres, qui denario subtrahũtur, siue spiritaliter, siue iam secũdũ literam passeribus intellectis. Q̃d enim nunc interim quęritur, tunc autem ibi iam manifestum videbitur. Ex quibus omnibus putãdum est ꝙ interim non parum temporis transeat vsque quo eorum tantummodo quæ super terram sunt ratio post vitę abscessum dignis & bene meritis ostendatur, vt per eorũ omniũ agnitionem, & plenę scientiæ gratiam, lætitia inenarrabili perfruantur. Tũc deinde si aer iste qui inter cælum & terram est, nõ est vacuus ab animãtibus, & animãtibus rationabilib⁹, sicut & Apostolus dixit: In quibus aliquãdo ambulastis secũdum seculum mundi huius, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentię. Et iterum ait. Rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera: & ita semper cũ domino erimus. Putandum est igitur ꝙ tãdiu sancti ibi permaneãt vsquequo vtriusq; modi rationem dispensationis eorum quę in aere gerũtur agnoscant. Q̃d autem dixi vtriusq; modi, hoc est: verbi gratia, cum in terris essemus, vidim⁹ vel animalia, vel arbores, & differentias eorum prospeximus, sed & diuersitatem q̃plurimam inter homines: verum videntes hæc rationem eorũ nõ intelleximus, sed hoc nobis tantum ex ipsa quam vidimus diuersitate suggestum est, vt inquiramus & perscrutemur qua ratione ista omnia, vel diuersa fuerint creata, vel varie dispẽsentur: & concepto in terris huiuscemodi vel studio, vel amore, dabitur nobis post exitũ etiam cognitio eius, & intelligẽtia: si tamẽ res procedat ex voto. Cum ergo cõprehẽderimus integre eius rationem: tũc vtroq; modo comprehendemus ea quę vidimus super terram. Tale ergo aliquid etiã de aerea sede dicendũ est. Puto eñ ꝙ sancti quiq; discedẽtes de hac vita permaneãt in loco aliquo in terra posito, quem Paradisum dicit scriptura diuina, velut in quodam eruditionis loco, & (vt ita dixerim) auditorio, vel schola animarum, in

quo de oībus his q̄ in terris viderãt, doceantur: iudicia quoq̄ quedā accipiāt etiā de consequētibus & futuris sicut in hac quoq̄ vita positi iudicia q̄dā futurorū licet per speculū in ęnigmate, tamen ex aliqua parte conceperāt, q̄ manifestius & lucidius sanctis ī suis & locis & temporib⁹ reuelant. Si quis sane mūdus corde, & purior mēte, & exercitatior sensu fuerit: velocius proficiēs, cito ad aeris locū ascēdet, & ad cęlorū regna perueniet p loco rū singulorū (vt ita dixerim) mãsiones, quas Gręci quidē sphęras .i. globos appellauerunt, Scriptura vero diuina cęlos nominat. In quibus singulis primo q̄dē pspiciet ea q̄ ibi gerū tur, secūdo vero rationē quare gerunt agnoscet: & ita p ordinē aggredietur singula, sequēs eū q transgressus est cęlos Iesum filiū dei dicētē, Volo vt vbi sum ego, & isti sint mecū.

C ¶Sed & de his locorū diuersitatibus indicat cū dicit, Mulrę mansiones sunt apud patrem meū. Ipse tamen vbiq̄ est, & vniuersa percurrit. Vel vltra intelligamus eū non in ea exiguitate in qua nobis propter nos effect⁹ est .i. non in illa circūscriptione quā in nostro corpore in terris posit⁹ inter hoīes habuit, quo modo velut in vno aliquo circūscriptus loco putet. Cū ergo (verbi gratia) ad cęlestia loca peruenerint sancti, tunc iā rationē astrorū p singula peruidebūt, & siue animantia sunt, siue quicquid illud est, comprehēdēt. Sed & alias rationes operū dei quas eis ipse reuelabit, intelligēt. Iam em̄ tanq̄ filiis rerū causas, & virtutē suę cōditiōis ostēdet, & docebit eos quare illa stella cęli in illo loco posita est, & quare ab alia tanto dirimente spacio separatur. Verbi gratia, si ppinquior fuisset, quid ex hoc esset futurū: si vero lōgi⁹ quid accideret, aut si maior fuisset illa stella q̄ illa, quomodo similis non seruaret diuersitas, sed in aliā quādam formam cuncta formarentur.

¶Sic decursis omnibus quæ ī astrorū ratione & in his conuersionibus quæ in cęlo sunt cōtinentur: venient etiam ad ea quę non videntur, vel ad ea quorum sola nomina nunc audiuimus, & ad inuisibilia, quę multa quidem esse Paulus Apostolus docuit: quę autē sint, vel quā habeāt differētiā, ne exiguo quidem aliquo intellectu coniicere possumus. Et ita crescens per singula rationabilis natura, non sicut in carne, vel corpore, & anima in hac vita crescebat, sed mēte, ac sensu aucta ad perfectam scientiā mēs iam perfecta perducitur, nequaq̄ iam vltra istis carnalib⁹ sensibus impedita, sed intellectualibus incremētis aucta, semper ad purum, & (vt ita dixerim) facie ad faciem rerum causas inspiciēs, potitur q̄ perfectione primo illa qua in id ascendit, secūdo qua permanet: cibos quib⁹ vescatur habens theoremata, & intellectus rerum, rationes q̄ causarum. Sicut em̄ in hac vita corpora nostra primo ī hocipm̄ q̄d sumus corporaliter crescunt, in prima ętate ciborū sufficiētia nobis incrementū pstante: postea vero q̄ crescēdi ad mēsurā sui fuerit expleta proceritas, vtimur cibis iā nō vt crescamus, sed vt viuam⁹, & cōseruemur in vita p escas: Ita arbitror & mētem etiam cum venerit ad perfectū, vesci tū & vti propriis & cōpetētib⁹ cibis in ea mē sura, cui neq̄ deesse aliquid debeat, neq̄ abūdare. In oībus autē cibus hic intelligēdus est theoria, & intellectus dei, habens mēsuras p prias & competētes huic naturæ q̄ facta est, & creata. Quas mensuras singulos quosq̄ incipiētium videre deum, id est intelligere per puritatem cordis: competit obseruare.

caute lege

LIBER TERTIVS.

Præfatio Rufini.

VI LEGIS, Memor esto mei in tuis sanctis orationibus, vt & nos effici mereamur ęmulatores spiritus⁹. Superiores duos Peri archon libellos te non solum insistente, verū etiam cogente, diebus quadragesimę interpretatus sum. Sed quoniā illis diebus etiam tu religiose frater Macari, & vicinius monebas, & amplius vacabas, etiam ego amplius operabar: hos vero posteriores duos tardius explicuimus, dum ad nos ab extrema & vltima parte orbis rarior exactor accedis. Verū si meministi q̄d in pręfatiuncula priore commonui, q̄ indignaturi essent quidam si nos audissent non aliquid mali loqui: cōtinuo id arbitror persecutum probasti. Q̄ si in illo opere ita inflammati sunt hi qui hominum linguas ad male loquēdum excitant dęmones, in quo nondum eorum secreta ad plenum nudauerat: quid in hoc futurum putas, in quo oēs eorum cęcas & occultas vias quibus humanis cordibus irrepūt, & animas infirmas ac fragiles decipiunt, reuelabit? Videbis illico perturbari omnia, seditiones moueri, clamores tota vrbe diffundi, ad damnationem vocari eum qui euangelicæ lucernæ lumine, diabolicę ignorātię tenebras fugare conatus est. Verum hęc paruipendat qui cupit salua fidei catholicę regula in diuinis erudi- D

tionibus exerceri. Illud autẽ necessario cõmoneo, ꝙ sicut in prioribus libris fecimus, etiã in istis obseruauimus, ne ea quæ reliquis eiꝰ sentẽtiis, & nostrę fidei cõtraria videbant̃, interp̃tarer, sed velut inserta ea ab aliis, & adulterata p̃terirẽ. De creaturis vero rationabilibꝰ si qd noui dixisse visus est (qa nõ ĩ hoc est sũma fidei) sciẽtię gratia & exercitii, cũ forte nobis aduersum nõnullas hęreses tali ordine necessario respõdẽdũ est, neq̃ ĩ his libellis, neq̃ in supioribꝰ p̃termisi: nisi siqua forte iã in supioribus dicta repetere etiã in his posterioribꝰ voluit, & breuitatis gratia aliqua ex his resecare cõmodũ duxi. Si qs tñ pficiẽdi & nõ obtrectãdi studio hęc leget: rectiꝰ faciet si exponi sibi hæc a peritioribus velit. Absurdum nãq̃ est poetarũ ficta carmina, & Comœdiarũ ridiculas fabulas a grãmaticis exponi: & ea q̃ de deo, vel cęlestibus virtutibus, ac de omni vniuersitate dicunt̃, in qbus oĩs vel paganorũ philosophorũ, vel hæreticorũ prauus error arguitur, sine magistro & explanatione aliqd posse sese dicere: & ita fit vt res difficiles & obscuras malint homines per temeritatẽ & inscitiã cõdemnare, q̃ p diligentiam & studium discere.

De Libertate Arbitrii. CAPVT. I.

A TALIA Quædã de repromissionibꝰ diuinis credimꝰ sentiẽda, cũ intelligẽtiã nostrã ad contẽplationẽ æterni illius, & nullo fine claudendi seculi iaculamur, atq̃ ineffabilẽ eius lætitiã, ac beatitudinẽ cõtẽplamur. Verũ qm̃ in ecclesiastica prædicatione inest etiã de futuro iudicio fides, quę iudicii credulitas puocat hoĩes, & suadet ad bene beateq̃ viuẽdũ, & omni genere fugere peccatũ: & p hoc sine dubio indicat̃ ꝙ in nostra sit positũ potestate, vel laudabili nos vita, vel culpabili degere: propterea necessariũ reor pauca etiã de arbitrii libertate differere, eo ꝙ nõ ignobiliter hæc quoq̃ quæstio a q̃plurimis agitetur. Vt autẽ facilius quid sit libertas arbitrii cognoscamus: & quid sibi velit natura ipsius arbitrii, voluntatisq̃, requiramus.

¶Omniũ quę mouent̃, alia in semetipsis causas motuũ gerunt, alia extrinsecus accipiũt: vtputa extrinsecus tantũmodo mouẽtur oĩa quę sine vita sunt, vt lapides, & ligna, & quęcũq̃ sunt q̃ solo habitu materię suę vel corporũ constant. Omittenda sane nunc est illa quæstio quę etiam illum motum putat esse, cũ per corruptelã corpora dissoluũtur: nihil enim nũc ad propositũ conducit. Alia vero in seipsis habẽt mouendi causam, vt animalia, vel arbores, & omnia quę per naturalẽ vitam, vel per animã constant: inter quæ etiam metallorum venas deputari ab aliquibus visum est. Sed & ignis sui motus esse putandus est, fortassis autem etiam & fontes aquarum. Hęc autẽ in semetipsis causam suorũ motuũ habẽt. Quædã dicũtur ex se, quædã a se moueri: & ita diuidũtur, ꝙ ex se moueantur ea quę viuũt quidem, nõ tamen animãtia sunt: a se autẽ mouẽtur animãtia, cũ eis phantasia. i. volũtas quædã, vel incitamentũ affuerit, quę ea moueri ad aliquid vel incitari prouocauerit. Deniq̃ etiam in quibusdã animalibus inest talis phantasia. i. volũtas, vel sensus, qui eã naturali quodam instinctu prouocet & cõcitet ad ordinatos & cõpositos motus: sicut videmus araneas facere, quę phãtasia. i. volũtate. i. studio textrino ad opus texẽdi ordinatissime cõcitantur, sine dubio naturali quodã motu intẽtionẽ huiuscemodi operis prouocãte: nec tamẽ vltra aliũ sensum aliquẽ q̃ texendi naturale studiũ habere ipsum animal inuenit̃, sicut & apes fingẽdi fauos, ac mella (vt aiunt) auaritia congregandi.

¶Rationabile vero animal cũ habeat in se & hos naturales motus: habet tamen amplius cęteris animalibus etiã rationis vim, qua iudicare, & discernere de motibus naturalibus possit: & alios reprobare & abiicere, alios vero pbare atq̃ suscipere: cuius rationis iudicio dirigi & gubernari hominis motus ad vitã probabilem possint. Vnde cõsequẽs est vt qm̃ natura rationis huius quę est ĩ homine, habet in se vim dinoscẽdi boni vel mali, idq̃ cũ discernit, inest ei facultas etiã eligendi qd probauerit: in eligẽdo quidẽ qd bonũ est, laudabilis: in sequendo vero qd turpe vel malũ est, iure culpabilis iudicetur. B

¶Illud sane nequaq̃ latere nos debet, ꝙ ĩ nõnullis mutis animalibus ordinatior quidem motus cęteris animalibus inuenitur, vt in sagacibus canibus, vel bellatoribꝰ equis: ita vt videãtur aliquibus velut rationabili quodã sensu moueri. Sed id nõ tam ratione, q̃ incentiuo quodã, & naturali motu pro huiuscemodi vsu largius indulto, fieri credendũ est. Verum vt dicere cœperamus, cum ita se habeat irrationabile animal, nobis hominibus incidere quędam extrinsecus possunt, aliqua & occurrere siue ad visum, siue ad auditum, vel ad alios sensus, quę nos concitent & prouocent ad bonos, vel cõtrarios motus. Quæ vtiq̃ qa extrinsecus incidunt, non est in nostra positum potestate ne incidãt, vel occurra-

rãt. Iudicare vero, & probare qualiter vti de
beamus his quę incidũt: nullius alterius res
est vel opus, nisi rationis eius quæ est in no-
bis. i. nostri iudicii. Cuius rationis iudicio in
cidentibus extrinsecus concitamentis, duci-
mur ad id quodcunq; ipsa ratio probauerit,
naturalibꝰ motibus nostris nutu eius, vel ad
bona, vel ad mala gubernatis. Si vero quis di
cat ea quę extrĩsecus accidũt motus nostros
prouocantia, talia esse vt possibile non sit ad
uersari eis siue ad bonum, siue ad malum nos
concitantibus: in se ipsum paulisper qui hoc
existimat cõuertat animũ, & proprios diligẽ
tius inspiciat motus, nisi inuenerit cũ alicu-
ius desiderii pulsat illecebra, nihil prius geri
q̃ animi accommodetur assensus, vt sugge-
stioni prauæ nutus mentis indulgeat: ita vt
etiam verisimilibꝰ quibusdã causis intra cor
dis nostri tribunalia velut iudici existenti ab
vtraq; parte adhiberi videat̃ assensio, vt cau
sis prius expositis gerendi sententia de ratio
nis iudicio proferatur. Non enim (vt verbi
gratia dixerim) huic qui statuit continenter
& caste viuere, atq; ab omni se muliebri con
tagio continere, si forte apparuerit mulier ꝓ
uocans eum, & alliciens aliquid cõtra propo
situm gerere, causa ei vel necessitas præuari-
candi mulier extitit: cum possit vtiq; statuti
sui memor libidinis incitamenta refręnare, &
irritãtis illecebræ delectamẽta austerioribus
virtutis increpationibus coercere: vt omni
luxurię sensu fugato, ꝓpositi firmitas, & cõ-
stãtiæ perseueret. Deniq; si eruditioribus qui
busq; viris, & in diuinis institutionibꝰ robo-
ratis huiuscemodi irritamenta prouenerint:
memores continuo sui ea quæ dudum medi
tati sunt, & quibus eruditi sunt in memoriã
reuocantes, & sanctioris se doctrinę admini-
culis munientes, respuunt ac refellunt omnẽ
incitamenti illecebram, atq; aduersas concu-
piscẽtias insitæ sibi rationis obiectione depel
lũt. Cum ergo hæc ita esse naturalibus quo-
dammodo testimoniis cõprobent̃: quomodo
nõ superfluũ est gestoꝝ nostroꝝ causas ad ea
q̃ extrinsecus sunt retorqueri, & a nobis cul
pã, in quibus oĩs causa est, remoueri? Hoc est
dicere, similes nos eẽ lignis, vel lapidibꝰ, quæ
intra se nullum habent motũ, causas autem
motus sui extrinsecus patiunt̃. Qđ vtiq; nec
vere dicitur, nec decenter, sed ad hoc solum
fingitur vt libertas arbitrii deneget̃: nisi pu-
temus ita demũ posse constare arbitrii liber
tatem, si nihil sit qđ nos extrinsecus incidens
ad bona prouocet, aut ad mala.

C ¶ Verum qui ad naturalem corporis intem-
periẽ culparum refert causas: contra rationẽ
id esse totius conditionis ostẽditur. Quoniã
enim videmus in q̃plurimis, qui cũ prius in-
continẽter intẽperateq; vixissent, ac luxuriæ
fuissent libidinisq; captiui: si forte verbo do-
ctrinę atq; eruditionibꝰ in melius prouocati
sunt, tantã extitisse cõmutationẽ, vt ex luxu
riosis & turpibus sobrii & castissimi ac man-
suetissimi redderent̃. Et rursum videmus in
aliis quietis & honestis, qui cũ se forte inqe-
tis hominibꝰ associarint, corrũpi mores bo-
nos colloquio, & effici eos tales quales sunt
illi quibꝰ nihil ad turpitudinẽ deest. Et hoc ĩ
terdũ venit matura iã ętate viris, ita vt cõti
nẽtiores in iuuẽtute vixerint, q̃ cũ puectior
ętas facultatẽ vitę liberioris ĩdulsit. Cõsequẽ
tia ergo rationis ostẽdit ꝙ ea qdẽ quę extrin
secus incidũt, in nostra potestate nõ sunt: be-
ne vero vel male vti his q̃ incidũt, ea ratione
q̃ intra nos est discernẽte ac diiudicante quo
modo his vti oporteat, nostrę est potestatis.
¶ Vt autem ea quę ratio consequenter osten D
dit etiam scripturarũ auctoritate firmemus,
id est ꝙ nostræ opis est recte, vel minus recte
viuere, & non vel ex his quæ extrinsecus in-
cidunt, vel (vt quidam putant) fatis vrgenti
bus cogimur: testimoniũ dabit Michęas pro
pheta his verbis, dicens. Si annunciatum est
o homo quid est bonum, aut quid dominus
requirit abs te, nisi vt facias iudicium, & dili
gas misericordiam, & paratꝰ sis ire cum do-
mino deo tuo? Et Moysi dicit. Posui ante fa-
ciem tuam viam vitę, & viã mortis, elige qđ
bonum est, & incede in eo. Et Esaias ita ait:
Si volueritis, & audieritis me: quę bona sunt
terræ comedetis. Si vero nolueritis, neq; au-
dieritis me, gladiꝰ vos cõsumet. Os eñ domi
ni locutũ est hoc. Et in Psalmis ita scriptum
est: Si populus meus audisset me Israel, si in
viis meis ambulasset: in nihilũ vtiq; ĩimicos
eius humiliassem. Per qđ ostẽdit ꝙ erat in po
puli potestate incedere in viis dei. Sed & Sal
uator dicens, Ego autem dico vobis, nõ resi
stere malo: & Quicũq; iratꝰ fuerit fratri suo
reus erit iudicio: & Quicũq; ĩspexerit mulie
rem ad concupiscendum eam mœchatus est
iam in corde suo: & cũ dat cętera quęq; man
data, qd aliud indicat, nisi ꝙ ĩ nostra potesta
te est obseruare posse quę mandãtur? Et pro
pter hoc recte rei efficimur iudicio si pręua-
ricemur ea quæ vtiq; seruare poteramus.
¶ Vnde & ipse ait, quia omnis qui audit ver
ba mea, & facit ea, ostẽdam vobis cui similis
est: similis est viro prudenti qui ędificauit do
mum suam super petrã &c. Et quod ait, Qui

autem audit hęc, & non facit, similis est viro stulto qui ędificauit domũ sup arenã, & reliqua. Sed & illud qd dicit his q a dextris eius sunt: Venite ad me oẽs benedicti patris mei &c. Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: euidẽter ostẽdit q in ipsis fuit vt vel laudabiles isti essent faciẽtes quę mãdata sunt, & percipiẽtes quæ promissa sunt: vel hi culpabiles, qui cõtraria vel audire, vel percipere meruerũt, quibus dicitur: Ite maledicti in ignem æternum.

A ¶ Videamus quomodo etiam Paulus Apostolus velut potestatẽ arbitrii habẽtibus nobis loquitur, & tãq̃ in nobis ipsis vel salutis vel perditionis habẽtibus causas, ait: An diuitias bonitatis, ac patientię, ac longanimitatis cõtemnis, ignorãs q benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? Secũdũ duritiã autẽ tuã, & cor impœnitẽs thesaurizas tibi iram in die iudicii, & reuelatiõis iusti iudicii dei, qui reddet vnicuiq secũdũ opus eius: his quidem qui secũdũ patientiam boni operis, gloria & incorruptio, qui quęrunt vitam æternam: his autem qui ex contentione, & q non credunt quidem veritati, credunt autem iniquitati, ira, indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animã hominis operantis malum, Iudæo primũ, & Græco. Similiter autẽ & honoratio & pax omni operanti bonum, Iudæo primũ, & Græco. Multa quidẽ alia & innumera in sanctis scripturis inuenies, quæ euidẽter ostendent habere nos arbitrii liberi potestatem: alioquin per contrariũ esset dare nobis mandata, ex quorum vel obseruatione saluemur, vel prævaricatione damnemur, si obseruandi ea in nobis facultas non esset.

B ¶ Verum quoniã inueniũtur in ipsis diuinis scripturis quædã verba ita posita, vt cõtrarium ex his aliquid videatur intelligi posse: proferẽtes ea in mediũ, & secũdũ pietatis regulam differentes, adhibeamus eorũ absolutiones, quo ex his paucis q̃ exposuimus, etiã cęterorũ quæ similiter dicta sunt, qbus arbitrii potestas videt excludi, absolutio euidens fiat. Igitur q̃plurimos mouet ea quæ de Pharaone a deo dicta sunt, dicẽte frequẽtius: Ego indurabo cor Pharaonis. Si enim a deo induratur, & per hoc qd induratur delinquit, nõ sibi ipse extitit causa delicti. Qd si ita est: nõ videbitur Pharao habere arbitrii libertatẽ: & iam consequẽter asseretur q hoc exemplo nec cæteri quidẽ qui pereunt, ex arbitrii sui libertate causam perditionis accipiunt.

¶ Sed & illud qd in Ezechiele scriptũ est, cũ dicit, Auferam eorũ lapidea corda, & immittam eis carnea, vt in pręceptis meis incedãt, & iustitias meas custodiant: mouet aliquẽ p eo q a deo dari videtur, vel incedere in mãdatis eius, vel iustificationes eius custodire: quippe si ipse id qd obstat ad custodiẽda mãdata lapideũ cor auferẽs, cor melius & sensibilius qd nũc carneũ nominatur immittit, & inserit. Vide aũt etiã illud qd in euãgelio dominus & Saluator respondit ad eos, qui q̃rebãt de ipso quare ad turbas in parabolis loq̃retur, quale sit: ait enim: Vt videntes non videãt, & audientes nõ audiãt & intelligãt, ne forte conuertantur & remittatur eis.

¶ Sed & illud quodã a Paulo Apostolo dictũ est, q nõ volẽtis, neq currẽtis, sed miserẽtis est dei. Et in alio loco: Et velle, & pficere ex deo est. Et iterum in alio loco: Ergo cui vult miseret, & quẽ vult idurat. Dices itaq mihi, Quid ergo adhuc culpamur? volũtati em ei quis resistet? O homo tu qs es q cõtra respõdeas deo? Nunqd dicit figmẽtũ ei q se finxit, quid me fecisti sic? An nõ habet potestatẽm figulus luti ex eadẽ massa facere vas aliud quidem ad honorẽ, aliud autẽ ad cõtumeliam? Hęc & his similia nõ parũ vidẽtur deterrere posse q̃plurimos, ne putet vnusquisq habere sui arbitrii libertatẽ, sed q ex dei volũtate vel saluari aliquis, vel perire videatur.

C ¶ Incipiamus igitur ab his quę ad Pharaonẽ dicta sunt, q a deo dicit induratus ne dimitteret populũ: cũ quo pariter etiã apostoli ille sermo tractabit, quo ait: Ergo cui vult miseretur, & quẽ vult indurat. His enim pcipue nitũtur hęretici dicẽtes nõ esse in nostra potestate vt saluemur, sed naturas eẽ animarũ tales quę omni genere vel pereant, vel saluẽtur: nec vllo modo possit anima quę mala facta est, bona fieri: aut quæ bona fuerit, mala effici. Vnde aiũt & Pharaonem, qm naturæ erat perditę, propterea indurari a deo, q indurat eos q terrenæ naturæ sunt, miseretur autẽ eorũ qui spiritalis naturæ sunt. Videamus ergo quale est istud qd asserũt, & interrogem eos primo vt respõdeãt nobis, si terrenę naturę quã perditã dicũt, asserũt fuisse Pharaonem. Respõdebũt sine dubio, terrenę. Si ergo terrenę naturæ erat, credere deo vel obœdire ei resistẽte natura oĩno non potuit. Qd si hoc ei erat per naturam, quid ad hoc opus ei erat indurari cor eius, & hoc nõ semel, sed frequenter, nisi q vtiq possibile erat eũ psuaderi? Nec idurari ab alio diceret, nisi is qui ante nõ erat durus. Qd si ex se nõ erat durus: cõsequẽs est vt nec fuerit terrenę naturę, sed talis qui posset obstupefactis signis

& virtutibus cedere. Necessariũ erat deo vt pro salute multoꝝ in ipso ostẽderet virtutẽ suã, dũ resistit plurimũ, & obluctatur volũta ti dei: & per hoc cor eius dicitur indurari.
¶Hęc autem dicta sint primo aduersus illos, per q̃ illa eoꝝ subruatur assertio qua putant naturaliter perditũ fuisse Pharaonem. Sed & de his quæ ab Apostolo Paulo dicta sunt, similiter aduersus eos agemus.
¶Quos enim indurat deus secũdũ opinionẽ vestrã? Nempe eos quos naturę perditę dicitis, quid aliud credo facturos si non fuissent indurati. Si vero ex induratione ad perditionẽ veniunt: iã non naturaliter, sed ex accidentibus pereunt. Tũc deinde dicite nobis, quorũ miseretur deus? Nempe eoꝝ q saluãdi sunt. Et in quo isti secũda misericordia indigẽt q semel saluãdi sunt p naturã, & ad beatitudinẽ veniũt naturaliter: nisi qa etiã ex his ostẽditur ꝙ quia perire eos possibile erat, idcirco misericordiã cõsequunt vt p hoc nõ pereãt, sed veniãt ad salutẽ, & pioꝝ regna possideãt?
D ¶Et hæc qdẽ dicta sint aduersus eos qui naturas bonas vel malas. i. terrenas, vel spiritales cõmotiones fabulis introducũt, ex qb⁹ fieri dicũt, vt vel saluetur vnusqsq;, vel pereat. Nũc vero respõdẽdũ est etiã his q deũ legis iustũ tãtũmodo volũt, nõ etiã bonũ: quomodo putẽt a deo indurari cor Pharaonis quid faciente, vel quid prospiciente? Obseruandus est enim prospectus & intuitus dei, secũdum nos quidem iusti & boni, secundũ ipsos vero iusti tãtũmodo. Et ostendãt nobis quomodo de⁹ quẽ vtiq; & ipsi iustũ fatent, iuste faciat cor hominis indurari, vt ex ipã induratione peccet, & pereat: & quomodo ĩ hoc Dei iustitia defendet, si ipse iis causa pditionis existit, quos p eo ꝙ duritie increduli extiterint, ipse postmodũ iudicis auctoritate dãnauit. Quid etiã culpat eũ dicẽs, Tu autẽ quoniã non vis dimittere populũ, ecce pcutiã oĩa primitiua in Aegypto, etiã primitiuũ tuũ: & q̃cũq; alia scripta sũt p Moysen dicta esse a deo ad Pharaonẽ? Necesse est eñ ꝙ oĩs q vera asserit ea q̃ in scripturis referunt, & ostendere vult iustũ esse deũ legis & pphetarũ, p his oĩb⁹ reddat rationẽ, quõ p hoc nihil prorsus dei iustitiæ derogetur: quõ licet bonũ eũ negẽt, iustũ tñ & iudicẽ, & mũdi creatorẽ fatent. Ali⁹. n. respõsionis ordo est aduersus eos q malignũ. i. diabolũ mũdi huius asserũt creatorẽ. Nos vero qm̃ nõ solũ iustũ, sed & bonũ deũ fatemur q p Moysen locut⁹ est: respiciamus diligentius quõ iusto bonoq; cõueniat ꝙ cor ĩdurare dicit Pharaonis. Et videam⁹ si forte possumus sequẽtes Apostolũ Paulũ difficultatẽ rei exẽplis qbusdã ac similitudinib⁹ soluere: si ostẽdimus ꝙ vno eodẽq; tẽpore deus alterius qdẽ miseret, & aliũ indurat: nõ agẽs neq; volens vt induret ille q induratur: sed dũ ipse benignitate sua, & patientia vtit, his qdẽ qui eius benignitatẽ & patiẽtiã ad cõtẽptũ, atq; insolentiã ducũt, induratur cor dum ad terminũ pœna differtur: hi vero q benignitatẽ & patiẽtiã eius ad occasionẽ pœnitẽtiæ & emẽdationis accipiũt, misericordiam consequũtur.
¶Vt aũt euidentius qd dicimus demonstremus, vtamur exemplo quo in epistola ad Hebręos vsus est apostolus Paulus dicẽs. Terra enim quę bibit frequenter super se veniẽtem imbrem, & germinat herbã optimã his qbus colitur percipiet benedictionẽ a deo: quę aũt pfert spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius finis ad exustionem. Igitur ex his quos assumpsimus Pauli sermonibus euidenter ostẽditur, ꝙ vno eodẽq; opere dei quo imbrem terræ largit, alia quidẽ terra diligenter exculta fructus afferat bonos: alia vero quæ negligenter inculta est, spinas & tribulos proferat. Et si quis quasi ex persona impiorum loquẽs dicat: ergo imber fecit fructus bonos, & spinas ac tribulos ego feci: q̃uis dure dici videatur, vere tamen dicitur. Nisi enim imber fuerit, nec spinæ, nec tribuli nascerentur: superueniente vero pluuia vtrũ ꝙ terra produxit. Sed q̃uis pluuię beneficio, terra germen vtrũq; produxerit, non tamen imbribus merito diuersitas germinis ascribetur: sed ad illos iure culpa seminis reflectet, q cum possent frequenti aratro terrã scindere, & rastris grauibus torpẽtes glębas vertere, & oẽs inutiles radices noxii germinis amputare, atq; succidere, cunctisq; quib⁹ cultus ille deposcit laboribus ac studiis purgata excultaq; noualia vẽturis imbribus pręparare, hoc quidẽ facere neglexerunt: desidię autem aptissimos fructus spinas ac tribulos metẽt: ita vt bonitas & æquitas imbrium super omnem terrã ęqualiter veniat, sed vno eodẽq; opere pluuiæ, ea quidẽ terra quę culta est, diligentibus cultoribus cum benedictione vtiles fructus pferat: ea vero quæ cultorum desidia obduruit, spinas ac tribulos germinet.
¶Sic ergo accipiamus ꝙ ea signa & virtutes q̃ a deo fiebãt, imbres quidẽ erãt, & a deo de super ministrari: ppositũ vero hoĩm, & volũtates, terra accipienda est culta, vel inculta: vnius quidẽ naturæ vtpote oĩs terra cum terra, nõ tñ vnius eiusdemq; culturę. Ex quo fit, vt vniuscuiusq; ppositũ vel induret vi-

tutibus & mirabilibus dei, si incultũ, & ferũ est, & barbarũ, & semetipso superbius ac spinosius stat: aut mitescat ampli⁹, ac tota mẽte se in obœdientiã tradat, si purgatum a vitiis fuerit & excultũ. Vnde ad euidẽtiorẽ rei pbationẽ superfluũ nõ erit vti etiã alia similitudine: verbi gratia, si quis diceret φ sol est q restringit, & qui resoluit, cũ contrariũ sit & resolutio & cõstrictio. Sed nõ erit falsum qđ dicit, dũ vna eadẽq; caloris virtute sol quidẽ cerã soluit, limũ vero arefacit & stringit: nõ φ virtus eius aliter in limo, & aliter operet in cera, sed φ limi alia, alia quoq; ceræ sit qualitas: cũ vtrũq; scđm naturã vnũ sit, qa vtrũq; de terra est. Ita ergo vna eadẽq; opatio dei q̃ per Moysen in signis ac virtutibus gerebat, Pharaonis qđe duritiã arguebat, quã malitię suæ intentione conceperat: reliquorum vero Aegyptiorũ qui Israelitis admiscebãtur obœdientiã declarabat: q etiã cũ Hebræis pariter excessisse Aegyptũ referũtur. Qđ vero scriptũ est, φ paulatim edomaret domus Pharaonis, vt aliquãdo diceret: Nõ lõge abeatis, iter tridui abibitis, sed vxores vestras relinquite, & infantes vestros, & pecora vestra, sed & siqua alia scripta sunt, per q̃ paulatim videtur acquiescere signis & virtutibus: quid aliud ex his indicat nisi φ agebat qđe in eo aliqđ signorũ & mirabiliũ virtus? Non tamẽ tantũ quãtũ deberet operabatur. Si eñ talis erat induratio qualẽ plurimi putãt, nõ vtiq; inueniretur vel in paucis acquiescere.

A ¶Tropũ vero vel figurã sermonis ei⁹ q scriptus est de induratione, etiã ex cõmuni consuetudine exponere, puto φ nõ videat absurdũ. Frequẽter eñ benigniores qq; domini ad eos seruos q p multã patiẽtiã & mãsuetudinem suam insolẽtiores, improbioresq; fiunt, dicere solent: Ego te talẽ feci: ego te perdidi, mea patientia te pessimũ fecit: ego tibi causa huius tã durę & pessimę insolẽtię existo, q te nõ statim p singulas culpas punio p merito delictorũ. Necesse eñ nos est tropũ vel figurã sermonis aduertere: & ita demũ virtutẽ dei intelligere, nec inferre calumnias verbo, cui⁹ interiorem sensum diligentius exploremus. ¶Deniq; Apostol⁹ Paulus euidẽter de talib⁹ tradẽs, ait ad eũ qui permanebat in peccatis. An diuitias bonitatis eius, ac patiẽtię, & lõganimitatis cõtemnis, ignorãs φ benignitas dei ad pœnitẽtiã te adducit? Secũdũ duritiã aũt tuam & impœnitẽs cor thesaurizas tibi ipsi irã i die iudicii dei. Hęc dicit Apostolus ad eũ q in peccatis est: conuertamus hęc ipsa nos ad Pharaonẽ dici, & vide si nõ ea etiã de ipso dici cõsonãter inuenies, qa secũdũ duritiã eius, & cor impœnitẽs thesaurizauit & recõdidit sibiipsi irã in die irę, p eo φ nũq̃ duritia eius ita argui, & i manifestũ venire potuisset, nisi signa & pdigia fuissent tã multa, tãq; magnifica psecuta. Q; si minus plenę videntur esse pbationes quas diximus, & apostolicę similitudinis parũ munimẽti habere adhuc videat assertio: adhibeam⁹ etiã pphetice auctoritatis assensum, & videam⁹ q̃d etiã prophetæ pnũciẽt de his, q primo qdẽ recte viuẽtes, benignitatis dei habere q̃plurima experimẽta meruerũt, postea vero vt hoĩes deliq̃rũt: cũ qb⁹ se quoq; vnũ faciẽs prophetauit: Vt qd domine errare nos fecisti a via tua? & quare idurasti cor nostrũ vti nõ timeremus nomẽ tuũ? Cõuertere pper seruos tuos, propter tribus hęreditatis capiam⁹ de mõte sancto tuo. Sed & Hieremias similiter dicit. Seduxisti nos domine, & seducti sum⁹: tenuisti & potuisti. Qđ ergo ait, Ad qd dñe idurasti cor nostrũ vti ne timeamus nomẽ tuũ: dictũ ab his q misericordiã pcabãtur, morali vtiq; tropo accipiendũ est: velut quis dicat, vt qd intãtũ pepercisti nobis, nec requisisti nos cũ peccaremus, sed reliquisti nos vt p hoc incresceret malum, & propagaretur peccandi licẽtia animaduersione cessante? Sic equus si non assidui sessoris patitur calcẽ, & frenis ora feratis obterit, idurescit. Sic puerilitas si nulla plagę assiduitate curuetur, insolẽtẽ simul & ad vitia pcipitẽ iuuenẽ reddet. Relinqt ergo deus, & negligit eos quos correptione iudicarit indignos. Quẽ eñ diligit dñs, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Ex quo arbitrandũ est filiorũ & in ordinem & affectũ recipi eos qui flagellari a domino meruerint & corripi. quo scilicet & per tẽtationũ & tribulationũ patiẽtiam possint etiã ipi dicere, Quis nos separabit a charitate dei quę est in Christo Iesu? Tribulatio? an angustia? an nuditas? an periculum? an gladius?

¶Per hæc oĩa manifestat & prodit vniuscuiusq; ppositũ, & perseuerãtię firmitas idicat nõ tã deo q nouit oĩa anteq̃ fiant, q̃ rationabilibus virtutib⁹, quę vtiq; procurationẽ salutis humanę velut quędã adiutrices dei ministręq; sortitę sunt. Hi vero q nõdũ se tãta cõstantia, neq; tãto affectu offerũt deo, neq; parati sunt accedẽtes ad seruitutẽ dei pręparare animas suas ad tẽtationẽ, derelinqui dicũtur a deo, id est nõ erudiri, p eo φ ad erudiẽdũ parati non sunt, in posterũ sine dubio tẽpus eorũ dispẽsatione vel curatione dilata. Qui vtiq; quid a deo consequẽtur, ignorãt: B

nisi prius ad beneficia consequenda per desiderium venerint. Qđ ita demum fiet, si quis ante semetipsum cognoscat, & sentiat quid sibi desit: & qđ sibi deest, a quo quęrere vel debeat vel possit intelligat. Qui em̄ nō intellexerit prius infirmitatē vel ęgritudinē suā, medicū q̄rere nescit, vel certe cū receperit sanitatē nō egerit gratias medico, quoniā nō prius periculū sui lāguoris cognouit. Ita & si qs nō prius animæ suæ vitia & peccatorū suoꝝ cognouerit mala, ac ꝓprii oris cōfessiōe ꝓdiderit: purgari is absolui q̄ non poterit, ne ignoret sibi p gratiā cōcessum fuisse qđ possidet, & diuinā liberalitatē ꝓpriū bonū putet: q̄ res sine dubio arrogātiā generet & elationem, & denuo ei causa fit ruinę. Qđ etiā de diabolo sentiēdū est, q primir⁹ honores suos ꝓprios, & nō a deo datos esse credidit, quos habebat tūc cū immaculat⁹ erat, & īpleta est in eo illa sentētia q̄ dicit, ꝙ ois q se exaltat humiliabitur. Vñ mihi videt̄ ꝙ ideo occultata sint prudētiorib⁹ & sapiētiorib⁹ diuina mysteria, quē admodū scriptura dicit, vti ne glorieť ois caro in conspectu dei, & reuelata sint paruulis, his videlicet q postea q̄ infantes facti fuerint & puuli, id est ad humilitatē se, & in simplicitatē reuocauerint paruuloꝝ, tunc ꝑficiūr: & cū ad perfectionē venerint, meminerint vti q̄ ꝙ non iā suis virtutibus, sed gratia & misericordia dei beatitudinem consecuti sunt.

C ¶ Igitur dei iudicio derelinquitur is qui derelinqui debet, & patiētiā habet deus sup non nullis peccātibus, nō tamē sine certa ratione. Sed & hoc ipm ꝙ patiēs est, ad vtilitatē ipsorum facit, qm̄ quidem immortalis est anima cuius curā & prouidentiā gerit. Et vti q̄ qđ immortale & æternū est, etiā si nō cito cureť non tamē excluditur a salute, quæ in tēpora opportuniora differť. Nā & fortassis expedit tardius cōsequi his qui venenis malitię ꝓfundioris infecti sunt. Sicut enim medici īterdū cum possint celerius obducere vulnerū cicatrices, ꝓsentē dissimulāt & differunt sanitatē melioris sanitatis firmiorisq̄ ꝓspectu, dū melius esse norunt moram facere in tumoribus vulnerū, & maligni humoris fluentes paulisper sinere meatus, q̄ festinare ad superficiē sanitatis, & obtrusis ī venis fomitem venenati humoris includere: q vti q̄ exclusus a salutis meatib⁹ serpet sine dubio ī interiora mēbrorum, at q̄ ipsa vitalia viscerū penetrabit, non iam morbū corpori, sed vitę illaturus exitiū: Hoc ergo modo & de⁹ q nouit occulta cordis, & prænoscit futura, per multā patientiā indulget fieri q̄dam q̄ extrinsecus incidentia hominibus ꝓuocēt proferri, & in lucē procedere passiones & vitia quę celanť intrinsecus, vt per hęc expurgari & curari possint hi q p multam negligentiā & incuriā peccatorū in se radices ac semīa receperūr, vt eiecta foras at q̄ ad superficiē ꝓuocata, euomi quodāmodo possiunt & digeri: vt etiā si videať quis in grauiorib⁹ affici malis dū mēbroꝝ omnium sustinet conuulsiones, possit tamē cessare aliquādo & desinere, & satietatē capere maloꝝ, & sic ad statū suū post mltas molestias reparari. Deus em̄ dispensat aīas nō ad istud solū vitę nostrę breue tempus, qđ intra sexaginta fere, aut si qd amplius annos cōcludit̄, sed ꝑpetuū & æternū tēpus, tanq̄ æternus ipse & immortalis, īmortaliū quo q̄ animarū ꝓuidētiā tenēs. Incorruptibilē nā q̄ fecit esse rationabilē naturā, quā ad imaginē suā ac similitudinē cōdidit: & ideo nō excluditur breuitate temporis huius vitę nostrę a curis & remediis diuinis anima quæ immortalis est.

¶ Sed assumam⁹ etiā de Euāgeliis hoꝝ q̄ dicimus similitudines, vbi referť esse q̄dā petra habēs paruā & exiguā terrā, in quā si ceciderit semē cito memorať exoriri, sed exortum fuerit, qm̄ radicē nō dedit in ꝓfundū, ascēdēte sole ęstuari dicit̄, & arescere qđ exortum est. Quæ vti q̄ petra sine dubio ꝓ aīa posita ē humana, ꝓ sui negligētia indurata, & ꝓpter malitiā saxea effecta. Nulli em̄ a deo cor lapideū creatū est, sed per malitiā vnicui q̄, & inobœdientiā cor lapideum fieri dicitur. Sic ergo si quis increpet agricolā quare non citius semina sup terrā petrosam iecerit, p eo ꝙ viderat ad eam terrā petrosam accepta semina velociter germinasse: vti q̄ respōdebit agricola & dicet, quia idcirco tardius semino terrā istam, vt possit semina quę susceperit retinere. Expedit. n. huic tali terrę vt posteri⁹ seminet, ne forte citius germinante segete, summa tenus soli fronte ea procedēs solis æstib⁹ obuiate nō possit. Nōne rationi & peritiæ acquiescet agricolę: & quod pri⁹ sibi videbatur inconsequēs, rationabiliter factū probabitur: Ita ergo deus vniuersę creaturę suę peritissimus agricola dissimulat & differt in aliud sine dubio tempus, hęc quæ nobis videntur citius debuisse consequi sanitatem, vti ne superficies eorum magis q̄ interna curentur.

E ¶ Si vero qs nobis ad hoc obiiciat: quare ergo quędā semina cadunt etiā super terrā petrosam. i. durā aliquā, & saxeam animā: dicendum ad hoc ꝙ ne hoc q̄dē abs q̄ diuinæ dispensationis fieri ꝓuidētia potest: quia nisi ꝑ hoc cognosceretur quid cōdemnationis ha-

beret temeritas auditus, & persecutionis improbitas: nō vtiq cognosceret qd esset vtilitatis erudiri p ordinē. Et inde fit vt cognoscat anima vitiū suū, seq ipsam reprehēdat, ac cōsequēter se culturę reseruet, ac tradat. i. vt videat sibi prius vitia resecāda, tū deinde ad instructionē sciētię veniēdū. Quia ergo sicut innumerabiles sunt animę, ita & mores earū atq ppposita, diuersiq singularū mot⁹, & appetētię, & incitamēta, quarū varietatē humana mens considerare nullatenus potest: ideo soli deo ars, & sciētia, & potētia dispēsationis huiuscemodi relinquēda est, q solus nosse potest & remedia singularū, & curationū tēpus metiri. Ipse ergo q solus (vt diximus) agnoscit singulorū mortalium vias, qua via etiam Pharaonē adducere deberet vt p ipm nomē suū noīaret in vniuersa terra, plurib⁹ plagis antea castigatū, & vsq ad submersionē maris adductū. In qua submersiōe nō vtiq putādū est finitā esse erga Pharaonē puidētiā dei: nō em̄ qa demersus est: cōtinuo etiā substātialiter interisse putandus est. In manu em̄ dei & nos, & sermones nostri, & ois prudētia atq operū disciplina est, sicut scriptura dicit. Verū hęc p viribus nostris disseruim⁹ capitulū scripturę discutiētes, in quo dicitur deus indurasse cor Pharaonis, & pro eo qd dictū est, Cui ergo vult miseret, & quē vult indurat.

A ¶Nūc videamus etiam de his quæ Ezechiel dicit cum ait: Auferam cor lapideum ab eis, & immittā eis cor carneū, vt in iustificationibus meis incedāt, & pcepta mea custodiāt. Si enim cum vult deus aufert lapideum cor, & carneū dat, vt pręcepta sua seruent, & mādata custodiant: neq malitiā auferre in nostra videbitur esse potestate. Auferri em̄ cor lapideum non aliud videtur esse q̄ malitiam qua quis obduraſ abscindi a quo deus vult. Neq q imittitur cor carneū vt in præceptis ambuletur dei, & seruenſ mandata dei, aliud est nisi obœdientē fieri, & non resistētē contra veritatē: & hoc pmittit deus se facturū. Et si anteq̄ auferat cor lapideum, deponere illud a nobis nō possumus: cōseqūes est vt in nostra potestate nō sit abiicere malitiam, sed in deo. Et iterū, si nō in nostro actu est vt fiat in nobis cor carneū, sed solius dei opus est: nō erit nostrū opus secūdū virtutem viuere, sed in omnibus gratiæ opus videbitur.

¶Hęc quidē dicūt hi qui volūt ex auctoritate diuinæ scripturæ asserere nihil esse positū in nostra potestate. Quibus respōdebimus hoc nō taliter intelligi oportere: sed sicut si sit aliqs imperitus & indoctus, is qdē sentiēs imperitię suę notā siue adhortatione cuiusq̄, siue prudētiū quorūq æmulatione pulsatus, tradat se alicui a quo cōfidat posse se diligēter imbui, & cōpetēter erudiri. Is ergo q iam prius obduruerat in impitia, si se (vt dixim⁹) cū omni animi intentione dat magistro, atq obtēperaturū se in oībus repromittit: proposiri eius intētione perspecta cōpetēter etiā magister pollicebitur ablaturū se ab eo oēm impetitiā, & inserturū peritiā: nō quo abnuenti discipulo, vel renitenti hoc se promittat esse facturū, sed offerēti se atq in oēm obœdiētiā mancipāti. Ita & diuinus sermo pmittit his qui accedunt ad se, ablaturū se esse cor lapideū, nō vtiq ab his q se nō audiūt, sed ab his qui doctrinę suę pcepta suscipiūt: sicut i euāgeliis inuenimus ægrotātes accedere ad Saluatorē rogātes vt pcipiāt sanitatem: & ita demum curari. Et est quidem (verbi gratia) vt curētur cęci, & videāt, in eo qdē q precati sunt saluatorē, & crediderūt ei posse ab eo curari, opus ipsorū q curari sunt: in eo vero q eis redditur visus, opus est Saluatoris. Ita etiā in hoc diuinus sermo pmittit daturū se esse eruditionē auferēdo cor lapideū, i. abstergēdo malitiā, vt possint p hoc in diuinis ambulare præceptis, & legis mandata seruare.

¶Post hoc propositum nobis est etiam illud B de euāgelio, qd Saluator dixerat: Propterea his qui foris sunt in Parabolis loquor, vt vidētes videant, & nō videant: & audientes audiāt, & nō intelligāt, ne forte cōuertātur & remittaſ eis. In quo dicet q e diuerso respondet: si omni modo hi qui manifestius audiēt corrigētur & cōuertenſ, & ita cōuertentur vt & digni sint pcipere remissiouē peccatorū: nō est autē in ipsorū potestate vt audiāt manifestum sermonē, sed in eius vtiq potestate qui docet vt apertius & manifestius doceat: is vero q docet pptērea se dicit manifeste eis non prędicare verbū ne forte audiant, & intelligant, & cōuertātur, & saluētur: non erit vtiq in ipsis vt salui fiāt. Qd si est, liberi arbitrii non erimus, vel ad salutē, vel ad perditionē. Et si quidē non esset adiectū qd dixit, Ne forte cōuertanſ & remittaſ eis: posset pnior esse respōsio, qua diceremus quoniā nolebat eos quos Saluator pręsciebat nō esse futuros bonos, itelligere mysteria regni cęlorū: & propterea loquebaſ eis in Parabolis. Nūc autē cum adiectū sit, Ne forte cōuertātur & remittatur eis: difficilior efficitur expositio.

¶Et primo quidē obseruādū nobis est, qd habeat munimēti locus iste etiā aduersus hęreticos, qui aucupari verba de veteri testamē-

to solēt, siqua forte videtur eis (vt ipsi intelligūt) de deo creatore graue & inhumanum aliquid designare, vel cū iudicantis designatur vel punientis affectus, vel quomodo certe ipsi hęc nominare solēt, ex quibus videlicet bonitatem denegēt esse in creatore: qm̄ non eadē mente, nec eodē sensu etiā de Euangeliis iudicant, nec obseruant siqua talia etiā in euāgeliis posita sunt, qualia iudicāt, vel arguūt in veteri testamēto. Euidēter enim in hoc capitulo Saluator ostendit (sicut ipsi dicunt) nō manifeste loqui vt in eo nō cōuertant homines, & vt remissionē nō accipiāt peccatorū. Qđ vtiq̄ si secundū solā literam itelligatur, nihil omnino minus habebit ab eis q̄ in testamento veteri criminant. Si vero etiā ipsis vident hęc expositione indigere, siqua in nouo testamēto ita posita inueniuntur: consequēs & necessariū erit vt etiā ea quę i veteri testamento criminantur, simili expositiōe purgētur, vt per hæc vnius eiusdēq̄ probētur esse quæ in vtroq̄ scripta sunt. Sed ad propositā quęstionem, prout possumus conuertamur.

C ¶Dicebamus prius de Pharaone disputātes q̄ interdū curari citius nō cedit in bonū, maxime si internis visceribus validius morbus grassatur inclusus. Vnde deus qui occultorū cognitor est, & nouit vniuersa anteq̄ fiāt, pro multa benignitate sua differt horum talium curas, & medicinā protelat in lōgius, atq̄ vt ita dixerim curat eos dū nō curat, ne eos prospera sanitas insanabiles reddat. Possibile ergo est vt apud eos quib⁹ foris positis dñi & Saluatoris nostri sermo fiebat, pro eo q̄ scrutās corda & renes, puidebat nōdū aptos manifestioris eloquii recipe doctrinā, pfūdioris sacramenti fidē velato sermone cōtegeret, ne forte velociter conuersi ac sanati .i. peccatorū suorū remissione celeriter accepta, auersa facie iterum in eādē reciderēt morbū, quē sensefāt sine aliqua difficultate curatum. Quod vtiq̄ si fiat, nulli dubiū est duplicari pœnam & in alia augmēta cumulari: dū nō solū peccata quę remitti visa fuerint repetunt, verū etiam virtutis aula polluitur, si eā dolosæ & contaminatę mētes plenę intrinsecus malitię latentis inculcent: & q̄ nunq̄ in talibus teme dium erit, qui post malitię impuros ac sordidos cibos degustata virtutis suauitate, dulcedine eius suis faucib⁹ recepta, rursus se ad virulētos & mortiferos cibos neqtiæ cōuerterūt. Et quis dubitat melius esse differri, & interim relinqui, vt si forte satietatē malitiæ aliquādo cœperit, & horrescere poterūt sordes in qbus nūc interim delectent: tūc demū competēter eis sermo dei manifestetur, & nō sanctū canibus mittatur, nec margaritę iactētur ante porcos, qui cōculcēt eas pedibus, & insuper cōuersi rumpant, & impugnent eos qui sibi prædicauerunt verbū dei? Ergo sunt qui foris esse dicunt, sine dubio ad eorū comparationē qui int⁹ esse & manifestius audire verbū dei referuntur. Audiūt tamen & isti q̄ foris sunt verbum, licet parabolis obtectum.

¶Sunt aūt alii præter eos qui foris sunt, qui D Tyrii appellant, qui omnino non audiūt, & quidē prędicante de eis Saluatore q̄ olim in sacco & cinere iacentes pœnitētiā egissent, si factę fuissent apud eos virtutes q̄ apud alios factę sunt: & tamē non audiūt ne ea quidem quę hi qui foris sunt audiūt: credo pro eo q̄ longe horū inferior & nequior ordo esset in malitia, q̄ eorum qui foris esse dicūtur, id est nō lōge ab his qui intus sunt, & audire verbum licet in Parabolis, merebantur: & q̄ fortassis dispēsatio manet in illud tempus, quo tolerabilius erit eis in die iudicii q̄ illis apud quos factę sunt virtutes quę scriptę sunt: vt ita demū releuati tūc pondere suorū peccatorū facilius & tolerabilius per viā salutis incedant. Verū illud est qđ admonitos illos eē q̄ hæc legunt volo, huiuscemodi difficillimis & obscurissimis locis summo studio niti, nō tam vt quęstionū absolutiones ad liquidum dispiciamus: hoc enim faciet vnusquisq̄ pro ut spiritus dabit eloqui ei: sed vt pietatis regulā cautissima assertione teneamus in eo q̄ puidentiā dei iuste oīa moderantē, & ęquissimis dispēsationibus pro singulorū meritis & causis regere immortales aīas, studemus ostēdere: dū non intra huius seculi vitā dispensatio humana concludit, sed futuri status causam pstat semper anterior meritorum stat⁹: & sic immortali & æterno ęquitatis moderamine diuinę puidentię, immortalis anima ad summam perfectionis adducitur.

¶Si quis tamen occurrat nobis pro eo q̄ diximus a deteriorib⁹ quibusq̄ & nequioribus consulto differri verbum prædicationis: cur his qbus collati Tyrii, q̄ semper despecti sūt, pręferuntur, pdicatus sit sermo, in quo vtiq̄ auctum est eis malum, & grauior eorum esse facta est condemnatio, vt audirēt verbum qui nō erant crediturí: hoc modo respondēdum videtur. Deus qui vniuersarum mentium cōditor est, aduersus prouidētiam suam querelas pręnoscēs, præcipue eorū qui dicunt, quo modo credere poteramus cū neq̄ viderem⁹ ea quæ aliis prædicata sunt? intantum extra nos est culpa, vt hi quibus annūciatus est ser

mo, & signa mõstrata sunt, nihil omnino dif tulerint: sed obstupefacti ipsa prodigiorũ vir tute crediderint: volens arguere occasiones huiuscemodi querelarũ, & ostendere ꝙ non dissimulatio diuinę prouidẽtię, sed humanæ mentis arbitriũ causa sibi perditionis existit: cõtulit etiã indignis & incredulis gratiã be nefactoꝝ suoꝝ, vt vere omne os obstruatur, totũq; a deo & nihil a se esse sibi mẽs huma na cognoscat. Simul & qa grauius cõdemna tur is qui diuina beneficia sibi collata cõtem psit, q̃ ille qui cõsequi ea vel audire non me ruit: intelligat & agnoscat nũc esse diuinę & æquissimę suæ dispẽsationis etiã hoc ipsum, ꝙ interdũ dissimulat aliqbus pręstare vt vel videãt, vel audiãt virtutis diuinæ mysteria, ne signorum virtutibus visis, & sapientiæ ei⁹ mysteriis agnitis & auditis si cõtẽpserit, grauiori ĩpietatis animaduersione mulctẽt.

A ¶Videamus nũc & de eo qd dictum est, Nõ volentis, neq; currẽtis, sed miserentis est dei. Aiũt em̃ ii q e diuerso sunt, si nõ est volẽtis, neq; currẽtis, sed cui deus miseretur is salua tur: nõ est in nobis vt saluemur. Aut em̃ na tura nostra talis est vt vel saluari possimus, vel nõ saluari: aut certe in volũtate sola est eius, qui si vult miseret, & saluat. A qbus pri mo quęritur hoc: velle bona, bonum est, an malũ? & currentem festinare vt perueniat ad fidẽ boni, an laudabile est? Si quidẽ dixerint ꝙ culpabile sit, aperte insanĩet. Oẽs em̃ sancti & volũt bona, & currũt ad bona, & vtiq; cul pabiles nõ sunt. Quomodo ergo si nõ saluat, malę naturę est, vult bona & currit ad bona, sed nõ inuenit bona? aiunt enim, ꝙ arbor bo na fructus malos nõ affert: bonus etenĩ fru ctus est velle bona. Et quomodo malę arbo ris fructus est bonus? Q; si dixerint ꝙ mediũ est velle bona, & currere ad bona, id est neq; bonũ, neq; malũ: dicemus ad eos. Si medium est velle bonũ, & currere ad bona: ergo & id qd his cõtrariũ est, medium erit, id est velle mala, & currere ad mala. Sed certũ est ꝙ non sit mediũ velle mala, & currere ad mala: sed aperte malũ est. Constat ergo ꝙ nõ est mediũ velle bona, sed bonũ. His ergo tali respõsio ne depulsis, ad expositionem iam quæstionis ipsius properemus, in qua ait: Non volentis, neq; currentis, sed miserentis est dei.

B ¶In libro Psalmorum, in Canticis graduũ, q̃ Salomonis esse referũtur, hoc modo scriptũ est: Nisi dominus ædificauerit domũ, in va num laborant qui ædificant eam. Nisi domi nus custodierit ciuitatẽ, frustra vigilant qui custodiunt eam. Per quę verba non vtiq; in dicat vt cessare debeamus ab ædificãdo, & a custodia ciuitatis eius quę intra nos est: sed hoc est qd ostendit, ꝙ quęcũq; sine deo ædi ficantur, & quæcunq; sine eo custodiuntur, vane ædificantur, & sine causa seruantur. In omnibus enim quæ bene ædificantur, & be ne saluantur, dominus vel ædificationis, vel tutelę auctor ascribitur. Vt verbi causa, si vi deamus aliquod magnificum opus, & pręcla ri ædificii moles decora constructione subla tas: nõne iure & merito dicemus nõ hęc hũ manis viribus, sed diuina ope, atq; virtute constructa? nec tamẽ ex hoc cessasse humani studii labor atq; industria designabitur. Vel iterum si videamus vrbem aliquã graui ho stium obsidione circũdatam, minaces inferri machinas muris, vallo, telis, ignibus, cũctisq; bellorum instrumẽtis quibus excidia parant tur, vrgeri: si repelli hostis potuit, & fugari, digne meritoq; liberatę salutem a deo præsti tam dicimus: nec tamẽ per hoc defuisse vigi lum excubias vrbi, procinctum iuuenũ, & cu stodientiũ vigiliam designamus. Ita & Apo stolum dixisse intelligendũ est cum ait: Non sufficit ad perficiendam salutem sola volun tas humana, nec idoneus est mortalis cursus ad consequẽda cęlestia, & ad capiendam pal mam supernę vocationis dei in Christo Iesu: nisi hęc ipsa voluntas nostra bona, promptũ ꝙ propositum, & quęcunq; illa in nobis esse potest industria, diuino vel iuuetur, vel mu niatur auxilio. Et ideo valde conuenienter di cit Apostolus, ꝙ non volentis, neq; curren tis, sed miserẽtis est dei: quemadmodum ac si dicamus de agricultura illud qd scriptũ est: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incre mentũ dedit. Ita neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus.

C ¶Sicut ergo cũ bonos atq; vberes fructus ad perfectam maturitatem pertulit seges, nemo pie cõuenienterq; dicet ꝙ fructus istos agri cola fecit, sed a deo fatebitur præstitos: ita etiã nostra perfectio non quidẽ nobis cessan tibus & ociosis efficitur: nec tamen consum matio eius nobis, sed deo q est prima & præ cipua causa operis ascribetur. Sic cum nauis superauerit marina discrimina, quis multo labore nautarũ, & omni nauticæ artis opere impẽso, & gubernatoris studio atq; industria adhibita res agatur, ventorũ quoq; aspiran tibus flatibus, & astrorũ signis diligẽter no tatis: si tamẽ nauis vndis & fluctibus fatiga ta ad portũ salua peruenit, nemo sani sensus nisi misericordię dei salutem nauis ascribet. Sed ne ipse qdẽ nauta vel gubernator audet

dicere, Ego saluaui nauē, sed totū ad dei misericordiā referentnō φ sentiat se nihil ad saluandū nauē vel artis adhibuisse vel laboris, sed quoniam senrit a se quidē laborem, salutē vero a deo prestitā naui. Ita etiam in nostræ vitæ cursu a nobis quidem dependendus est labor, & studium atq; industria adhibēda: laboris nostri vero fructus a deo sperāda est salus. Alioqn si nihil nostri operis exposcit, superflua vtiq; videbuntur esse mādata: frustra etiam ipse Paulus culpat quosdam decidisse a veritate, & collaudat alios stātes in fide: præcepta quædam & īstituta ex superfluo tradit ecclesiis: frustra etiam nos ipsi vel volumus, vel currimus ad bona. Sed certum est φ hæc frustra non fiunt, & certū est φ nec Apostoli frustra præcipiūt, nec dominus sine causa dat leges. Superest ergo vt pronūciemus vt magis bonis dictis heretici calumniam faciant.

D ¶Post hęc insequebat illa quæstio, quoniā & velle & perficere eēt ex deo: & aiūt. Si ex deo velle est, & ex deo est perficere: siue bene, siue male agamus, vel volumus, ex deo est. Qd si est, liberi arbitrii nō sum⁹. Ad qd respōdendum est, φ sermo Apostoli non dicit φ velle mala ex deo ē, neq; pficere bona, aut mala ex deo est: sed generaliter ait φ velle & perficere a deo est. Sicut em̄ a deo habem⁹ hoc ipm φ hoīes sumus, φ spiramus, φ mouemur, ita & φ volumus ex deo habemus: vt si dicam⁹, φ mouemur ex deo est, vel φ singula quæq; membra officio suo deseruiūt & mouent, ex deo est. Ex quo vtiq; nō illud intelligit, quia φ mouet manus (verbi causa) ad verberandū iniuste, vel ad furandū, ex deo est: sed hoc ipsum φ mouetur ex deo est, nostrū vero est motus istos quibus motum ex deo habemus vel ad bona vel ad mala conuertere. Ita ergo est qd dicit Apostolus, quia virtutem quidē voluntatis accipimus, nos aūt abutimur voluntate, vel in bonis, vel in malis desideriis. Similiter quoq; & de effectibus sentiēdū est.

E ¶Sed de eo qd dixit Apostol⁹, Ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat: dices ergo mihi, quid queris, voluntati em̄ ei⁹ qs resistet? Enimuero homo tu qs es q cōtra respōdeas deo: nunqd dicit figmentū ei q se finxit, quid me fecisti sic: aut nō habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere aliud qdē vas in honorē, aliud autē in cōtumeliā? Dicet fortassis aliquis. Sicut figulus ex eadē massa facit alia quidē vasa ad honorē, alia aūt ad cōtumeliā: ita deus alios ad perditionem, alios ad salutē facit. Nō est ergo in nobis vel saluos fieri, vł perire: eo φ non videmur nostri esse arbitrii.

Respōdēdum est ergo his qui hæc ita intelligūt: si potest fieri vt possit Apostolus sibiipsi contraria proloqui? Qz si hoc sentiri non potest de Apostolo: quomodo videbit secundū eos iuste culpare eos qui in Corintho fornicati sunt, vel eos qui deliquerūt, & pœnitentiam nō egerūt, in impudicitia, & fornicatione, & immunditia quam gesserunt? Quomodo etiā collaudat eos qui recte egerunt, sicut Onesiphori domū, dicens: Det autem dominus salutē Onesiphori domui, qa frequenter me refrigerauit, & catenā meā non erubuit, sed cū Romā venisset sollicite requisiuit me, & inuenit: det illi dominus inuenire misericordiam apud dominū in illo die? Num ergo est apostolicæ grauitatis culpare quidē eū q culpa dign⁹ est, id est q peccauit, & collaudare eum qui laude dignus est pro opere bono: & rursum (cū i nullius sit potestate agere aliquid boni vel mali) dicere creatoris esse op⁹ vt vnusq̄sq; vel bene agat vel male: cū aliud ad honorē vas faciat, aliud ad cōtumeliam? ¶Quomō aūt illud quoq; addit: Quia oēs nos stare oportet aū tribunal Christi vt recipiat vnusq̄sq; nostrū in corpore suo put gessit siue bonū siue malū? Quæ.n. boni retributio ei qui malū facere nō potuit ad hoc ipsū a creatore format⁹? vel quę pœna digne irrogabitur ei qui bonū facere ex ipsa conditoris sui creatione nō potuit? Tūc deinde quomodo nō cōtrarium est huic assertioni illud qd alibi dicit, In domo autē magna nō sunt tantūmō vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia: & alia quidem ad honorē, alia aūt ad cōtumeliam: Si ergo quis emūdauerit semet ipsum ab his, erit vas ad honorē sanctificatū & vtile domino ad omne opus bonū paratū. Ergo qui se emundauerit efficitur vas ad honorem: qui autem immunditias purgare cōtēpserit, efficitur vas ad cōtumeliam? Ex quibus sentētiis nullatenus (vt opinor) causa gestorum ad creatorem referri potest. Nā facit quidem creator de⁹ quoddā vas ad honorē, & facit alia vasa ad contumeliā: sed illud vas quod se purgauerit ab omni immunditia, illud facit vas ad honorem: quod vero vitio⁊ sordib⁹ se maculauerit, illud vas ad cōtumeliam facit. Itaq; concluditur ex hoc, φ prius gestorum vniuscuiusq; causa præcedit, & p meritis suis vnusq̄sq; a deo vel honoris vas efficitur, vel contumelię. Vnde vnumquodq; igit vas vt vel ad honorē a creatore formetur, vel ad cōtumeliam, ex seipso causas & occasiones prestitit cōditori. Qz si iusta hęc videtur assertio, sicut est certe iusta, & cū omī

pietate concordãs, vti ex pcedentibus causis vnũquodq; vas vel ad honorẽ deo, vel ad cõtumeliã pparet: nõ videt absurdũ eodẽ ordine atq; eadẽ cõsequẽtia discutiẽtes nos antiquiores causas, eadẽ etiã de animarũ ratione sentire: & hoc esse in causa q Iacob dilectus est etiãdũ adhuc in vẽtre matris haberetur.

A ¶Sed & illud qd dictũ est, q ex eadẽ massa & honoris & cõtumeliæ vas fiat, nõ nos poterit coarctare: vnã etenim naturã omniũ esse dicimus rationabiliũ animarũ, sicut vna luti massa subiacere figulo designatur. Cũ ergo vna omniũ sit natura rationabiliũ creaturarũ: ex ipa deus secũdũ pcedẽtes meritorũ causas, sicut ex vna massa figulus, creauit & plasmauit alios qdẽ ad honorẽ, alios aũt ad cõtumeliã. Q vero velut increpãtis est Apostoli sermo quãdo dicit: O homo tu qs es q cõtra respondeas deo? puto illud esse qd ostẽdit ex hoc, q ad fidelẽ quẽq; recte & iuste viuẽtem, & habẽtẽ fiduciã apud deũ: talis increpatio nõ refert. Talis erat Moyses ille de quo dicit scriptura, q Moyses loquebat, Deus autem respondebat ei cũ voce: & sicut respondebat Moysi, ita respondet & sanctus quisq; deo. Qui vero infidelis est, & perdit apud deũ fiduciã respondẽdi, vitæ suę & conuersationis indignitate, quiq; de his non ideo quęrit vt discat & proficiat, sed vt cõtẽdat & resistat: & vt manifestius dicam, qui talis est qui hęc possit dicere quę significat Apostolus, dicẽs: Quid ergo adhuc cõqueritur? voluntati em eius quis resistet? ad hũc recte increpatio ista dirigitur quã dicit Apostolus. O homo tu quis es qui contra respondeas deo? Est ergo increpatio hæc non ad fideles, sed impios.

¶His vero qui diuersas animarum introducunt naturas, & sermonẽ hunc apostolicum ad assertionẽ dogmatis sui trahũt: hoc modo respondendũ est. Sed constat etiam apud ipsos hoc, q ex vna massa fieri dicit Apostolus & eos qui ad honorẽ, & eos q ad contumeliã fiũt, quos ipsi saluãdę & perditæ naturæ vocant, sed vna omniũ. Et si acquiescunt q vnus atq; idẽ figulus vnũ sine dubio creatorẽ designet: diuersi nõ erunt creatores vel eorũ qui saluãtur, vel eorũ qui pereunt. Iam sane eligãt, vtrum de bono velint intelligi q creat malos & perditos: an de bono qui creat bonos, & ad honorẽ paratos. Vnũ em e duobus necessitas ab eis responsionis extorquet. Secũdũ nostrã vero assertionem, qua ex pcedentibus causis deum dicimus vel ad honorem vasa, vel ad cõtumeliam facere, in nullo approbatio dei iustitiæ coarctatur.

¶Possibile nãq; est vt vas hoc qd ex priorib9 causis in hoc mũdo ad honorẽ factũ est, si negligẽtius egerit, p cõuersationis suę meritis in alio seculo efficiat vas ad contumeliã: & qd vas ad cõtumeliã a creatore formatũ est, vt emẽdauerit se, atq; ab oĩbus sordibus vitiisq; purgauerit, illo nouo seculo potest effici vas ad honorẽ sactificatũ & vtile ad omne opus bonũ paratũ. Deniq; q in hoc seculo vt Israelitę essent a deo formati sunt, & idignã vitam gñis sui nobilitate gesserũt, atq; ab oĩ familię suę generositate deciderũt: isti quodãmodo ex vasis honoris p icredulitate sua in seculo vẽturo ĩ vasa cõtumeliç cõuertent: & multi rursum q ĩ hac vita ĩter Aegyptia vel Idumęa deputati sunt vasa: Israelitarũ fide ac conuersatione suscepta, cũ opa Israelitarũ fecerint, ecclesiã dñi ingressi ĩ reuelatione filiorũ dei vasa honoris existẽt. Ex quo magis cõuenit regulę pietatis, vt credam9 vnũquẽq; rationabiliũ secũdũ ppositũ & cõuersatione suã aliquãdo ex malis ad bonũ cõuerti: aliqñ a bonis ad mala decidere: nõnullos manere in bonis: alios vero etiã ad meliora pficere, & semp ad superiora cõscẽdere, vsquequo ad summũ omniũ puẽiat gradũ: alios vero manere in malis, vel si diffundere se vltra in eis malitia cœperit, pficere in pœnis, & vsq; ad vltimũ pfundũ malitię demergi. Vnde & arbitrandũ est possibile esse aliquos q primo quidẽ a paruis peccatis cœperint, in tãtã malitiã diffundi, & in tãtũ malorũ venire profectũ, vt nequitię modo & aduersariis potestatibus exæquẽtur: & rursum si p multas pœnarũ graues animaduersiones resipiscere aliquãdo potuerint, & paulatim medelã vulneribus suis requirere tẽtauerint, cessante malitia reparari posse ad bonũ. Ex quo opinamur quoniã qdẽ (sicut frequẽter diximꝰ) immortalis est anima, & æterna: q in multis & sine fine spatiis p imẽsa & diuersa secula possibile est vt a sũmo bono ad infima mala descẽdat, & ab vltimis malis ad summa bona reparet.

C ¶Verum quoniã sermo Apostoli in his quidem quę de vasis honoris, vel contumelię dicit, q si quis seipsum mũdauerit, erit vas ad honorem sanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonũ semper paratum: nihil videtur in deo posuisse, sed totum in nobis: in his vero in quibus ait: Potestatẽ habet figulus luti de eadẽ massa facere aliud vas ad honorem, aliud ad cõtumeliã, totũ videtur ad deum retulisse: non est accipiendum sibi esse contraria, sed vtrũq; sensus ad vnũ vocãdus, & e duobus vnus effici debet intellectus: id

est vt neq; quæ in nostro arbitrio sunt,putemus sine adiutorio dei effici posse: neq; ea q̃ in manu dei sunt,putemus absq; nostris actibus,& studiis,& proposito cõsummari: scilicet quo neq; nos velle aliquid vel efficere ex nostro iam habeamus arbitrio,vt nõ scire debeamus hoc ipm qd possumꝰ velle vel efficere,a deo nobis datũ esse secũdũ eã distinctionẽ quã supra diximus. Vel rursum cũ deꝰ fingit vasa,alia qdẽ ad honorẽ,alia vero ad contumeliã: putandũ est ꝙ nõ honoris vel cõtumeliç causas tanq̃ materiã quãdã nostras vel voluntates,vel proposita,vel merita habeat,ex qbus vas singuloꝝ nostrorũ, vel ad honorẽ,vel ad cõtumeliã fingat: dum motus ipse animæ vel propositum mentis de seipso suggerat illi quẽ nõ latet cor & cogitatio animi vtrum ad honorẽ fingi vas eius,an ad cõtumeliam debeat. Sed ista sufficiãt prout potuimus de liberi arbitrii quęstione agitata.

De contrariis potestatibus.CAP.II.

D DE CONTRARIIS POTEstatibꝰ vidẽdũ nũc est secũdũ scripturas,quomodo cõtrarię virtutes, vel ipse diabolus reluctantur humano generi,prouocãtes & instigantes ad peccatũ. Et primo quidẽ in Genesi serpens Euam seduxisse describitur: de quo in ascensione Moysi(cuius libelli meminit in Epistola sua Apostolꝰ Iudas) Michael archãgelus cũ diabolo disputans de corpore Moysi: ait diabolo,inspiratum serpentem causam extitisse præuaricationis Adæ & Euæ.

¶Sed & illud requiritur a quibusdã: quis est angelus qui de cęlo loquitur ad Abraham dicens: Nunc cognoui quoniam tu times deũ, non pepercisti filio tuo dilecto quem dilexisti pro me? Manifeste enim angelus fuisse describitur qui dicit cognouisse se tunc ꝙ timeret deũ Abrahã,& non pepercerit filio suo sicut scriptura dicit: sed nõ declarauit vtrũ ꝓ deo, an pro se,hoc est pro eo qui hoc dicebat.

¶Requirendũ est etiam illud de quo in Exodo dicitur , ꝙ voluerint interficere Moysen pro eo ꝙ abibat in Aegyptum. Sed & postea qui est qui exterminator angelus dicitur: nec non & ille qui sit qui in Leuitico scriptus est Apopõpæus,id est transmissor, de quo ait ita scriptura: Sors vna domino,& sors vna Apopompæo,id est transmissori.

¶Sed & in primo libro Regnorum spiritus pessimus Saulem dicit̃ effocare. In tertio vero libro Michęas propheta dicit: Vidi dominũ sedentem super thronum suum,& omnis militia cęli stabat circa eũ a dextris eius,& a sinistris eius. Et dixit dominus: Quis seducet Achab regem Israel vt ascendat & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit iste sic,& ille dixit sic. Exiit aũt spũs, & stetit in cõspectu dñi,& dixit,Ego seducam eum. Et dixit dominꝰ ad eũ. In quo? Et dixit,Exeam,& ero spiritus mẽdax in ore omniũ prophetarum ipsius. & dixit: Seduces,& quidẽ poteris. Exi ergo,& fac cito sic. Et nũc dedit dominus spiritum mendacem in ore omniũ prophetarum tuorum: Dominus locutꝰ est super te mala. Manifeste enim per hoc ostenditur ꝙ voluntarie & ꝓposito suo elegit spiritus quidẽ vt seduceret & mẽdacium operaretur: quo abutitur deus ad necem Achab,qui hoc pati dignus erat.

¶In primo quoq; libro Paralipomenon, suscitauit(inqt)diabolus Satan in Israel,& concitauit Dauid vt numeraret populũ. In Psalmis vero angelꝰ malus atterere dicit̃ quosdã. ¶In Ecclesiaste quoq; Salomõ ait. Si spũs potestatẽ habẽtis ascenderit sup te,locũ tuũ ne dimittas,qm̃ sanitas cõpescet peccata multa. ¶In Zacharia vero legimus diabolũ stantẽ a dextris Iesu,& resistẽtẽ ei. Esaias vero ait gladiũ dñi exurgere sup draconẽ serpẽtẽ peruersum. Quid autem dicam de Ezechiele i secũda visione ad principem Tyri manifestissime de virtute contraria prophetãte? Qui etiam in fluminibꝰ ægypti draconẽ dicit habitare. ¶Totus aũt liber qui scriptꝰ est de Iob,quid aliud q̃ de diabolo cõtinet petẽte potestatẽ sibi dari oĩm quę habet Iob,& filioꝝ eiꝰ,insup corporis eius? Qui tñ ꝑ eius patiẽtiã vincit̃. In quo libro multa respõsis suis edocuit dñs de aduersante nobis virtute draconis istius. Hęc interim ex veteri testamento,quantũ ad præsens memorię succurrere potuerũt,dicta sint de eo ꝙ contrariæ virtutes vel nominãtur in scripturis,vel humano generi dicunt̃ aduersari,postmodum puniendæ.

¶Videamꝰ aũt & in nouo testamẽto, vbi Sa E
tanas ad Saluatorẽ accedit tentans eum. Spiritus vero maligni,& dęmonia immũda quę aliquantos obsederãt,fugata sũt a saluatore de corporibus patientiũ,qui & liberati ab eo dicunt̃. Sed & Iudas cum iam diabolus misisset i cor eius vt traderet Christũ,postea etiã totũ Satanã suscepit in sese. Scriptum est eñ ꝙ post buccellã introiuit in illum Satanas. Paulus vero apostolꝰ docet nos nõ debere dare locũ diabolo,sed induite,inquit, arma dei vt possitis resistere aduersus astutias diaboli: designans luctamẽ esse sanctis nõ aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus pricipaᵹ

tus, aduersus potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum harũ, aduersus spiritalia nequitię in cęlestibus. Sed & Saluatorem crucifixum esse dicit a principibus huius mũdi qui destruentur: quorum etiam sapientiam dicit se nõ loqui. Per hęc igitur omnia docet nos scriptura diuina esse quosdam inuisibiles hostes dimicãtes aduersus nos, & præcipit ac mari nos debere cõtra eos. Vnde & simpliciores quiq; domino Christo credẽtiũ existimãt q̃ omnia peccata quęcunq; cõmiserint homines, ex istis contrariis virtutibus mentẽ delinquentium perurgentibus fiãt: pro eo q̃ in certamine isto inuisibili superiores inueniantur potestates. Q; si, verbi causa, diabolus non esset, nemo hominum omnino delinqueret.

A ¶ Nos vero rationẽ dilucidius intuentes, hęc ita esse nõ arbitramur, cõsiderãtes ea quę manifeste ex corporali necessitate descẽdunt. An vero putandum est q̃ diabolus esuriẽdi causa nobis existat? Neminẽ esse puto q̃ hoc audeat affirmare. Si ergo esuriẽdi & sitiẽdi nõ nobis ipse sit causa: quid aliud, cũ vniuscuiusq; ętas ad virilitatis tẽpus aduenerit, & naturalis caloris icẽtiua suggesserit? Cõsequẽs est sine dubio, vt sicut esuriẽdi, & sitiendi diabolus causa nõ est, ita nec eius quidẽ motus qui adultæ ętati naturaliter suggeritur, id est appetendi coitus desideriũ. Quã causam nõ vtiq; semper a diabolo moueri certũ est, ita vt putandum sit q̃ si diabolus non esset, huiuscemodi admixtionis desiderium corpora non haberent. ¶ Tum deinde cõsideremus si (vt supius ostẽdimus) cibus hoibus nõ ex diabolo, sed naturali quodã appetitur instinctu, vtrũ posset fieri vt si diabolus nõ esset, humana experientia tanta in percipiendo cibo disciplina vteretur, vt nunq̃ penitus excederet modũ. i. vt vel aliter q̃ res posceret, vel ampli⁹ q̃ ratio indulgeret, acciperet: & nunq̃ eueniret hoibus in seruando cibi modo mensuraq; delinquere. Ego quidẽ nõ arbitror hoc ab hominib⁹ potuisse seruari, etiã si nulla diaboli prouocasset instinctio, vt percipiẽdi cibi modũ disciplinãq; nullus excederet, priusq̃ id lõgo vsu experiẽtiaq; didicissent. Quid igitur est? In escis quidem & potu possibile erat delinquere nos, & sine diabolicis incitamẽtis, si forte minus cõtinentes, vel min⁹ industrii fuissemus innẽti: in appetẽdo vero coitu, vel naturalibus desideriis tẽtãdis, putandũ est q̃ nõ simile aliquid pateremur? Arbitror aũt q̃ eadẽ rationis cõsequẽtia etiã in cęteris naturalibus motibus possit intelligi, cupiditatis, vel irę, vel tristitiæ, vel in oĩbus oĩno, quę per intẽperãtię vitiũ, modum mensurę naturalis excedũt. Euidẽs igitur ratio est, q̃ sicut in rebus humanis ppositũ solũ per seipsum imperfectũ est ad cõsummationem boni, (adiutorio nãq; diuino ad perfecta quęq; perducitur) ita etiã in contrariis initia quędã, & velut quędã semina peccatorũ ab his rebus quę iu vsu naturaliter habẽtur accipimus. Cũ vero indulserimus vltra q̃ satis est, & nõ substiterimus aduersus primos intemperãtię motus: tũc primi huius delicti accipiẽs locũ virt⁹ inimica instigat, & perurget oib⁹ modis, studẽs profusius dilatare peccata, & quidẽ nobis hoibus occasiones & initia præbẽtibus peccatorũ, inimicis aũt potestatibus latius ea & longius si fieri potest absq; vllo fine propagantibus. Ita deniq; iu auaritiam lapsus efficitur, cũ primo homines parũ quid pecunię desiderant, augescẽte vitio cupiditas increscit. ¶ Post hoc iã cum etiã cęcitas mẽtis ex passione successerit, inimicis suggerentib⁹, ac perurgentibus, pecunia iam nõ desideratur, sed rapitur, & vi, aut etiã sanguinis humani pfusione quæritur. Ad certiorẽ deniq; rei fidẽ, q̃ immẽsitates istæ vitiorũ a dęmonibus veniant, contemplari etiã ex eo facile potest, q̃ nihil min⁹ his qui corporaliter vexantur a dęmonib⁹, etiã illi patiũtur, q̃ vel immoderatis amoribus, vel irę intẽperantia, vel nimietate tristitiæ perurgentur. Nã & in nonnullis historiis refertur, q̃ in insaniã quidã ex amore deciderũt, alii ex iracundia, nõnulli ex tristitia, vel nimio gaudio: qđ arbitror ex eo accidere, q̃ contrariæ istæ virtutes. i. dęmones, loco sibi in eorũ mẽtibus dato per intemperantiam prius, sensum eorũ penitus possederint: maxime cũ nulla eos ad resistendum virtutis gloria concitarit.

¶ Q; aũt sine quadam peccata quæ nõ a contrariis virtutibus veniant, sed ex naturalibus corporis motibus initium sumãt, manifestissime declarat Apl'us Paulus in eo dũ dicit: Caro concupiscit aduersus spiritũ, spiritus autẽ aduersus carnẽ: hæc sunt quæ sibi inuicẽ resistunt, vt nõ quę vultis illa faciatis. Si ergo caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spũs aduersus carnem: est nobis aliquãdo colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ. i. cũ hoies & secũdũ carnẽ ambulemus, & cũ nõ possimus tentari in maioribus tentationib⁹ q̃ humanis, cũ dicitur de nobis: Tentatio vos nõ comprehẽdat nisi humana. Fidelis autem deus qui non permittet vos tentari supra id quod potestis. Sicut eñ hi qui agonibus pręsunt, eos qui ad certamen veniũt, nõ vtcũq;, neq; fortuitu sicut se sinũt inire certamina, sed diligẽti examinatione prout corpa viderint, vel ætates æquissi B

ma cõparatiõe iungẽtes illũ cũ illo: verbi gratia, pueros cũ pueris, viros cũ viris, q sibi vel æui vel roboris ꝓpinquitate cõueniãt: Ita intelligẽdũ est etiã de diuina prouidentia ꝙ oẽs qui in hos humanę vitæ descẽderint agones, iustissima moderatione dispẽset sc̃dm rationẽ vniuscuiusq; virtutis, quã ipse solus q solus corda hominũ intuetur agnoscit, vt alius quidẽ pugnet aduersus carnẽ talẽ, & alius quidẽ in tantũ tẽpus, alius vero in tantũ, & vt alter instiget carnem in hoc vel illud, alius vero in aliud: tũ vero vt aliꝰ resistat aduersus iimicã potestatẽ illã vel illã, alius vero aduersus duas vel tres simul, aut nũc quidẽ aduersus aliã, nunc iterũ aduersus aliã, & certo tẽpore quo aduersus illã, & certo quo aduersus aliã: vel post quæ gesta aduersus quas pugnet, post q̃ vero aduersus malitias. Intuere eñ, ne forte tale aliqd indicet̃ ꝑ hoc qđ dicit Apl'us. Fidelis aũt deus q non patiet̃ vos tentari supra id qđ potestis. i. ꝑ eo ꝙ singuli ꝑ virtutis suæ quãtitate, vel possibilitate tentantur. Nec tñ qm̃ diximꝰ iusto iudicio vnũquẽq; pro virtutis suę quãtitate tentari, idcirco putãdum est ꝙ omni genere debeat vincere qui tẽtatur: sicut ille quidem qui in agone contendit, q̃uis æqua moderatione cõparatus sit aduersario, non tamen omni genere vincere poterit.

C ¶ Verũ nisi ęqualis fuerit certantium virtus, nõ erit iusta palma vincẽtis, nec iuste culpabitur victus: ꝓpterea ꝑmittit quidem nos tẽtari, nõ tñ supra id qđ possumus: pro viribus enim nostris tẽtamur: nec tñ id scriptũ est, q facit in tẽtatiõe etiã exitũ vt sustinere possimus. Vt vero hoc quo posse nobis ipse dedit vel strenue, vel segniter ĩpleamꝰ, in nobis est. Dubium enim non est ꝙ in omni tentatione adest nobis tolerandi virtus, si tñ nos cõpetẽter vtamur virtute cõcessa. Non eñ idem est habere vincendi virtutẽ & vincere: sicut ipse Apl'us cautissimo sermone signauit, dicens ꝙ dabit deus exitum vt sustinere possitis, nõ vt sustineatis. Multi eñ sustinent, sed in tẽtatione vincũtur. A deo autẽ dat̃ non vt sustineamus: alioquin nullum iã videretur esse certamen: sed vt sustinere possimꝰ. Ea autẽ virtute quę nobis data est vt vincere possimus secundum liberi arbitrii facultatẽ, aut ĩdustrie vtimur & vincimus, aut segniter & superamur. Si eñ totũ nobis hoc detur vt oĩ genere superemꝰ, & nullo modo vincamur: quæ iam superest causa certãdi ei qui vinci non põt? Aut qđ palmę meritũ, vbi repugnãdi adimit̃, vincẽdiq; facultas? Si vero ęque quidẽ oibus nobis vincẽdi possibilitas prębeat̃, in nostra autem positum sit potestate quomodo hac possibilitate vti debeamꝰ, id est vel industrie, vel segniter: iusta erit vel victi culpa, vel palma victoris. Igitur ex his quę ꝑ viribus nostris disputata sunt, arbitror ꝙ euidẽter apparuit esse quędam delicta quæ nequaq̃ malignis virtutibus ꝑurgentibus cõmittamus, alia vero esse quibꝰ instinctu earũ ad nimietatem quandam immoderationemq; prouocemur. Vnde cõsequẽs est nũc inquirere quomodo ipsę cõtrarię virtutes hęc ipsa incitamenta oꝑẽtur in nobis. Cogitatiões quę de corde nostro ꝓcedũt, vel memoria quorũcũq; gestorũ, vel quarum libet rerũ, causarũq; cõtemplatio, inuenimus ꝙ aliquoties ex nobis ipsis procedant, aliquoties ex cõtrariis virtutibus fieri soleãt. Quod Salomon in Ecclesiaste testatur hoc modo. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas, quoniam sanitas compescit ꝑccata multa. Et Paulus apostolus de iisdem testimoniũ dabit, dicens. Cogitationes destruẽtes & omnem elationem quę se extollit aduersus scientiam Christi. Ex deo autẽ ꝙ fiat, Dauid nihilominus testat̃ in Psalmis, dicens: Beatus vir cuius est susceptio apud te domine, ascensus in corde eius. Et Apostolus dicit. Quoniam Deus dedit in corde Titi.

¶ Q₃ vero etiã ꝑ angelos vel bonos, vel malos aliqua humanis cordibus suggerant̃, vel q Tobiã angelus comitat̃, vel Prophetæ sermo dicẽtis, Et respõdit angelus q loquebatur in me: sed & de Pastoribꝰ liber hęc eadẽ declarat, dicẽs ꝙ bini angeli singulos quosq; hominũ comitẽtur: & siquando bonę cogitationes cor nostrũ ascẽderint, a bono angelo suggeri dicit: si vero cõtrarię, mali angeli dicit esse instinctũ. Eadẽ quoq; Barnabbas in epl'a sua declarat, cũ duas vias esse dicit, vnã lucis, alterã tenebrarũ, qbus & pręesse certos quosq; angelos dicit: vię qdẽ lucis angelos Dei: tenebrarũ aũt vię angelos Satanę. Nihil tñ aliud putandũ est accidere nobis ex ipsis quę cordi nostro suggerũtur bonis vel malis, nisi cõmotionem solã & incitamẽtũ ꝓuocãs nos ad bona vel ad mala. Possibile aũt nobis est cũ maligna virtꝰ nos cœperit ad malũ incitare: abiicere a nobis prauas suggestiões, & resistere suasionibꝰ pessimis, & nihil prorsus culpabiliter gerere. Et rursum possibile est vt cũ nos diuina virtꝰ ad meliora ꝓuocauerit, ꝙ nõ sequamur, liberi arbitrii potestate in vtraq; nobis seruata. D

¶ Dicebamus sane in superioribus, ꝙ etiã memorię nobis quędã vel bonoꝶ vel maloꝶ suggerant̃, siue per diuinã prouidentiã, siue ꝑ virtutes cõtrarias: sicut ostẽdit̃ in libro Hester, E

cũ beneficia iustissimi Mardochei Artaxerxes nõ meminisset, nisi nocturnis vigiliis fatigatꝰ a deo in memoriam recepisset rerum gestarũ monimẽta chartis mãdata regrere: in qbus de beneficiis Mardochei admonitus inimicũ qui dẽ eius Aman suspẽdi iuberet, ipsi vero honores magnificos, vniuersę aũt sanctoꝝ gẽti salutem, periculo iã imminente cõferret. Per cõtrariã vero diaboli virtutẽ memorię põtificũ & scribarũ putãdũ est suggestũ illd, qd venientes ad Pilatũ dixerunt: Dñe recordati sumus quomodo seductor ille dixit dum adhuc viueret, qa post tertiã diem resurgã. Sed & Iudas qđ de pditione dñi Saluatoris cogitauit, non fuit a sola mentis eius malitia veniẽs. Testata est eñ scriptura, ꝙ diabolus iã misisset in cor eius vt traderet. Propter qđ & Salomon recte pręcepit, dicẽs: Cũ diligẽtia serua tuũ cor. Et Paulus Apl's ait: Ampliꝰ debemꝰ intẽdere his q̃ audiuimus, ne forte effluamus. & cũ dicit: Nolite locũ dare diabolo. ostẽdens per hoc ꝙ certo ope, vel certa quadã desidia animi, locus diabolo daẽ: vt si semel igressus fuerit cor nostrũ, aut obtineat nos, aut certe vł polluat animã, si nõ penitus obtinere potuerit, cũ ignita sua iacula iactat in nos: qbus aliqñ quidẽ ĩ altũ descendẽte vulnere sauciamur, aliqñ vero tantũmodo inflãmamur. Raro certe & a paucis qbusdã hęc eiꝰ ignita iacula restinguũt, ita vt locũ vulneris nõ inueniãt. i. cũ qs munitissimo & validissimo scuto fidei fuerit obtectus.

A ¶Quod vero dictum est in epistola ad Ephesios: Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus: ita oportebit intelligi quod dixit, mihi Paulo & Ephesiis: quibꝰ certamen adhuc aduersus carnem & sanguinem erat, & tentatio non apprehenderat nisi humana. Nec tamen putandum est ꝙ singuli quiq; aduersus omnia hæc decertent.

Caute lege. ¶Impossibile eñ id esse arbitror vlli hoim (q̃uis ille sit sanctus) vt aduersus oĩa hæc simul possit habere certamẽ. Q; si vllo modo id accidat (qđ certe fieri nõ potest) impossibile est vt id prorsus ferre possit humana natura sine maxima subuersione sui: sed sicut, verbi gratia, quinquaginta aliqui milites si dicant sibi imminere certamẽ aduersus alios qnquaginta: nõ ita intelligendum est ꝙ vnus ex illis aduersus quinquaginta dimicaturus sit: sed recte dicit vnusquisq; illorũ, qa certamen nobis aduersum quinquaginta, oibus tñ aduersum omnes: ita etiã hoc audiendũ est qđ Apl'us dicit, ꝙ vniuersis athletis & militibus Christi colluctatio & certamẽ est aduersus oĩa ista q̃ enumerata sunt, oibꝰ: singulis tñ vel cũ singulis futuro certamine, vel certe prout probatũ fuerit ab agonis ipsius iusto præside deo.

¶Arbitror nãq; ꝙ certa mensura sit humanę naturę: etsi Paulꝰ ille sit de quo dicit, Vas electionis est mihi iste: aut Petrus aduersus quẽ portę inferi nõ prævalẽt: aut si Moyses ille sit amicus dei: quorũ nullus prorsus oẽm simul aduersariarũ virtutũ cateruã posset sine sui aliqua pnicie tolerare, nisi forte illiꝰ soliꝰ virtus operet ĩ eo q dixit: Cõfidite, ego vici mũdũ. Propter quẽ cõfidẽter etiã Paulus dicebat Oĩa possum in eo qui me cõfortauit Christꝰ. Amplius aũt q̃ oẽs illi laboraui, nõ autẽ ego, sed gratia dei mecũ. Propter hãc ergo virtutẽ q̃ vtiq; humana nõ est, operãtẽ & loquẽtem in se, Paulus dicebat. Certus sum autẽ qa neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; pręsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundum, neq; virtus, neq; alia vlla creatura poterit nos separare a charitate dei quę est in Christo Iesu dño nostro. B

¶Sola eñ per se humana natura nõ arbitror ꝙ possit aduersus angelos, & excelsa, & profunda, & aliã creaturã hẽre certamẽ: sed cũ senserit pręsentẽ in se dominũ & inhabitantẽ, confidẽtia diuini adiutorii dicet. Dñs illuminatio mea & saluator meꝰ, quẽ timebo? Dum appropiant super me nocẽtes. vt edant carnes meas: qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt & ceciderũt. Si cõsistant aduersum me castra, nõ timebit cor meũ: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Vnde ergo arbitror ꝙ nũq̃ homo fortassis p seipsum virtutẽ contrariã vincere põt, nisi vsus fuerit adiutorio diuino. Vnde & angelus luctatꝰ dicit cũ Iacob. Qđ nos quidẽ ita intelligimꝰ, qa non idẽ sit luctatũ esse cũ Iacob angelũ, qđ est aduersum Iacob: sed is quidem qui ei salutis ipsiꝰ causa aderat, qui & cognitis profectibus eiꝰ etiã nomen ei Israel dedit, iste cũ ipo luctatur. i. cũ ipso est in agone, & iuuat eũ in certamine, cũ sine dubio alius esset aduersus quẽ dimicaret & aduersus quẽ ei certamẽ ageret. Deniq; Paulus nõ dixit nobis eẽ luctamẽ cũ principibꝰ, vel cũ potestatibꝰ: sed aduersus principatꝰ & potestates. vnde & si Iacob luctatꝰ est, sine dubio aduersus aliquã harũ virtutũ luctatꝰ est, quas hũano gñi, & sanctis pcipue aduersari, & mouere certamina, Paulus enũciat. Ideo deniq; dicit de eo scriptura ꝙ luctatꝰ est cũ angelo, & inualuit ad deũ: vt sit agonis quidẽ certamen angeli adiutorio sustẽtatũ, perfe

ctionis vero palma vincentē perducāt ad deū.

C ¶Nec sane arbitrandum est ꝙ huiusmodi cer tamina corporū robore & palæstricę virtutis peragant, sed spūs aduersus spūm pugna est, si militer vt Paulus designat aduersum principatus, & potestates, & mundi huius rectores tenebrarū nobis imminere certamen. Ipsa vero certaminū species ita itelligēda est, cū damna, cū pericula, cū opprobria, cū criminatiões excitant aduersum nos, nō id agētibus aduersis potestatibus vt hoc tātūmodo patiamur, sed vt per hoc vel ad irā multā, vel ad tristitiā nimiā, vel ad desperatiōnē vltimā prouocemur: vel certe qđ est graui⁹, cōqueri aduersus deū fatigati & victi tędiis cōpellamur, tanq̄ huma nā vitā nō ęque iusteꝙ moderātē, vt p hoc infirmemur in fide, vel decidam⁹ ab spe, vel trāsferri cogamur a veritate dogmatū, & impiū aliquid de deo sentire persuadeamur.

¶Talia nāꝙ quędā scripta sunt de Iob, cū diabolus dari sibi facultatē bonorū ei⁹ poposcisset a deo. Per qđ etiā illud edocemur, ꝙ non forti⁹ aliqbus īcursionib⁹ impugnemur siquā do nos talia aliqua facultatū dāna perculerint, neqꝫ ꝙ fortuito nostrorū aliqs captiuus abducit, vel dom⁹ in qbus chari quiqꝫ opprimant, ruerint. In qbus oīb⁹ vnusqſqꝫ fideliū dicere debet, ꝙ non haberes aduersum me potestatē nisi esset data tibi desup. Vidi em̄ ꝙ non cecidisset dom⁹ Iob supra filios eius, nisi prius ad uersus eos diabolus accepisset potestatē: neqꝫ eqtes ternis ordinib⁹ irruissent vt capetēt camelos ei⁹, vel boues, cæteraqꝫ aīalia, nisi īstīcti ab eo spū cui se ministros ex pposito sui obœdiētia mācipauerāt. Sed nec ille quidē q videbat ignis, vel qđ putatū est fulmen, cecidisset sup oues Iob, anteq̄ diabolus diceret ad deū, Nōne tu cōmunisti oīa q̄ foris sunt, & q̄ intus sunt & eius reliqua? sed nūc īmitte manū tuā, & continge oīa q̄ habet, nisi in faciē bñdixerit tibi. Ex qbus oībus illud ostēdit, ꝙ oīa hæc q̄ fiūt in hoc mūdo, q̄ media existimant, siue illa tristia sint, siue cōmoda sint, non quidē a deo fiūt, nec tñ sine deo, dū malignas & cōtrarias virtutes talia volētes opari nō solū nō prohibet deus, sed & pmittit facere hæc, sed certis quibusqꝫ tēporibus & personis: sicut & in ipso Iob dicitur, ꝙ ad certum tempus paratus est cadere sub aliis, & domus ipsi⁹ deprædari ab iniqs. Propterea docet nos scriptura diuina, omnia quæ accidunt nobis tanq̄ illata mala suscipere, scientes ꝙ sine deo nihil fit.

¶Qꝫ autē hæc ita sint. i. ꝙ sine deo nihil fiat quomodo possum⁹ dubitare, dño & Saluatore pnūciante, & dicēte: Nōne duo passeres asse veneunt? & vnus ex ipsis nō cadet sup terrā sine patre vestro qui in cælis est. Sed necessitas nos traxit paulo amplius euagari de colluctatione, aduersarū virtutū quam aduersus homines gerūt dispuātes, & de his quæ humano generi accidūt tristiorib⁹. i. tentationibus vitę huius: sicut ait Iob, Nonne tentatio est omnis vita hominis super terrā? vt manifestius quomodo hæc accidant, & q̄ pie de his sentiri debeat, panderet. Nūc videamus quomodo hoīes etiā in peccatū falsę sciētię dilabūtur: vel quo pspectu virtutes cōtrariæ etiā de his pugnas aduersum nos soleant cōmouere.

De triplici Sapientia. CAP. III.

DOCERI NOS monet sanct⁹ Apl̃us magnū aliqđ & recon ditū de scientia & sapiētia, in prima ad Corinthios epistola, cū ait. Sapientiam autē lo quimur inter pfectos: sapien- E tiam vero non huius mundi, neqꝫ principum huius mūdi qui destruunt, sed loquimur Dei sapientiā in mysterio abscōditā, quā prędestinauit deus ante secula in gloriā nostrā, quam nemo principū hui⁹ mūdi cognouit. Si em̄ cognouissent, nunq̄ dñm maiestatis crucifixissent. In quo ostēdere volēs sapiētiarū differētias, describit esse quandā huius mūdi sapientiā, & esse quādā sapiētiā principū huius mūdi, aliam vero etiā dei sapientiam. Sed & hoc cū dicit: Sapiētiā principū huius mūdi, nō arbitror eū vnā aliquā omniū pricipū hui⁹ mūdi sapiētiā dicere, sed singulorꝫ principū propriam quandā mihi videt indicare sapientiā. Et rursum cū dicit: Sed loqmur dei sapientiā in mysterio abscōditā, quā prædestinauit de⁹ ante secula in gloriam nostrā: requirendū est si eandē dicit dei sapientiā hanc quę abscondita est a tēporibus aliis & generationib⁹, & nō innotuit filiis hoīm sicut nūc reuelata est san ctis apl̃is eius & pphetis: quæ erat & illa ante aduentū saluatoris sapiētia dei, ex qua sapiēs erat Salomon: quo Salomone plus etiam dicitur qđ docet Saluator, qđ & ipsi⁹ Saluatoris sermo pnūciat, cū dicit: Et ecce plus Salomone hic. In quo ostenditur ꝙ hi qui docebātur a Saluatore, plus aliqđ docebant q̄ sciuerat Salomon. Si em̄ quis dicat ꝙ sciebat quidem Saluator amplius, nō tamen etiā aliis plura tradebat q̄ Salomon, quomodo conueniet & cōuenięter dictū putabit etiā qđ in subsequentibus ait? Regina austri surget in iudicio, & cōdemnabit homines generationis huius, propterea ꝙ venit a finibus terrę audire sapiētiā Salomonis: & ecce plus Salomone hic. Est igi-

tur sapientia mundi huius, est & sapiētia per
singulos fortasse principes mūdi hui⁹. De ipsa
vero vnius dei sapientia, illud sentimus indi-
cari, ꝙ minus quidē in antiquioribus & vete-
ribus operata sit, amplius vero & manifestius
reuelata per Christum est. Verum de sapien-
tia dei in locis propriis requiremus.

A ¶Nunc vero quoniā quidem in manibus est
tractatus de virtutibus cōtrariis, qualiter mo
ueant etiā ea certamina q̄bus falsa sciētia etiā
humanis mentibus inseritur, & seducūtur alī-
dum se putāt inuenisse sapientiam: necessariū
puto dicere, atq̄ distinguere quę sit sapientia
mūdi hui⁹, & quę principū mūdi huius, & per
hoc q̄ sunt etiā patres huius sapientiæ, p quos
verā differentiā sapiētiarū harū possimus ad-
uertere. Arbitror igit̄ sicut supra diximus, sa-
pientiā esse huius mūdi aliā quandam præter
illas sapiētias quę sunt principū huius mūdi:
per quā sapientiā intelligi vidētur ea & cōpre
hēdi quę huius mūdi sunt. Quę tñ in se nihil
habet vt possit aliq̄d vel de diuinitate, vel de
mūdi ratione, vel de quibuscūq̄ excelsioribus
reb⁹, vel de bonę ac beatę vitę institutiōe sen-
tire, sed est talis (verbi causa) vt est omnis ars
poetica, vel grāmatica, vel rhetorica, vel geo-
metria, vel musica, cum quibus adnumeranda
est fortassis etiā medicina. In his omnibus sa-
pientiā mundi inesse sentiendum est.

¶Sapientiā vero principū huius mundi intel
ligimus, vt est ægyptiorū secreta quā dicunt,
& occulta philosophia, & Chaldęorū astrolo
gia, & Indęorū de scientia excelsi pollicentiū,
sed & gręcorū multiplex variaq̄ de diuinitate
sentētia. Igitur in scripturis sanctis inuenim⁹
principes esse per singulas gentes, sicut in Da
niele legimus principem esse quendam regni
Persarū, & alium principem regni Grecorum,
quos nō hoīes esse, sed virtutes quasdā euidē
ter ex cōsequētia ipsius lectionis ostendit. Sed
& in Ezechiele Propheta princeps Tyri virt⁹
esse quędā spiritalis manifestissime designat.
Ii ergo & hmōi.i. habentes singuli sapientias
suas, & astruētes dogmata sua, variasq̄ sentē-
tias: vt viderūt dominū & saluatorem nostrū
pollicentē & pdicantē se ob hoc venisse ī hūc
mūdū, vt destrueret oīa illa quęcūq̄ essent fal
si nominis dogmata, q̄ obtegerent intrinsecus
cōtinuo ei insidiati sunt, & astiterūt reges ter
rę, & prīcipes cōuenerūt ī vnū aduersus dñm
& aduersus Christū eius. Quibus eoꝝ insidiis
cognitis, & his q̄ aduersus filiū dei moliti fūt
ītellectis, cū glorię dñm crucifixerūt, ait Apo
stolus, Quia sapientiā loq̄mur īter pfectos, sa-
pientiam autē nō huius seculi, neq̄ principū
huius seculi q̄ destruunt, sed quā nemo prin-
cipum huius mūdi cognouit. Si enim cogno-
uissent, nunq̄ dominum glorię crucifixissent.

¶Quęrēdū sane est vtrū istę sapiētię principū B
huius mūdi quib⁹ hoīes imbuere nitūtur, insi
diandi & lędendi studio ingerūtur hoībus ab
aduersariis virtutibus, aut tantūmodo erro-
ris causa adhibent.i. nō lędendi hominis pspe
ctu, sed qa hęc vera esse illi mūdi principes ar-
bitrant, ideo etiā cęteros docere cupiunt ea q̄
ipsi vera esse opinantur: qđ & magis arbitror. Caute lege.
Sicut enim, verbi causa, gręcorū auctores, vel
vniuscuiusq̄ hæresis principes cū pri⁹ errorē
falsę doctrinę pro veritate susceperint, & hāc
esse veritatem apud semetipsos iudicauerint,
tūc demū & cęteris hęc psuadere conant, quæ
apud semetipsos vera esse cēsuerint: ita putā-
dum est facere & principes hui⁹ mūdi, in quo
mundo certæ quæq̄ spiritales virtutes cæte-
rarū gentiū sortitæ sunt principatū, & ppter
hoc principes huius mundi appellati sunt.

¶Sunt preterea etiā alię pręter hos principes C
spiritales quędā mundi huius energiæ.i. vir-
tutes spiritales aliquæ, certa quędā operantes
quæ ipsę sibi pro arbitrii sui libertate vt age-
rēt elegerūt, ex quibus sunt isti principes qui
operātur sapientiam huius mundi: verbi cau
sa, vt sit ppria quędā energia ac virtus quę in
spiret poeticam, alia quæ geometriam, & ita
quasq̄ singulas huiuscemodi artes disciplinas
q̄ commoneant. Deniq̄ q̄plurimi Grecorum
opinati sunt artē poeticā sine insania nō pos-
se cōstare: vnde & in historiis eoꝝ refertur ali
quoties eos quos vātes appellāt, subito īsaniæ
cuiusdā spū esse repletos. Quid autē dicendū
est de his etiā quos diuinos appellant, a q̄bus
per incorporationē dęmonū eorū qui eis prę-
sunt, versibus arte modulatis respōsa proferū
tur? Sed & hi quos magos vel maleficos di-
cūt, aliquoties dęmonib⁹ inuocatis supra pue
ros adhuc paruę ętatis, versu eos dicere poe-
mata admirāda oīb⁹, & stupēda fecerūt. Quæ
hoc modo geri arbitrāda sunt, ꝙ sicut sanctæ
& immaculatę animę si cū omni affectu omniq̄
puritate se vouerint deo, & alienas se ab omī
dęmonū contagione seruauerint, & per multā
abstinentiā purificauerint se, & piis sacræ re-
ligionis imbutę fuerint disciplinis, participiū
per hoc diuinitatis assumūt, & pphetię ac cæ
terorū diuinoꝝ donoꝝ gratiā merent: Ita pu
tādū est etiā eos qui se opportunos cōtrariis
virtutib⁹ exhibēt.i. industria, vita, vel studio
& amicitia illis accepta, recipere eoꝝ inspira-
tionē, & sapiētię eoꝝ ac doctrinę participes ef-
fici. Ex quo fit vt eorū inoperationib⁹ repleā

tur,quorum se prius famulatui subiugarunt.
D ¶De his sane q de Christo aliter docēt q̄ scri-
pturarū regula patitur,nō ociosum est intue-
ri,vtrū insidioso proposito aduersum Christi
fidē nitētes cōtrariæ virtutes fabulosa quedā
simul & ipsę dogmata commentæ sint:an ve-
ro etiā ipsę audito verbo Christi, & neq͂ euo
mere id valentes ex arcanis conscientiæ suæ,
neq͂ pure sancteq͂ retinere,peruersa dogmata
sibi & per (vt ita dicā) prophetas suos diuer
sos errores cōtra regulā Christianæ veritatis
induxerint.Et magis putandū est q̄ apostatæ
& refugę virtutes quę a deo recesserit,ex ipsa
mentis suæ ꝓpositi nequitia vel inuidia eo-
rū quib⁹ veritate ad illū gradū vnde ipsæ de-
lapsæ sunt,præparat ascensus,ad impediendū
huiuscemodi profectus,errores hos falsæ do-
ctrinę deceptionesq͂ componunt.Manifeste er
go ex multis indiciis monstratur, q̄ humana
anima dum in hoc est corpore,recipere potest
diuersas energias,i.operationes spirituum di
uersorum,malorum ac bonorum.
¶Et malorū quidē duplici specie,i.vel tunc cū
penitus ex integro eorū possederint mentem,
ita vt nihil omino eos quos obsederint intel-
ligere vel sentire permittāt: sicut exēplo sunt
hi quos vulgo Energuminos vocāt,quos amē
tes & insanos videmus,quales illi erāt qui in
euāgelio a saluatore curati esse referunt. Vel
cū sentientē quidē & intelligentē animū cogi
tationibus variis,& sinistris persuasionib⁹ ini
mica suggestione deprauāt:vt exemplo est Iu
das ad proditionis facinus diaboli immissione
prouocat⁹, sicut scriptura declarat dicēs:Cū
autē iam diabolus misisset in cor Iudę Scario
tis vt traderet eum. Boni vero spiritus reci-
pit energiam,i.inoperationē, cū & ꝓuocat ad
bona,& inspiratūr ad cęlestia vel diuina:sicut
sancti & angeli & ipse deus operat⁹ est in pro-
phetis,suggestionibus sanctis ad meliora pro
uocās & cohortās:ita sane, vt maneret i arbi
trio hominis ac iudicio si sequi velit aut no-
lit ad cælestia & diuina prouocātem. Vnde &
ex hac manifesta discretione dinoscit quomo
do aia melioris sp̄us p̄sentia moueat.i.si nullā
prorsus ex iminenti aspiratiōe obturbationē
vel alienationē mētis incurrat,nec perdat ar-
bitrii sui iudiciū liberū: sicut exēplo sunt oēs
vel ꝓphetę,vel Ap̄li,q diuinis respōsis sine vl
la mētis obturbatiōe ministrabāt. Boni ergo
spiritus suggestionibus humanam memoriā
ad recordationem meliorū prouocari, exem-
plis iam in superioribus edocuimus, cū Mar-
dochęi & Artaxerxis fecimus mentionem.
E ¶Illud quoq͂ cōsequenter requirēdum puto,
ex quibus causis humana anima nūc quidē a
bonis, nūc autē moueatur a malis. Cuius rei
causas suspicor esse quasdam antiquiores etiā
hac natiuitate corporea: sicut designat Ioan-
nes in matris vētre tripudiās & exultās,cum
vox salutatiōis Mariæ ad aures Elizabet ma-
tris suę allata est: & vt declarat Hieremias ꝓ-
pheta,q anteq̄ plasmaret in vtero matris co-
gnitus erat a deo: & anteq̄ e vulua ꝓcederet
sanctificat⁹ ab eo est, & puer adhuc ꝓphetiæ
gratiā accepit.Ex respōsis ecōtrario ostēditur
ab aduersariis spiritib⁹ quosdā a prima statim
ętate possessos,id est nōnullos ab ipso dæmo-
ne possessos esse natos: alios vero a puero di-
uinasse historiarū fides declarat.Alii a prima
ætate dæmonē quē Pythonē nomināt.i.ven-
tricolum passi sunt. Pro quibus oībus ab his
dei prouidentia regi omnia q̄ in mundo sunt
(vt sanctæ scripturæ asserūt, nostra quoq͂ cō
tinet fides) vt mihi videtur non aliter pote-
rit responderi,ita vt absq͂ omni iniustitię cul
pa prouidentia demōstretur:nisi priores quæ
dam fuisse eis causæ dicantur, quib⁹ anteq̄ in
corpe nascerētur aīæ aliquid cōtraxerint cul-
pę in sensib⁹ vel motib⁹ suis,pro qbus hoc me
rito pati a diuina prouidentia iudicatæ sunt.
¶Liberi namq͂ arbitrii semper est anima, etiā
cum in corpore hoc,etiam cum extra corpus
est:& libertas arbitrii vel ad bona,vel ad mala
mouetur: nec vnq̄ rationabilis sensus.i.mens
vel anima sine motu aliquo vel bono vel ma-
lo esse potest. Quos mot⁹ causas prestare me-
ritorum verisimile est etiā prius q̄ in hoc mū
do aliquid agant: vt pro his meritis vel cau-
sis per diuinā prouidentiā statim a prima nati
uitate,imo & ante natiuitatē,vt ita dicā, vel
boni aliqd,vel mali perperi dispēsentur.Et hęc
quidem dicta sint de his quę vidētur homini
bus,vel a prima natiuitate statim,vel etiā an-
teq̄ in hanc lucem prorumpant,euenire.
¶De his vero quę a diuersis spiritibus animę F
id est humanę cogitationi suggeruntur,quæ
vel ad bona,vel ad cōtraria prouocent:inter-
dum etiā in hoc existere quędā anterioris na-
tiuitatis corporeę causę putandæ sunt.Inter-
dum vero vigilans mens,& abiiciens a se quę
mala sunt,bonorum ad se adiutorium prouo
cat:vel econtrario negligens & ignaua, dum
minus cauta est, locum dat his spiritibus qui
velut latrones ex occulto insidiantes irruere
in humanas mentes cū locum sibi datum per
segnitiem viderint, moliunt: sicut ait Petrus
Apostolus:Quia aduersarius noster diabolus
tanq̄ leo rugiens circuit quęrens quem deuo
ret.Propter quod die noctuq͂ cor nostrum o-

mni custodia seruandum est, & locus non est dandus diabolo, sed omnia agenda sunt quibus ministri dei, hi videlicet spiritus q ad ministeriũ missi sunt eorum qui ad hereditatem salutis vocati sunt, inueniãt in nobis locum, & delectentur ingredi hospitium animæ nostræ, & habitãtes apud nos, cõsiliis nos regãt: si tamẽ habitaculum cordis nostri virtutis & sanctitatis cultu inuenerint exornatum.

De humanis tentationibus. CAP. IIII.

VERVM sufficiant ista ꝑ viribus nostris diserta a nobis de his virtutibus quę humano generi aduersant. Nũc ne de humanis quidem tẽtationibus silendum puto, quę nascuntur interdum ex carne & sanguine, vt ex prudẽtia carnis & sanguinis quæ deo dicitur esse inimica. Et vtrum verum sit qd quidã dicunt quasi binas animas esse per substantiam: posteaq̃ de his tẽtationib⁹ exposuerimus quę plus q̃ hũanę dicũtur. i. quas aduersum principatus, & potestates, & aduersum mũdi huius rectores tenebrarum harum, & aduersus spiritalia nequitiæ in cælestibus gerimus, vel quæ nobis aduersus spũs malignos & immũdos dæmones peraguntur: dicemus. In qua re cõsequẽter arbitror regrẽdũ si in nobis hoĩb⁹ q ex aĩa cõstamus & corpore ac spiritu vitali, est etiã aliud aliqd incitamentũ, qd motũ habeat propriũ, & cõmotionẽ ad malũ prouocãtẽ, sicut haberi a quibusdã quęstio solet hmõi: vtrũ duę aĩæ in nobis dicẽdę sint, vna quædã diuinior & cęlestis, & alia inferior: an vero ex hoc ipso ꝙ corporib⁹ inhęremus (quæ corpora secũdũ propriã quidẽ naturã mortua sunt & penit⁹ exanima, qa ex nobis. i. ex aĩabus corpus materiale viuificatur, qd vtiq̃ contrariũ est, & inimicũ spiritui) trahimur & prouocamur ad hęc mala quę corpori contraria sunt: an vero tertium, qd quidã græcorũ arbitrati sunt, ꝙ anima nostra cũ vna sit per substãtiã, ex pluribus tñ constet, & vna pars eius rationabilis, pars vero alia irrationabilis dicatur, & ea quidẽ pars quã irrationabilem dicunt in duos rursum diuidatur affect⁹ cupiditatis & iracũdiæ. Has ergo quas produximus tres de anima opiniones a nõnullis haberi inuenim⁹. Ex quibus illud interim qd quibusdam gręcorum philosophis visum dicimus, ꝙ tripertita sit aĩa, non valde cõfirmari ex diuinæ scripturæ auctoritate ꝑuideo: ad alia vero quæ reliqua sunt inueniri possunt aliquanta quę ex diuinis literis aptari posse videantur.

A ¶ Ex qbus primo illud discutiamus qd astruere solent quidam, ꝙ vna sit bona in nobis aĩa & cælestis, alia vero inferior & terrestris: & ꝙ ea qdẽ quę melior est cælitus inseratur, qualis est illa q̃ & Iacob aduersus Esau adhuc ĩ vtero posito palmam victorię supplantati pręstitit fratris, & q̃ in Hieremia sanctificatã ex vulua, & spũ sancto sanctificatã ex vtero in Ioãne. Illã vero inferiorẽ quã ex corporali semĩe simul asserũt cum corpore seminari, vnde & pręter corpus viuere eam vel subsistere negant posse: propter qd & carnem eã frequẽter appellari dicũt. Quod eñ scriptũ est, Caro cõcupiscit aduersus spiritũ: nõ hoc de carne dictũ accipiunt, sed de hac aĩa quæ proprie carnis est aĩa. Sed & ex his student nihilominus cõfirmare hæc quæ in Leuitico ita scripta sunt: Aĩa oĩs carnis sanguis ipsius. Ex eo eñ ꝙ per totã carnem sanguis diffusus vitã pſtat carni, in sanguine inesse aiũt hanc animã quæ dicitur totius carnis esse aĩa. Hoc aũt ipsum qd dictum est carnẽ repugnare aduersus spiritũ, spiritũ aũt aduersus carnẽ: & qd dictũ est, Aĩa oĩs carnis sanguis ipſ⁹: alio nomine iidem vocari dicũt sapiẽtiam carnis, ꝙ est spiritus quidã materialis qui legi Dei subiectus non est: sed nec potest esse subiectus, quia voluntates habet terrenas, & desideria corporalia.

¶ De hoc putãt etiã Apostolũ dixisse aliã qd ait. Video autẽ aliã legẽ in mẽbris meis repugnãtẽ legi mentis meæ, & captiuũ me ducentem in lege peccati quæ est in mẽbris meis. Si vero quis obiiciat eis, hoc dici de natura corporis, qd vere secũdum ꝓprietatẽ quidẽ naturę suæ mortuũ est, habere aũt dicit sensus vel sapientiã quæ inimica est deo, vel q̃ repugnat aduersus spiritũ, ꝓ eo velut si quis dicat quodãmodo carnis ipsius esse vocem quæ clamet nõ esuriẽdũ, nõ sitiẽdũ, nõ algendũ, neq̃ velle prorsus in aliquo molestiam pati siue ex abundãtia, siue ex pœnuria: hoc illis resoluere, atq̃ impugnare conabimur, ostendentes alias esse passiões animę q̃ in nullo prorsus a carne originẽ trahant, & tñ his spũs aduersẽt, sicut est ambitio, auaritia, ęmulatio, inuidia, supbia, & his similia: cum quibus pugnã quãdã esse humanæ menti, vel spiritui videntes, ideo causam omnium malorum horum nõ ponũt aliud quid nisi hanc de qua superius diximus velut corporalẽ & ex seminis traduce generatam. B

¶ Adhibere quoq̃ ad sermonẽ horũ etiã illud testimoniũ Apl'i solẽt, qd ait: Manifesta autem sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immũditia, impudicitiæ, idololatria, inimicitię, contẽtiones, æmulationes, irę, rixę, dissensiões, hæreses, sectę, inuidiæ, ebrietates, comessationes, C

& his similia:dicētes nō hęc oīa de vsu,vel de
lectatione carnis originē trahere,ita vt putē-
tur eius substātię q̄ animā nō habet,id est car
nis,hi oēs mor⁹ existere.Sed & illd̄ qd̄ ait,Vi
dete fratres vocationem vestrā,q̄m non mul-
ti inter vos sapientes secūdū carnem : ad hoc
videbitur inclinandū,vt propria quędā vide
retur esse carnalis a materialis sapientia, alia
vero sit sapiētia secūdū spiritū.quæ vtiq̄ non
potest dici sapiētia,nisi sit aīa carnis, quæ sa-
piat hoc quod carnis sapientia nominatur.
D ¶Ad hoc aiunt etiam illud.Si caro repugnat
aduersus spūm, & spūs aduersus carnem,vti
nō quę volumus illa faciamus:quę sunt de q̄-
bus dicit vt nō quæ volum⁹ faciamus? Certū
est,aiunt,de spiritu sancto nō dici:nō em̄ vo-
lūtas spūs p̄hibetur.Sed neq̄ de carne:quia si
nō habet aīam ppriā,sine dubio nec volunta
tem habebit.Superest ergo vt de hui⁹ aīę vo-
luntate dicatur,quę vtiq̄ aduersat voluntati
spiritus.Et si illa est,cōstat q̄ hui⁹ aīæ volun-
tas quędā media est inter carnē & spiritū,vni
sine dubio e duobus seruiens,& obtemperās,
cuicūq̄ obtēperare delegerit.Quę cum se de-
lectationib⁹ carnis subdiderit, carnales homi
nes facit:cū se spiritui iunxerit,in spiritu esse
hoīes facit,& p̄pter hoc spirituales nominari.
Quid ergo designare Ap̄lus videt cum dicit,
Vos aūt in carne nō estis,sed in spiritu? Req̄-
rendū ergo est quę sit oīno hęc ipsa volūtas in
ter carnē & spūm, præter eā voluntatem quę
carnis esse,vel spūs dicitur.Pro certo nāq̄ ha
betur q̄ oīa quęcūq̄ spūs esse dicunt, volūtas
sit spūs:& quæcūq̄ opera carnis esse dicūtur,
volūtas sit carnis. Quę ergo ista est p̄ter hæc
volūtas animæ quę extrinsecus nominat,quā
volūtatē volēs nos facere Apostolus dicit, Vt
nō quæcūq̄ vultis illa faciatis? In quo hoc vi
detur designari,q̄ neutro ex his duob⁹,id est
neq̄ carni,neq̄ spiritui debeat adhærere. Sed
dicet quis:q̄ sicut melius qdē est si ppriā fa-
ciat volūtatē,q̄ vt voluntatē faciat carnis:sic
iterū melius est facere volūtatē spūs magis q̄
propriā voluntatem.Quomodo ergo Aposto
lus ait,vt non quæ vultis illa faciatis? quomo
do ea pugna quæ inter carnē & spiritū gerit,
non omnino spiritus certa victoria est? Mani-
festū est enim obœdire in q̄plurimis carnem.
E ¶Verum q̄m in disputationē incidimus pro-
fundam, in quā necesse est colligere ex singu-
lis qbusq̄ partibus quę possunt mores discu-
tere:videamus ne forte in hoc loco tale aliqd
tractari potest:q̄a sicut melius est animę sequi
spiritū,tūc cū spūs carnē vicerit, ita etiam vi
detur ei esse deterius sequi carnē repugnantē

Caute lege.

aduersus spūm,& ad se reuocare aīam volen-
tē:cū forte vtilius videat obœdire animā car
ni q̄ residere in propriis voluntatibus.Namq̄
q̄m nec calida dicit esse,nec frigida,sed in me
dio quodā tepore perdurās,tardā & satis dif-
ficilem cōuersionem poterit inuenire.Si vero
carni adhæreat,ex his ipsis interdū malis quę
ex carnis vitiis patitur,satiata aliquādo,& re
pleta,velut grauissimis oneribus luxurię ac li
bidinis fatigata,facilius & velocius cōuerti a
materialibus sordibus ad cælestiū desiderium
& spiritalem gratiā potest.Et hoc arbitrandū
est dixisse Apostolū,idcirco pugnare spiritum
aduersus carnem,& carnem aduersus spiritū,
vt nō quęcūq̄ volumus illa faciamus,sine du
bio ea quę extra volūtatē spiritus,& extra vo
luntatē carnis designata sunt:vt si aliis nomi
nibus diceremus, q̄ melius est hominē aut in
virtute esse, aut in malitia, q̄ in nullo horū:
anima vero postq̄ se cōuertat ad spūm & vnū
efficiatur cū eo:dū adhæret corpori,& de car
nalibus cogitat,neq̄ in bono statu videt esse,
neq̄ manifeste in malo,sed animali (vt ita dix-
erim) similis. Melius aūt est vt si fieri potest
adhęrens spiritui efficiatur spiritalis.Si vero
fieri nō potest,magis expedit eā vel carnis ma
litiā sequi q̄ in suis positā volūtatibus,anima
lis irrationabilis statū tenere. Hæc autem tra
ctauimus volētes singularū assertionū dissere
re opiniones ampliori q̄ volum⁹ vsi excessu,
vti ne latere nos putaretur ea quę moueri so
lent ab his qui quęrunt, vtrum sit alia anima
in nobis pręter hāc cęlestem & rationabilem,
quæ huic naturaliter aduersetur,& vocet vel
caro,vel sapientia carnis,vel anima carnis.
¶Nūc videamus quæ etiā ad hoc responderi F
soleant ab his qui defendūt vnū esse in nobis
motum, & vnā animā vnius eiusdēq̄ animæ,
cuius siue salus,siue perditio secundum actus
suos ipsi proprie ascribatur. Et primo videa-
mus cuiusmodi sint passiones animi quas pa-
timur cum sentimus intra nosmetipsos velut
in partes nos rapi per singula, cū pugna quę-
dā fit cogitationū in cordibus nostris,& quæ
dā nobis verisimilitudines suggeruntur:qui-
busq̄ nūc in hoc,nūc in aliud inclinamur:qui-
busq̄ nūc quidē arguimur,nūc vero nosmet-
ipsos amplectimur. Nihil autem magnū est si
mala ingenia dicam⁹ q̄ variū ac sibiipsi repu-
gnans iudiciū habeant,& a semetipso discor-
dans:cū etiā in omnibus hominibus ita inue
niatur,siquādo deliberatio incertæ rei ad cō-
silium venerit,vel prospicitur,vel consulitur
quid rectius vel vtilius eligat.Nihil ergo mi-
rum si duę verisimilitudines sibi inuicem oc-

currētes,cōtraria suggerētes,in diuersas par-
tes animum rapiunt. Verbi causa,si cogitatio
inuitet aliquem ad fidē,& timorem dei, tunc
non potest dici ꝙ caro aduersus spiritum pu
gnet:sed dū incertum est quod verum& vtile
est,animus in diuersa rapitur, Ita & cū puta-
tur caro ad libidinē prouocare, consiliū vero
melius huiuscemodi incitamentis resistit, nō
putanda est vita esse alia animę quę aduersus
aliam resistat,sed natura corporis quę repleta
satiui humoris loca euacuare gestit, atꝙ de-
plere:sicut nec contraria aliqua virtus,nec vi
ta alterius animæ putanda est quæ nobis exci
tat sitim,& prouocat ad bibendum, vel q̄ esu
rire facit,& irritat ad cibum.Sed sicut hęc na
turalibus motibus corporis vel appetuntur,
vel euacuātur,ita & naturalis seminis congre
gatus p tempus in suis locis humor expelli ge
stit,& abiici:quod intantum nequaq̄ impulsu
alteri⁹ cuiusq̄ ꝓuocationis efficit, vt etiā spō
te interdū solear egeri.Cū ergo dicit: ꝙ caro
pugnat aduersus spiritū, ita intelligūt isti, ꝙ
vsus,vel necessitas,vel delectamentū carnis ꝓ
uocans hominē extrahit & abducit a diuinis
& spiritalibus rebus.Pro necessitate etenī cor
poris abstracti,diuinis & in æternū ꝓfuturis
rebus vacare nō finimur.Sic rursus diuinis &
spiritalibus anima vacās,& spiritui coniūcta,
impugnare dicit carnē dū resolui eam deliciis
nō finit, & voluptatibus fluitare,qbus natura
liter delectat. Hoc modo etiā illud asserūt qđ
dictū est:Sapientia carnis inimica est deo:non
ꝙ vere animā habeat caro,vel sapiētiam pro-
priā,sed sicut abusiue dicere solemus,& sitire
terram,& velle eam bibere aquam : hoc vtiꝙ
quod dicimus velle, nō proprie sed abusiue ꝓ
ferimus,velut si dicamus quia iterum domus
recōponi vult, & alia multa his similia:ita &
sapientia carnis accipienda est,vel quod dictū
est,Concupiscit aduersus spiritum.
A ℭAdiicere solēt etiā illud qđ dictum est: Vox
sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.
Qđ enī clamat ad dominū,nō est proprie san
guis ille q effusus est,sed abusiue sanguis cla-
mare dicit,dū eius q sanguinē effudit vindi-
cta deposcit.Sed & illud qđ Apostolus ait: Vi
deo autē aliā legē in mēbris meis repugnantē
legi mentis meę:ita intelligūt tanq̄ si dixisset,
ꝙ is q verbo dei vacare vult ꝓ necessitatibus,
& vsibus corporalibus,quę velut lex corporū
est,distrahit,atꝙ diuellit, atꝙ impedit ne sa-
pientiæ vacans contentus possit diuina con-
tueri mysteria.Qꝫ vero inter carnis opera de
scriptæ essent hæreses,& inuidiæ, & conten-
tiones,vel cætera,ita accipiunt,ꝙ anima cum
crassioris sensus fuerit effecta,ex eo ꝙ corpo-
ris sese passionibus subdit,oppressa vitiorum
molibus, & nihil subtile ac spiritale sentiens,
caro dicitur effecta,& inde nomen trahit, in
quo plus studii,vel propositi gerit.
ℭAddunt etiā requirentes : quis inuenietur,
vel quis dicetur cōditor mali huius sensus q
dicit carnis?Quia aliū nullū creatorem animę
& carnis q̄ deū esse defendūt. Et si dicamus ꝙ
bonus de⁹ in ipsa cōditiōe sua aliqd sibi crea-
uit inimicū,vtiꝙ absurdum videbit. Si ergo
scriptū est, ꝙ sapiētia carnis inimica est deo,
& hoc factū ex conditione dicetur, videbitur
ipse deus naturā aliquā fecisse inimicā, quę ei
non potest esse subiecta,nec legi eius : quippe
si animale esse putabit, de quo hæc dicentur.
Quod si ita recipiat, quid iā differre videbit
ab his qui diuersas naturas animarū dicūt eē
creatas,quæ naturaliter vel peritura sint, vel
saluandæ?Quod vtiꝙ solis hęreticis placet,q
dum iustitiam dei pia ratione asseuerare non
possunt,huiuscemodi impietatibus figmenta
componunt.Et nos quidem prout potuimus
ex singulorū personis quę dici possint dispu-
tationis causa de singulis dogmatibus in me-
dium protulimus : qui autem legit, eligat ex
his quæ magis amplectenda sit ratio.

Qꝫ mundus ex tempore cœperit.

CAPVT.V.

POSTHAEC Iam quoniam B
quidē de ecclesiasticis defini-
tionib⁹ vnū habet præcipue
secundum historię nostræ fi
dem, ꝙ mundus factus sit,
& ex certo tempore cœpit,
& secundum promulgatam omnibus consum
mationem seculi,pro sui corruptione soluen-
dus sit:etiam de hoc pauca repetere non vide
tur absurdū.Et quantum quidem ad scriptu-
rarū fidē pertinet,perfacilis videt de hoc asser
tio.Deniꝙ hęretici cū in alia distracti sint, in
hoc tū scripturæ auctoritati cedētes,nisi sunt
cōsonare. De cōditione ergo mūdi q̄ alia nos
scriptura magis poterit edocere q̄ ea q̄ a Moy
se de origine ei⁹ scripta est?Quæ licet maiora
intra se cōtineat q̄ historiæ narratio videtur
ostendere,& spiritalē in q̄maximis contineat
intellectum,atꝙ in rebus mysticis & ꝓfundis
velamine quodā literę vtatur: tū nihilominu⁹
indicat hoc sermo narrātis, ꝙ ex certo tēpo
re creata sunt omnia quæ vident. De cōsum-
matione vero mundi,primo Iacob indicat cū
ad filios testatur dicens.Conuenite ad me fi-
lii Iacob & annunciem vobis quid erit in no-
uissimis diebus,vel post nouissimos dies.Si er

go sunt nouissimi dies: vel post nouissimos
dies,cessare dies necesse est qui cœperunt.Da
uid quoq ita ait:Cæli peribunt,tu autem per
manebis,& omnes sicut vestimētū veterascēt:
& sicut opertorium mutabis eos,& mutabun
tur,tu aūt idē ipse es,& anni tui nō deficient.
C ¶Dominus vero & Saluator noster cū dicit,
Qui creauit ab initio masculū & fœminam fe
cit eos:factū etiam esse mūdū ipse testatur. Et
rursum dicēs,Quia cęlū & terra trāsient,ver
ba autē mea non transibūt,corruptibilē eū, fi
niendumq designat.Sed & Paulus dicēs: Va
nitati enim creatura subiecta est nō volēs,sed
propter eū q subiecit in spe:qa & ipsa creatu
ra liberabit a seruitute corruptionis in liber
tatem glorię filiorū dei:manifeste finē mundi
declarat.Et cū rursum dicit, Trāsiet habitus
huius mūdi.Verū in eo ipso quo dixit qa va
nitati creatura subiecta est etiā i spem aliquā,
ex causa vtiq subiecta est: & qđ ex causa est,
necesse est vt cœperit:nō em̄ poterat sine vllo
initio creatura esse subiecta,& sperare liberari
a seruitute corruptiōis q̄ seruire nō cœperat.
Sed & q̄plurima alia in scripturis diuinis hu
iusmodi dicta reperiet si qs requirat ex ocio,qb[9]
& initiū habere mundus,& finē sperare dicat.
Si qs ergo est q aduersēt in hac parte vel au
ctoritati nostrę,vel fidei:inqrem[9] ab eo vtrū
dicat deū cōphēdere posse oīa,an nō posse?Et
dicere qdē nō posse,manifeste impiū est.Si ve
ro(qđ necesse est)dixerit q oīa cōprehendit?
supest vt eo ipso quo cōphēdi possunt, & ini
tiū habere intelligant,& finē. Nā qđ penit[9] si
ne initio est,cōprehēdi oīno nō pōt.In quātū
cūq em̄ se intellect[9] extēderit,i tātū cōphēdē
di facultas sine fine subducit,& differt, vbi ii
tiū nō habet.Sed solēt nobis obiicere dicētes.
Si cœperit mūdus ex tēpore:qd ante faciebat
deus anteq̄ mūdus fieret? Ociosam em̄ dicere
naturā dei,ociosum est simul & absurdū: vel
putare q bonitas aliqñ nō fecerit,& omīpotē
tia aliquādo nō egerit potētatum.Hoc nobis
obiicere solent dicētibus mūdū hunc ex certo
tempore cœpisse,& secundum scripturæ fidē
annos quoq ætatis ipsius numerantibus.
D ¶Ad quas ppositiōes nō arbitror aliquē hęre
ticorū secūdū rationē dogmatis sui posse faci
le respondere.Nos vero cōsequēter responde
bimus obseruātes regulā pietatis,& dicentes,
q nō tūc primū cū visibilem istū mundū fecit
deus cœperit operari,sed sicut post corruptio
nem huius erit alius mūdus, ita & anteq̄ hic
esset, fuisse alios credimus.Qđ vtrūq diuinæ
scripturę auctoritate firmabit.Nā q erit post
hūc alius mūdus Esaias docet,dicens:Erit cæ

Caue & caute lege.

lū nouū,& terra noua,q̄ ego faciā pmanere i
cōspectu meo,dicit dñs.Q3 aūt ante hunc mū
dū fuerint etiā alii,Ecclesiastes ostēdit dicēs.
Quid est qđ factū est?id ipm qđ futurū est. Et
quid est qđ creatū est?hoc ipsum qđ creandū:
& nihil est oīno recēs sub sole.Sed qs loquet,
& dicet,ecce hoc nouū est?iā fuit id in seculis
quę fuerūt ante nos.Quib[9] testimoniis vtrū
q pbat,q & ante fuerūt secula, & futura sint
postmodum.Non tamen putādum est plures
mūdos simul eē, sed post hūc interim alios fu
turos:de qbus nūc nō est necessariū p singula
repetere,cum iā id in superioribus fecerimus.
¶Illud sane ociose prętereūdū nō eē arbitror, E
q scripturę sanctę cōditionē mūdi nouo quo
dā & proprio nomine nūcupauerūt, dicentes
καταβολὼ mūdi,qđ latīe satis iproprie trāsla
tū constitutionē mūdi interpretati sunt,sicut
in euāgelio secūdū Ioannē cū dicit Saluator:
Et erit tribulatio in illis diebus qualis nō fuit
a cōstitutione mūdi.hic cōstitutio καταβολὼ
dicta est:qđ ita intelligendū est sicut superius
exposuimus. Sed & Apostolus in epistola ad
Ephesios eodē sermone vsus est cum ait: Qui
elegit nos ante mūdi constitutionē.& hic con
stitutionē mūdi καταβολὼ dixit,eodem sensu
quo superius interpretati sumus intelligēdā.
Dignū igit videt inquirere qd est quod hoc
nomine indicet:& arbitror quoniāqdem finis
& cōsummatio sanctorū erit in his quę nō vi
dent,& æterna sunt:& ipsius finis contempla
tio est,sicut i superiorib[9] frequēter ostēdim[9].
Simile & initium irrationabiles creaturas ha
buisse censendū est.Et si tale initiū habuerint
qualē finē sperāt,fuerūt sine dubio iam ab ini
tio in his quę nō vident,& ęterna sunt.Qđ si
est,de superioribus ad inferiora descēsum est
nō ab his tm̄ aīalibus quę id motuū suorū va
rietate meruerūt,verum & ab his q̄ ad totius
mūdi ministeriū ex illis superioribus & inuisi
bilibus ad hęc inferiora & inuisibilia deducta
sunt,licet non volentia:vanitati quippe crea
tura subiecta est nō volēs, sed propter eū qui
subiecit in spe,qua vel sol,vel luna,vel stellæ,
vel angeli explerent obsequium mūdo: & his
animabus quę ob nimios defectus mētis cras
sioribus & solidiorib[9] indiguere corporibus.
& propter eos quibus hoc erat necessarium,
mundus iste etiam visibilis institutus est. Ex
hoc ergo communiter omnium per hanc si
gnificantiam,id est per καταβολὼ a superiori
bus ad inferiora videtur indicari deductio.
¶Spem sane libertatis vniuersa creatura ge
rit vt a seruitutis corruptione liberetur,cum F
filii dei q vel prolapsi,vel dispersi sunt,in vnū

fuerint cōgregati,vel cū cętera officia exple-
uerint in hoc mūdo,quę solus cognoscit oīm
artifex deus. Talem vero,ac tantum putandū
est factum esse mūdum,qui vel omnes eas ani
mas quę in hoc mundo statutę sunt exerceri,
caperet,vel oēs eas virtutes quæ adesse eis,&
dispēsare eas,ac iuuare paratę sunt, Vniꝰ nā
q̄ naturę esse oēs rationabiles creaturas,ex
multis assertionibus cōprobat̄: p q̄d solū dei
iustitia in oībus eorū dispēsationibus defendi
potest,dū vnaquęq̄ ī semetipsa habet causas
q̄ in illo,vel in illo vitę ordine posita sit. Hāc
dispositionē dei quā postea ordinauit,iā tunc
ab origine mūdi rationibus causisq̄ perspectis
eorū q vel p defectu mētis venire in corpora
merebant̄,vel eorū q visibiliū cupiditate rapta
bant̄,sed & illorū q vel nolētes,vel inuiti prę
stare officia quędā his q in hūc statū decide-
rant cōpellebant̄ ab eo qui in spe subiiciebat:
nō intelligētes quidā,nec aduertētes q̄ ex præ
cedentibus liberi arbitrii causis instituta fuis-
set a deo dispositionis ista varietas, arbitrati
sunt vel fortuitis motibꝰ,vel fatali necessita-
te agi omnia quę in hoc mūdo sunt , nec esse
aliquid in nostro arbitrio. Vnde nec dei ꝓui-
dentiam inculpabilem assignare potuerunt.

A ¶Sicut autem audiuimus,q̄ multis,vel mini
stris,vel rectoribus,vel auxiliatoribꝰ eguerūt
animę omnes quę in hoc mūdo versatę sunt:
ita in nouissimis tēporibus cū iā finis mundo
proximus immineret,& in vltimā perditionē
omne humanū vergeret genus,infirmatis nō
solū his qui regebant̄,verū etiā illis qbꝰ regē
di fuerat sollicitudo cōmissa,nō iam tali auxi
lio,nec similibus suis indiguit defensoribus,
sed auctoris ipsiꝰ,& creatoris sui opē depopo
scit,q & his obœdiēdi,& illis regēdi corruptā
ꝓphanāq̄ restitueret disciplinā. Vnde vnige-
nitus filiꝰ dei q erat verbū, & sapiētia patris,
cū esset ī ea gloria apud patrē quā habuit an
teq̄ mūdꝰ esset:exinaniuit semetipsum,& for-
mā serui recipiēs efficit̄ obœdiēs vsq̄ ad mor
tē,vt obœdiētiā doceret eos q nō aliter nisi p
obœdiētiā salutē cōsequi poterāt:regēdi quo
q̄ regnādiq̄ corruptas restituit leges, dū oēs
inimicos subiecit sub pedibus suis,vt per hoc
q̄ necesse est eum regnare donec ponat inimi
cos suos sub pedibus, & nouissimum inimicū
destruat mortē,rectores ipsos regendi doceat
moderamina. Quia ergo nō solū regendi , vel
docēdi verū etiā obœdiēdi venerat reparare
disciplinā(vt diximus)in semetipso prius cō-
plens q̄d in aliis volebat īpleri:idcirco nō solū
vsq̄ ad mortē crucis patri obœdiēs factus est,
verū etiā in cōsummatione seculi ī semetipso
cōplectēs oēs quos subiecit patri,& qui per eū
venerūt ad salutē,cū ipsis,& ī ipsis ipse quoq̄
subiectus dicit̄ patri,dū oīa cōstant,& ipse est
caput,etiam ipse est salus salutem consequen
tium plenitudo. Hoc ergo est quod de eo di-
cit Apostolus: Cum autem ei subiecta fuerint
omnia,tunc & ipse filius subiectus erit ei qui
sibi subdidit oīa,vt sit deus omīa in omnibꝰ.

¶Verū nescio quo pacto hęretici intelligētes B
apostoli sensum q his verbis cōtinet̄,subiecti-
onis in filio nomē infamāt:cuius appellatiōis
si improprietas reqrit̄,ex cōtrariis facile pote
rit inueniri. Nā & subiectū eē nō est bonū: re-
stat vt illd̄ q̄d cōtrariū ē,bonū sit.i. nō eē sub
iectū,sermo nāq̄ apostoli secūdū q̄ isti dicūt,
hoc videt̄ ostēdere,cū dicit:Cū aūt ei subiecta
fuerint oīa,tūc & ipse filiꝰ subiectꝰ erit ei q si
bi subdidit oīa,vt quasi is q nūc patri non sit
subiectus,futurus sit tūc,cū pater ei vniuersa
subiecerit. Sed miror quō intelligi possit,vt is
q nōdū sibi subiectis omībus nō est ipse subie
ctus,tunc cū subiecta fuerint sibi omīa,cū rex
omniū fuerit,& potestatē tenuerit vniuerso-
rum,tūc eū subiiciēdū putēt cū subiectus an-
te nō fuerit:nō intelligētes q̄ subiectio Chri-
sti ad patrē, beatitudinē nostrę pfectionis ostē
dit,& suscepti ab eo opis palmā declarat: cū
nō solum regēdi ac regnādi summā quā vni-
uersa emēdauerit creatura,verū etiā obœdiē-
tię & correctiōis correcta parataq̄ hūani gnīs
patri offerat instituta. Si ergo bona & saluta-
ris accipit̄ ista subiectio qua subiectꝰ esse dicit̄
filius patri:valde cōsequēs & cohęrēs est vt ii
nimicorū q̄ dicit̄ filiō dei eē subiectio, salutaris
q̄dā intelligat̄,& vtilis:vt sicut cū dicit̄ filius
patri subiectus,pfecta vniuersę creaturę resti-
tutio declarat̄: ita cū filio dei inimici dicunt̄
esse subiecti,subiectorū salus ī eo intelligat̄,&
reparatio pditorū. Verū certis qbusq̄ & mo-
dis,& disciplinis,& tēporibꝰ subiectio ista cō-
plebit̄ nō necessitate aliqua ad subiectionē co
gēte,ne p vim subditꝰ fiat oīs mūdus deo,sed
verbo,rōne,doctrina,ꝓuocatiōe meliorū,isti-
tutionibus optimis,cōminationibus quoq̄ di
gnis & cōpetētibꝰ,q̄ iuste immineāt iis q salu
tis & vtilitatis suę curā sanitatēq̄ cōtemnūt.
Deniq̄ & nos hoīes cum vel seruos,vel filios
erudimꝰ,dū adhuc veritatis ꝑtarē rōnis in-
capaces sunt,minis eos & metu coercemꝰ: cū
vero boni,vtilis,& honesti intelligētiam cepe
rint,tum iam cessante verberū metu,verbo ac
ratione sua ad oīa quæ bona sunt acquiescūt.

¶Quomodo autē seruata in oībus rōnabilibꝰ
creaturis arbitrii libertate,vnusquisq̄ debeat C
dispēsari,i.quos velut iam paratos & capaces

sermo dei & inueniat, & instituat: quos aũt interim differat: a qb⁹ vero penitus occultet, & lõge eorũ a se fieri dispẽset auditũ, quosq; rursum cõtemnẽtes idicatũ sibi & pdicatũ verbũ dei, correptionibus qbusdã, & castigationibus illatis purgeat ad salutẽ, cõuersionẽq; eorum quodãmõ exigat, & extorqueat: qbusnã vero etiam occasiones præstet salutis, ita vt interdum etiã & respõsione sola fide pbata indubitatã qs ceperit salutẽ: qb⁹ hæc ex causis, vel qbus occasionibus fiant, qdve in his intro inspiciẽs diuina sapiẽtia, vel quos motus ppositi eorũ vidẽs hęc vniuersa dispẽset: soli deo cognitũ est, & vnigenito eius, p quẽ creata ac reparata sunt vniuersa: & spiritui sancto p quẽ cuncta sanctificant, qui ab ipso patre pcedit, Cui est gloria æterna in secula. Amen.

De consummatione Mundi. CAP. VI.

D DE FINE Vero mũdi, & cõsummatione omniũ iã qdẽ & in superioribus pro viribus nostris disseruimus, secundum q diuinæ scripturæ indulsit auctoritas, quæ sufficere ad instructionẽ putamus, paucis etiã nunc admonitis, quoniam ad hũc nos locum quæstionis ordo perduxit. Igitur summũ bonum ad quod natura rationabilis vniuersa festinat, q etiã finis oĩm dicit, a qplurimis etiã philosophorũ hoc modo terminat, quia summũ bonũ sit, prout possibile est, similem fieri deo. Sed hoc nõ tã ipsorũ innẽtũ, q̃ ex diuinis libris ab eis sumptum puto. Hoc nãq; indicat Moyses ante oẽs cũ primã conditionem hoĩs enarrat dicẽs. Et dixit deus: Faciamus hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Tũc deinde addit: Et fecit deus hominẽ, ad dei imaginem fecit eũ, masculũ & fœminã fecit eos, & benedixit eos. Hoc ergo qd dixit, ad imaginem dei fecit eum, & de similitudine siluit, nõ aliud indicat nisi q imaginis dignitatem in prima cõditione pceperit, similitudinis vero perfectio in consummatione seruata est: scilicet vt ipse sibi eam pprię industrię studiis ex dei imitatione consciscceret, cum possibilitatem sibi perfectionis diuinitus datam per imaginis dignitatem, in fine demũ per operum expletionem perfectã sibi ipse similitudinem consummaret. Sed apertius hæc & euidentius in se habere Ioannes apostolus definit, hoc modo pronuncians: Filioli nõdũ scimus qd futuri sumus: si vero reuelatũ nobis fuerit de Saluatore, sine dubio dicetis, similes ei erimus. Per qd certissime indicat & finẽ omniũ, quẽ adhuc sibi dicit ignotũ, & similitudinẽ dei sperãdã, quæ p meritorũ pfectione pstabit. Ipse quoq; dñs in euãgelio nõ solũ futura, verũ etiã sui intercessiõe futura denũciat ipse, dũ hoc a patre discipulis suis impetrare dignat, dicẽs: Pater volo vt vbi ego sum & isti sint mecũ: & sicut ego & tu vnũ sumus, ita & isti in nobis vnũ sint. In quo iã videbit ipsa similitudo (si dici põt) pficere, & ex simili vnũ iã fieri, pro eo fine dubio q in cõsummatione vel in fine oĩa & in oĩbus de⁹ est. In quo requirit a nõnullis, si ratio naturę corporeæ q̃uis expurgatæ ad liquidũ, & penitus spiritalis effectę, nõ videat obsistere vel ad similitudinis dignitatẽ, vel ad vnitatis pprietatẽ: q natura diuina vtiq; corporaliter incorporea est, nec similis videat dici incorporea natura posse, nec vnum cum ea vere ac merito designare: maxime cum id quod vnũ est filius cum patre, ad naturæ proprietatem referendum fidei veritas doceat.

Cũ ergo in fine deus esse omnia, & in oĩbus promittat, sicut cõueniẽs est, non est putandũ venire ad illũ finẽ animalia, vel pecora, vel bestias: ne etiã in aĩalibus, aut pecoribus, vel bestiis de⁹ inesse designet: sed nec ligna, vel lapides, vt in his quoq; esse dicat de⁹. Ita nec vllã qdẽ malitiã ad illũ finẽ putãdũ est puenire: ne dũ in oĩbus deus esse dicit, etiã i aliquo vasculo esse dicat. Nã etsi nũc quoq; vbiq;, & in oĩbus dicim⁹ esse deũ, p eo q nihil põt esse vacuũ deo: nõ tñ ita esse dicim⁹ vt oĩa sit nũc in qbus est. Vnde diligẽtius intuẽdũ est quale est hoc qd perfectionẽ beatitudinis rerũq; finẽ significat. Quę sint ergo ista oĩa quę deus futurus sit in oĩb⁹, requiramus. Et ego qdem arbitror, q qdẽ in oĩbus oĩa dicit esse de⁹, significet etiã in singulis eũ oĩa esse. Per singulos autẽ oĩa erit hoc mõ, vt qcqd rationabilis mens expurgata omniũ vitiorũ fæce, atq; oĩ penit⁹ abstersa nube malitię, vel sentire, vel intelligere, vel cogitare põt, oĩa de⁹ sit, nec vltra iã aliud aliqd nisi deũ videat, deũ teneat, oĩs mot⁹ ei⁹ deus modus & mẽsura sit, & ita erit oĩa deus: nõ eñ vltra boni maliq; discretio, quia nusq̃ malũ: oĩa eñ ei deus, cui iã non adiacet malũ: nec vltra ex arbore sciẽdi bonũ & malũ mãducare cõcupiscet, q semp i bono est, & cui oĩa deus est. Sic ergo finis ad principium reparatus, & rerũ exitus collatus initiis, restituet illũ statũ quẽ tũc habuit natura rationabilis cũ de ligno sciẽdi bonũ & malũ comedere nõ egebat, vt amoto oĩ malitię sensu, & ad syncerum, purũq; deterso, solus qui est vnus bonus deus hic ei fiat omnia: cum nusq̃ mors, nusq̃ aculeus mortis, nusq̃ omnino malum, tunc vere deus omnia in omnibus erit.

E

A ❡Verū istam pfectionē, ac beatitudinē rationabilium creaturarū, vel naturarū, ita demū qdam pmanere in eodē statu quo supra diximus putant. i. vt deū oīa habeāt, & deus eis sit omnia: si nullaten⁹ eas societas naturę corporali admoneat. Alioquin existimant gloriā summę beatitudinis īpediri si materialis substantię interserat admixtio. De qua re plenius a nobis quę in superioribus occurrere potuerunt, peracta atq; digesta sunt. Nunc vero qm̄ apostolū Paulū mentionē spiritalis fecisse inuenim⁹: qualiter etiā mihi sentiri debeat de hoc tantūmodo prout possumus requiram⁹. Quātum ergo sensus noster capere potest, qualitatem spiritalis corporis talē quidem esse sentimus, in qua inhabitare deceat non solum sanctas quasq; pfectasq; animas, verū etiā illā creaturam quę liberabit a seruitute corruptionis De quo corpore etiā Paulus apostolus dixit: Domū habemus nō manu factā æternā in cælis, id est in mãsionibus beatorū. Ex hoc ergo & cēsurā capere possum⁹, quātę puritatis, quātę subtilitatis, quantęq; glorię sit qualitas corporis illius, si comparationē faciamus eius ad ea q̄ nūc licet cęlestia & splendidissima corpora, manu facta tamen sunt, & visibilia. De illo aūt dicit domus esse nō manu facta, sed æterna in cælis. Quia ergo quę vident temporalia sunt, quę aūt non videntur ęterna sunt: omnibus his corporib⁹, quę siue in terris, siue in cęlis videmus, & quę videri possunt, & manu facta sunt, & ęterna nō sunt, multa lōge platione pcellit illud qd̄ & visibile nō est, nec manu factū est, sed ęternū est. Ex qua cōparatione cōuinci potest quantus decor, quātus splendor, quantus fulgor sit corporis spiritalis: & verū esse illud quod dictū est, q; oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quę pręparauit deus diligentibus se.

B ❡Nō aūt dubitādū est naturā corporis hui⁹ nostri volūtate dei qui talem fecit eā, vsq; ad illam qualitatem subtilissimi, & purissimi, ac splēdidissimi corporis posse a creatore perduci, prout rerum status vocauerit, & meritum rationabilis naturę poposcerit. Deniq; cum varietate & diuersitate mundus indiguit, per diuersas rerum facies speciesq; omni famulatu præbuit se materia cōditori, vtpote domino & creatori suo, quo diuersas cælestium terrenorumq; ex ea duceret formas. Cum vero res ad illud cœperint festinare vt sint omnes vnum, sicut est pater cum filio vnū: consequēter intelligi datur, q; vbi omnes vnum sunt, iam diuersitas non erit. Propterea etiā nouissimus inimicus. i. diabolus q mors appellatur destrui dicit, vt neq; vltra triste sit aliqd vbi mors nō est, neq; aduersū sit vbi nō ē inimic⁹.

C ❡Destrui sane nouissimus inimicus ita intelligēdus est, nō vt substātia ei⁹ quę a deo facta est pereat: sed vt propositū & volūtas inimica quę non a deo, sed ab ipso pcessit, intereat. Destruetur ergo non vt non sit, sed vt inimicus nō sit & mors. Nihil eni oīpotēti īpossibile ē, nec insanabile est aliqd factori suo: ppterea eni fecit oīa vt essent: & q̄ facta sunt vt essent, nō eē nō possūt. Propterea mutationē qdē varietatēq; recipiēt, ita vt p meritis, vel in meliori vel in deteriori habeant statu. Substātialē vero interitū ea q̄ a deo facta sunt vt essent & p manerēt, recipere nō possunt. Nō eni q̄ opinione vulgi interire dicunt, cōtinuo etiā vel fidei vel veritatis ratio ea interire consenserit. Deniq; caro nr̄a ab imperitis & īfidelib⁹ ita post mortē deperire existimat, vt nihil prsus reliquū substātię suę habere credat. Nos vero q resurrectionē eius credim⁹, immutationē eius tātū modo p mortē factā intelligimus, substātiā vero ei⁹ certū est pmanere, & volūtate creatoris sui, certoq; tēpore rursus reparari ad vitā, ac q; iterū pmutationē eius fieri, vt q̄ primo fuit caro ex terra terrena, tū deinde dissoluta per mortē, & iterū facta cinis ac terra, quoniā terra es (inqt) & in terrā ibis, rursum resuscitet e terra: & post hoc iā velut meritū inhabitātis aīę poposcerit, in glīa corporis pficiet spiritalis. caue.

❡In hūc ergo statū oēm hāc nostrā substātiā corporalē putādū est producēdam tūc cū oīa D restituent vt vnū sint, & cū deus fuerit oīa in oībus. Quod tn̄ non ad subitū fieri, sed paulatim & p partes intelligendū est, infinitis & immēsis labētibus seculis, cū sensim & per singulos emēdatio fuerit & correctio pscuta, præcurrētibus aliis, & velociori cursu ad summa tendētibus, aliis vero pximo spatio insequētibus, tū deinde aliis longe posterius: & sic per multos, & inumeros ordines pficiētiū ac deo se ex inimicis recōciliātiū puenit ad nouissimū inimicū q dicit mors, vt etiā ipse destruatur ne vltra sit inimicus. Cum ergo restitutæ fuerint oēs rationabiles animę in huiuscemodi statū, tūc natura etiā hui⁹ corporis in gloriā perducet. Sicut eni de rationabilibus videmus naturis, nō alias esse q̄ p peccatis in indignitate vixerint, & alias q̄ p meritis ad beatitudinē inuitatę sint: sed has easdē q̄ ante fuerāt peccatrices, cōuersas postmodū & deo reconciliatas videm⁹ ad beatitudinē reuocari: Ita etiā de natura corpis sētiēdū ē, q; nō aliud corpus est quo nūc i ignobilitate & corruptiōe, & īfirmitate vtimur: & aliud erit illud quo in caute lege.

incorruptione,& in virtute,& in gloria vte-
mur:sed hoc idẽ abiectis infirmitatibus in q-
bus nũc est,in gloriã trãsmutabit spiritale ef-
fectum,vt qđ fuit indignitatis vas,hoc ipm
expurgatũ fiat vas honoris, & beatitudinis
habitaculũ.In quo statu etiã pmanere semper
& immutabiliter creatoris volũtate est credẽ
dum,fidẽ rei faciẽte sentẽtia Apostoli dicẽtis
Domũ habemus nõ manu factam in cælis.
E ¶Non eñ secũdũ Græcorũ philosophos prę
ter hoc corpus qđ ex quatuor elementis est,
aliud quintũ corpꝰ qđ p oĩa aliud sit & diuer
sum ab hoc nr̃o corpore,fides necessario reci
pit:qm̃ neq̃ ex scripturis sanctis vel suspitio-
nem aliquã proferre de his potest, neq̃ ipa re
rũ cõsequentia hæc recipi patiť:maxime cum
manifeste definiat sanctus Apostolus,quia nõ
noua aliqua corpora resurgẽtibus a mortuis
dentur,sed hæc ipa quę viuẽtes habuerãt,ex
deterioribus in melius trãsformata recipiãt.
Ait enim:Seminať corpus aĩale, resurget cor
pus spiritale:seminatur in corruptione,resur
geť in incorruptione:seminatur in infirmita
te,resurget in virtute:seminať in ignobilita-
te,resurget in gloria.Sicut ergo profectus est
homini quidẽ,vt cũ sit priꝰ animalis homo,
nec intelligat q̃ sunt spiritꝰ dei, veniat in hoc
per eruditionẽ vt efficiať spiritalis, & diiudi-
cet oĩa,ipe vero a nemine diiudiceť:ita etiam
de corporis statu sentiendũ est,q̃ ipsum idem
corpus qđ nũc pro mysterio animę nũcupatũ
est animale,per profectũ quẽdã cũ anima deo
vnus cum eo spiritus fuerit effecta,iã tũc cor
pus quasi spiritui ministrans in statum quali
tatemq̃ proficiat spiritalem:maxime cum si-
cut sæpe ostẽdimus,talis a conditore facta sit
natura corporea,vt in quãcunq̃ voluerit,vel
res poposcerit qualitatem,facile subsequatur.
¶Omnis igiť hęc ratio hoc continet,q̃ duas
generales naturas condiderit deus:naturã vi
sibilem.i.corporeã,& naturã inuisibilem,quæ
est incorporea.Istæ vero duæ naturę diuersas
sui recipiunt permutationes.Illa quidẽ inuisi
bilis q̃ rationabilis est,animo propositoq̃ mu
tatur p eo q̃ arbitrii sui libertate donata est:
& p hoc aliqñ in bonis,aliqñ in cõtrariis iue
nitur.Hæc vero natura corporea substantia-
lem recipit permutationem:vnde & ad omne
qđ moliri,vel fabricare,vel retractare volue-
rit artifex omnium deus,materię huiꝰ habet
in oĩbus famulatũ,vt in quascunq̃ vult for
mas,vel species,prout rerũ merita deposcũt,
naturam corpoream transmutet & trãsferat.
Quod euidẽter propheta designãs ait: Deus
qui facit omnia,& transmutat.

¶Iam sane illud quærendũ est,si tunc cũ erit F
deus oĩa in oĩbus,in cõsummatione oĩm,vni
uersa corporis natura vna specie constabit,&
oĩs qualitas corporis illa sola erit quæ in illa
inenarrabili gloria fulgebit,quę spiritalis cor
poris futura sentienda est.Si eñ recte accepi-
mus,id ĩ initio libri sui Moyses scribit dicẽs:
In principio fecit deus cælũ & terrã. Hoc eñ
principiũ totius creaturę,ad hoc principium
finẽ omniũ cõsummationẽq̃ cõuenit reuoca-
re:id est vt illud cęlum ,& illa terra habitatio
& requies sit piorũ:ita vt prius terrę illiꝰ san
cti quiq̃ & mãsueti hęreditatẽ capiãt, quãdo
quidẽ hoc etiã lex,& prophetæ, & euangeliũ
docẽt.In qua terra puto esse veras illas & vi-
uas formas illius obseruãtiæ quã Moyses p le
gis vmbrã tradebat.De q̃bus dictũ est , q̃ exẽ
plari,& vmbræ deseruiũt cęlestiũ:his.s.q ser-
uiebant in lege.Sed ad ipm Moysen dictũ est:
Vide vt facias secundũ formã,& similitudinẽ
quæ tibi ostẽsa est in mõte . Vnde mihi videť
q̃ sicut in hac terra lex pædagogus qdã fuit
eorũ q ad Christũ ab ipo perduci deberẽt eru
diri ab ea & instituri vt faciliꝰ possent post in
stitutionem legis perfectiora quæq̃ instituta
Christi suscipe:ita etiã alia terra sanctos quos
q̃ suscipiẽs,verę & ęternę legis institutionibꝰ
eos prius imbuat,& iformet,quo faciliꝰ etiã
illis cælis perfectis,& quibus addi iã nihil po
test institutis potiaď:in quo erit illud quod
æternum dicitur euangelium, & testamẽtum
semper nouum quod nunq̃ veterascet.
¶Hoc itaq̃ modo in consummatione ac resti
tutione omniũ fieri putandũ est,vt paulatim G
proficientes,& ascẽdẽtes modo & ordine per
ueniant primo ad terram illam,& eruditionẽ
quæ in ea est,in qua ad meliora , & illa quibꝰ
iam addi nihil potest instituta præparentur.
Post actores eñ,& procuratores Christꝰ do-
minus qui est rex omnium,regnum ipse susci
piet.i.post eruditiões sanctarum virtutũ eos
qui eum capere possunt secundum q̃ sapien-
tia est,ipse instruet,regnãs in eis tãdiu vsque
quo eos etiã patri subiiciat qui sibi subdidit
oĩa,id est vt cũ capaces dei effecti fuerint, sit
eis deus oĩa in oĩbus.Tũc cõsequẽter etiã na-
tura corporea illũ summũ,& cui addi iam ni-
hil possit,recipiet statũ. Hactenus nobis etiã
corporeę naturę vel spiritalis corporis ratio
ne discussa,arbitrio legentis relinquimus, ex
vtroq̃ qđ melius iudicauerit eligẽdum. Nos
vero in his finem libri Tertii faciamus.

LIBER QVARTVS.

Q̃ scripturæ diuinitus inspiratę sint.

CAPVT.I.

A VERVM QVOniam
de tãtis,& talibus re-
bus differentibus nõ
ſufficit humanis ſen-
ſibus, & communni I
tellectui ſummam rei
committere,&(vt ita
dixerim) viſibiliter
de inuiſibilibus pro-
nunciare: aſſumenda
nobis ſunt ad ꝓbationẽ horum quę dicimus,
etiã diuinarũ ſcripturarũ teſtimonia. Quæ te
ſtimonia vt certã & indubitatã fidẽ præſtent,
ſiue in his quę dicẽda nobis, ſiue quæ iã dicta
ſunt: neceſſariũ videt̃ oſtẽdere ꝙ ipſæ diuinæ
ſcripturę ſint dei ſpiritu inſpiratę. Igit̃ q̃ pote
rimus breuiter etiam de hoc aſſignabimus ex
ipſis diuinis ſcripturis, quę nos cõpetẽter mo-
uerint, ꝓferentes aliq̃ de Moyſe primo legiſla
tore gentis Hebrææ, & aliqua ex verbis Ieſu
Chriſti auctoris & principis Chriſtianorũ re
ligionis & dogmatis. Cũ ꝑmulti legiſlatores
extiterint apud Gręcos, & Barbaros, inuenti
quoq; ſint doctores vel philoſophi veritatem
ſe pollicẽtes aſſerere: nullũ meminimus legiſla
torem affectũ quẽdã, & ſtudiũ etiã exterarum
gentiũ animis iniicere potuiſſe, vt leges ſuas
vel ſuſciperẽt libẽter, vel etiã omni animi intẽ
tione defenderent. Nemo ergo eam quæ ſibi
viſa eſt veritatem non ſolum plurib⁹ aliis ex-
teris nationibus, ſed ne vni quidem genti inſi
nuare ita atq; inoleſcere potuit, vt ad omnes
eius ſcientia vel credulitas perueniret.

B ¶ Et quidẽ dubitari non poteſt, ꝙ legiſlatores
optauerũt obſeruari ab om̃ibus ſi fieri poſſet
hominibus leges ſuas, & magiſtri oĩbus inno
teſcere ſuper eã quæ ſibi viſa fuerat veritatẽ.
Sed ſciẽtes ꝙ id omnino nõ poſſent, vt virtus
in eis aliqua tanta ſubſiſteret quę etiã cæteras
nationes ad legum ſuarũ, vel aſſertionũ obſer
uãtiã prouocaret: nec conari q̃dẽ hoc, aut in
cipere oĩno auſi ſunt, ne impudẽtes eos etiam
hoc inefficax & inexplebile notaret inceptũ.
At vero in omni orbe terrarũ, in om̃i gręcia,
atq; vniuerſis cæteris nationib⁹ innũeri ſunt
& immẽſi, q relictis patriis legib⁹, & his quos
putabãt deos, ad obſeruantiã Moyſeę legis &
diſciplinatũ ſe Chriſti cultũq; tradiderunt, &
hoc non ſine ingenti odio aduerſum ſe cõmo
to eorũ qui ſimulacra venerabãtur, ita vt ab
his frequenter & cruciatibus affligerent̃, non
nunq̃ etiã agerent̃ in mortẽ: amplectunt̃ tñ, &
cũ om̃i affectu cuſtodiũt doctrinę Chriſti ſer
monẽ. Et eſt videre quõ breui tẽpore ipſa reli
gio creuit pœnis multoꝝ mortibuſq; ꝑficiẽs,
ſed & bonorũ direptionibus, atq; ab his om̃i
genere ſuppliciorũ tolerato: & eo maxĩe mirũ
eſt, ꝙ ne doctores q̃dẽ ipſi vel ſatis idonei ſũt,
vel ſatis plures: prædicatur tamen ſermo iſte
in toto orbe terrarum, ita vt Gręci, ac Barba
ri, ſapientes, & inſipientes religionem Chriſtia
nę doctrinę ſuſcipiant.

¶ Ex quo dubiũ non eſt hoc humanis viribus C
aut opib⁹ nõ agi, vt cũ om̃i credulitate & po
teſtate ſermo Chriſti Ieſu apud omniũ mẽtes
atq; aĩos cõualeſcat. Nam & ꝑdicta ab eo hęc
ipſa, & diuinis ab eo reſpõſis cõfirmata, mani
feſtũ eſt cũ dicit, q̃a apud ꝑſides & iudices du
cemini ꝓpter me in teſtimoniũ ipſis & genti-
bus. Et rurſum. Prędicabit̃ hoc euãgeliũ in oĩ
bus gentibus. Et iterũ. Multi mihi dicẽt in illa
die: Dñe, dñe, nõne in nomine tuo mãducaui
mus, & bibimus? & in tuo noĩe dęmonia eieci
mus? & dicã eis: Diſcedite a me opatii iniq̃ta-
tis, nunq̃ cognoui vos. Quę ſi ita q̃dẽ dicta ab
eo fuiſſent, nec tñ ad fidẽ ea quę dicta ſunt per
ueniſſent: fortaſſe minus eſſe viderent̃, nec ha
bere aliq̃d auctoritatis. Nũc vero cũ in effectũ
ea quę fuerãt ab eo dicta ꝑueniãt, cũ tãta aũt
poteſtate, atq; auctoritate ꝑdicta ſint: manife-
ſtiſſime declaratur vera eſſe, ꝙ homo factus
ſalutaria præcepta hominibus tradidit.

¶ Quid vero inde dicẽdũ eſt q̃d prophetæ de D
ipſo ante ꝑdixerãt, nõ ceſſaturos principes ex
Iuda, neq; duces de femorib⁹ ei⁹ vſquequo ve
niat ille cui repoſitũ eſt, regnũ. ſ. & vſquequo
veniat expectatio gentiũ. Manifeſtiſſime enim
ex ipſa hiſtoria apparet ex his quæ hodie per
uidentur, ꝙ ex temporibus Chriſti vltra re-
ges apud Iudęos non extiterũt. Sed & illę oẽs
ambitiones Iudaicę in q̃bus ſe iactabant q̃plu
rimi, & in quibus exultabant, vel de templi de
core, vel de altaris inſignibus, atq; omnibus il
lis ſacerdotalibus infulis, indumentiſq; ponti
ficũ, ſimul deſtructa ſunt. Completa eſt enim
prophetia quæ dixerat, Per dies multos ſede-
bunt filii Iſrael ſine rege, ſine principe: nõ erit
hoſtia, nec altare, nec ſacerdotium, nec reſpon
ſa. His ergo teſtimoniis vtimur aduerſus eos
qui videntur aſſerere de his quę in Geneſi ab
Iacob dicta ſunt, ꝙ de Iuda dicta ſint: & dicũt
permanere adhuc principem ex genere Iudæ,
iſtum videlicet qui eſt gentis eorum princeps
quẽ nominãt Patriarcham, nec deficere poſſe
de ſemine eius q̃n permaneat vſq; ad aduentũ
eius Chriſti quẽ ſibiipſi deſcribũt. Sed ſi verũ
eſt q̃d ait propheta, ꝙ dies multos ſedebunt
filii Iſrael ſine rege, ſine principe, nec erit ho-
ſtia, nec altare, nec ſacerdotiũ: & vtiq; ex quo
ſubuerſum eſt templum, nec hoſtiæ offerunt

tũt, nec altare inuenit, nec sacerdotiũ: constat & certissimũ est defecisse principes ex Iuda, sicut scriptũ est, & ducẽ ex femoribus eius vsq; quo veniret ille cui repositũ ẽ. Cõstat ergo ꝙ venit ille cui repositũ est, in quo expectatio gẽtium est. Qđ manifeste videt impletũ de multitudine eorum qui per Christum deo ex diuersis gentibus crediderunt.

E ℭSed & in Deuteronomii Cãtico per prophetiam designaẽ, ꝓ peccatis prioris populi futura esse insensatæ gẽtis electio, non alia vtiq; ꝙ hęc quę p Christũ facta est. sic em̃ ait: Exacerbauerũt me in simulacris suis, & ego i zelo cõcitabo eos, in gẽte insipiẽte irritabo eos. Est ergo satis euidenter agnoscere queadmodũ Hebręi qui deũ exacerbasse dicunẽ in his q nõ sũt dii, & irritasse eum in simulacris suis: irritari sint & ipsi zelotypia p gentẽ insipientẽ, quam deus elegit per aduẽtũ Iesu Christi & discipulos eius. Sic em̃ dicit Apostolus. Videte enim vocationẽ vestrã fratres, q̃m nõ multi sapientes inter vos secũdũ carnẽ, non multi potentes, nõ multi nobiles, sed quæ stulta mũdi sũt elegit deus, & ea quę nõ sunt, vt ea quæ erant prius destrueret. Nõ ergo glorietur carnalis Israel: ita nãq; ab Apostolo vocaẽ: nõ inquam gloriẽ caro in cõspectu dei. Sed & de his quę in Psalmis ꝓphetanẽ, qđ dicẽdũ est? In eo maxime qui scribiẽ Cãticum p dilecto, vbi refert ꝙ lingua eius calamus scribę velociter scribẽtis, decorus super filios hominũ, quoniã effusa est gratia in labiis eius. Indicium autem effusę gratię in labiis eius hoc est, ꝙ breui tẽpore transacto: anno enim & aliquot mensib⁹ docuit: vniuersus tamẽ orbis, doctrina & fide pietatis eius impletus est. Orta est ergo in dieb⁹ eius iustitia, & abũdãtia pacis permanens vsq; ad finem, qui finis ablatio lunæ appellatus est. Et dominabiẽ a mari vsq; ad mare, & a flumine vsq; ad fines terrę. Datũ est aũt & signũ domui Dauid: Virgo enim in vtero cõcepit, & peperit Emmanuel, quod est interpretatũ nobiscum deus. Scitote gẽtes & vincimini. victi enim sumus & superati qui ex gẽtibus sum⁹, & velut exuuiæ quædam victoriæ eius existimus qui eius gratiæ colla nostra subiecimus.

F ℭSed & locus natiuitatis eius prædictus est ĩ Michęa propheta dicente, Et tu Bethleem Iuda nequaq̃ minima es in ducibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populũ meũ Israel. Sed & septimanę annorum impletę sunt vsq; ad ducem Christum quas prædixerat Daniel propheta. Adest nihilominus & is qui in Iob dictus est beluam ingẽtem consumpturus, qui & dedit potestatẽ familiaribus discipulis suis calcare super serpentes, & scorpiones, & supra omnẽ virtutem inimici nihil ab eo nocendis. Sed & si quis consideret apostolorum Christi per singula loca discursus, in q̃bus ab eo missi euangeliũ ꝑdicarũt, inueniet quę & quot ausi sunt aggredi quę supra hominẽ sunt: & ꝙ explere potuerũt, ex deo est. Si cõsiderem⁹ quomodo homines nouã doctrinã ab eis audiẽtes inferri, suscipere eos potuerũt, vel potius ꝙ sępe eis volẽtes inferre perniciẽ diuina qđę quæ eis aderat virtute repressi sunt: inueniem⁹ nihil in hac causa humanis viribus, sed totũ diuina virtute, ac ꝓuidentia ꝓcuratum, euidẽtibus ꝓculdubio signis & virtutibus testimonium reddentibus verbo & doctrinę eorum.

ℭHis autem breuiter demonstratis, id est de deitate Iesu Christi & de omnibus his quę de ipso prophetata fuerant expletis: simul illud etiam arbitror approbatũ, ꝙ & scripturę ipsæ quæ de eo ꝓphetauerant, diuinitus inspiratę sint, quæ vel de aduẽtu eius, vel de potestate doctrinæ, vel de omni gẽtiũ assumptione prædixerant. Quibus etiam illud addendũ est, ꝙ siue prophetarũ vaticinia, siue Moysi lex diuina etiam & diuinitus inspirata ex eo maxime illuminata est, & probata, ex quo in hũc mundum Christus aduenit. Ante em̃ ꝙ cõpleteneẽ ea quę ab illis fuerãt prędicta, q̃uis vera essent & a deo inspirata, tamen ostendi vera esse nõ poterant p eo ꝙ nondum probarenẽ impleta. Aduentus vero Christi vera esse & diuinitus inspirata quę dixerant declarauit, cũ vtiq; prius haberet incertũ si eorũ quę prędicta fuerãt exit⁹ esset implẽdus. Sed & si quis cũ omi studio, & reuerẽtia qua dignũ est ꝓphetica dicta cõsideret: in eo ipso dũ legit, & diligentius intuetur, certũ est ꝙ aliquo diuiniore spiramine mẽtẽ sensumq; pulsatus agnoscet non humanit⁹ esse platos eos quos legit, sed dei esse sermones: & ex semetipso sentiet nõ humana arte, nec mortali eloquio, sed diuino (vt ita dixerim) cothurno libros cõscriptos. Legem ergo Moysei splendor aduentus Christi per fulgorẽ illuminans, id qđ superpositum erat litteræ eius velamẽ abstraxit, & omia quę cooperta verbi bona tegebanẽ, vniuersis in se credentibus reserauit. G H

ℭVerum satis operosa res est enumerare singula quę a prophetis olim prędicta sunt, qualiter & quando completa sint, vt ex his videamur eos q dubitant cõfirmare: cum possibile sit vnicuiq; volenti de his diligẽtius noscere, ex ipsis libris veritatis ꝓbamenta abũdãtius congregare. Si vero his qui minus in diuinis eruditi disciplinis, non statim in prima frõte

literę sensus qui supra hominem est, videtur
occurrere: nihil mirũ est, qa quæ diuina sunt
ad homines paulo latentius deferũtur, & eo
magis latẽt, quo quis vel incredulus, vel in-
dignus. Nã cũ certũ sit omnia quæ in mũdo
sunt, vel gerũtur, dei prouidentia dispẽsari:
quædã quidẽ satis euidẽter apparẽt ꝙ proui
dẽtię gubernatione digesta sint: alia vero tã
occulte, tãq incõprehẽsibiliter occultantur,
vt penitus in his lateat diuinę ratio ꝓuiden
tię: ita vt interdũ a nõnullis, nec crederẽtur
quidẽ ad prouidẽtiã pertinere, quoniã ratio
ab eis latet per quã ineffabili quadã arte opa
diuinę prouidentiæ dispensentur. Quæ tamẽ
ratio non æqualiter omnibus occultata est.
Nam & inter ipsos homines ab alio minus,
ab alio amplius consideratur. Plus vero ab
omni homine q in terris est, quisquis ille est,
cæli habitator agnoscit. Et aliter claret cor-
porum ratio, aliter arborũ, aliter animaliũ:
aliter vero tegitur animorum & diuersarũ
rationabilium mentium motus, qualiter per
diuinã prouidentiã dispensentur: plus quidẽ
homines, non parũ etiam (vt ego arbitror)
angelos latet. Sed sicut nõ idcirco refellitur
diuina prouidẽtia ab his maxime qui eã esse
certi sunt, ꝙ opera eius vel dispẽsationes hu
manis ingeniis comprehendere nõ possunt:
Ita ne scripturæ qdẽ sanctę diuina esse inspi-
ratio, quæ p corpus eius extendit, propterea
nõ putabit, ꝙ infirmitas intelligentię nostræ
nõ valet p singula verba occultas & latẽtes
inuestigare sentẽtias: dũ in vilioribus & in-
comptis verborum vasculis diuinę sapientię
thesaurus abscõditur, sicut & Apostolus de-
signat, dicẽs: Habemus thesaurũ hũc i vasis
fictilibus: vt eo magis diuinę potẽtię virtus
effulgeat, dũ nullus humanę intelligẽtię fu-
cus in dogmatum veritate miscetur.
A ¶Si eñ vel arte Rhetorica, vel philosophica
calliditate conscripti libri nostri ad credẽdũ
illicerẽt homines: sine dubio fides nostra pu
taretur in verborũ arte consistere, atq in sa-
pientia humana, & non in virtute dei. Nunc
vero omnibus notũ est, ꝙ p̃dicationis huius
verbũ ita a q̃plurimis i oĩ poene orbe susce
ptũ est, vt nõ i suasoriis humanę sapiẽtię ver
bis, sed i ostẽtatione spũs & virtutis etiã in-
telligerẽt q̃ credebãt. Propter qđ cęlesti vir-
tute, immo etiã plusq̃ cęlesti ad fidẽ creduli-
tatẽq putent se perduci, p eo scilicet vt solũ
omniũ creatorẽ deũ nostrũ colamus. Tente-
mus & nos niti magnopere, quo derelinquẽ-
tes initiorũ Christi sermonẽ quæ sunt prima
initia sapiẽtiæ, ad perfectionẽ feramur: vt illa
sapiẽtia quę perfectis traditur, etiã nobis tra
datur. Ita nãq pollicetur ille cui cõmissa est
huius sapientiæ p̃dicatio, dicẽs: Sapiẽtiã aũt
loquimur inter perfectos: sapientiã autẽ non
huius mũdi, neq principũ huius mundi qui
dissoluũtur. Ex quo ostendit ꝙ nihil cõmu-
ne habeat hęc nostra sapiẽtia, quantũ ad ser-
monis decorẽ ptinet, cũ hui⁹ mũdi sapiẽtia.
Hęc igit sapiẽtia clarius & pfectius describit
in cordibus nostris, si nobis patefacta fuerit
secũdũ reuelationẽ mysterii qđ tẽporib⁹ ęter
nis absconditũ est: nũc autẽ manifestũ est per
scripturas propheticas, & p aduẽtũ domini
& Saluatoris nostri Iesu Christi: cui est glo
ria in æterna secula. Amen.

Q multi spiritaliter nõ intelligẽtes scri-
pturas, & male intelligẽtes, in hęreses decli-
narunt. CAPVT. II.

HIS Igitur breuiter assigna- B
tis de eo ꝙ p spiritũ sanctũ
scripturæ diuinæ inspiratæ
sunt necessariũ videt etiam
illđ explicare, quo pacto nõ
recte quidã legentes errori-
bus se q̃plurimis tradiderunt, pro eo ꝙ qua
via ad intelligẽtiam diuinarũ literarũ debet
incedi, a q̃plurimis ignoretur. Deniq Iudæi
per duritiã cordis sui, & dũ sibimetipsis vo-
lunt videri sapiẽtes, domino & Saluatori no
stro non crediderunt: ea quę de ipso ꝓlata
sunt, secũdũ literam debere intelligi existimã
tes: id est ꝙ sensibiliter, ac visibiliter debue-
rit prædicare captiuis remissionem, & ꝙ de-
buit prius ædificare ciuitatem dei, simul &
exterminare currus Effrem, & equũ de Hie-
rusalem, sed & butyrum & mel manducare,
vt priusq̃ cognosceret proferre malum, eli-
geret bonũ. Sed & lupũ animal istud quadru
pes existimant ꝓphetatũ, ꝙ debeat in aduẽtu
Christi pasci cũ agnis, & pardus requiescere
cum hœdis: vitulus autẽ & taurus simul cũ
leonibus pasci, & a paruulo puero duci ad
pascua: bouem vero & vrsum simul in pasti-
bus recubare, eorũq fœtus pariter ęnutriri:
leones quoq vna cum bobus astare præsepi-
bus, & vesci paleis. Horũ igit omniũ quæ de
eo prophetata sunt nihil gestum esse secũdũ
historiã peruidentes, in q̃bus præcipue signa
aduentus Christi obseruanda esse credebãt,
suscipere p̃sentiã domini nostri Iesu Christi
nolebãt: quinimmo & velut contrariã falso
q. i. cõtra prophetiæ fidem assumẽtẽ Christi
nomen, cruci illum affixerunt.
¶Tum vero hęretici legentes qđ scriptũ est, C
Ignis accensus est ex furore meo: & Ego dñs

zelās, & reddēs peccata patrū in filios in tertiam & quartam progeniem, qui vnxi Saul ī regem: & Ego domin⁹ qui facio pacē, & creo mala: & iterum: Non est malitia in ciuitate quā dominus nō fecerit: & Descenderūt mala a dño sup portas Hierusalem: & ꝙ spirit⁹ malign⁹ a deo suffocabat Saul, & multa alia his similia quæ scripta sunt legentes, dicere quidem eas non esse Dei scripturas non ausi sunt asserere, sed eas conditoris dei illius quē Iudæi colebant putant, quē iustū tantūmodo, non etiā bonum credi debere existimauerunt: Saluatorem vero aduenisse vt perfectiorem nobis annūciaret deū, quē negāt esse cōditorē mūdi, diuersis etiā de hoc ipo opinionibus dissidentes: quidam semel recedentes a fide creatoris dei qui est olm de⁹, figmētis se vanis ac fabulis tradiderunt, cōmentantes quædā, & dicentes alia esse visibilia, & ab alio facta, alia vero q̄dā inuisibilia, & ab alio cōdita, prout eis animæ suæ phantasia vanitasq; suggesserit. Sed & nōnulli ex simplicioib⁹ quibusq; eoꝝ q intra ecclesię fidem cōtineri videnī, maiorē q̄dē creatore nullū opinantur, rectā in hoc tenētes sanāq; sententiā: verū talia de eo sentiunt, q̄ nec de aliquo iniustissimo & immitissimo hoīe sentienda sunt. Horū aūt omniū falsæ intelligētię causa his qb⁹ supra dixim⁹ nō alia extitit, nisi ꝙ sancta scriptura ab his nō secūdū spiritalē sensum, sed secundum literæ sonum intelligitur.

D ¶Propter quod conabimur pro mediocritate sensus nostri his qui credūt scripturas nō humana verba aliqua esse cōposita, sed sancti spiritus inspiratione conscripta, & volūtate dei patris p vnigenitū filiū ei⁹ Iesum Christum nobis quoq; esse tradita, & commissa: q̄ nobis videnī recta via intelligentię obseruātib⁹ demonstrare illam regulam & disciplinā quam ab Iesu Christo traditam sibi apostoli, per successionem posteris quoq; suis sanctam ecclesiam docētibus tradiderunt. Et quidem ꝙ dispensationes quædam mysticæ indicentur per scripturas, oēs (vt arbitror) etiam simpliciores quiq; confitentur. Quæ tamen istę, vel cuiusmodi sint, si qs rectę mentis est, nec iactantię vitio fatigatur, religiosius se fatebitur ignorare. Nam si quis (verbi gratia) proponat nobis de filiabus Lot ꝙ patri contra fas videnī admixtæ, vel de duabus vxoribus Abraham, siue de duabus sororibus quę nuptę sunt Iacob, siue de duabus ancillis numerositatem ei augētibus filiorum: quid aliud respondere poterit q̄ etiā hęc eē sacramenta quædam & formas spiritalium rerū, a nobis tamē ignorari cuiusmodi sint? Sed & cōstructionem tabernaculi cum legimus, certū quidem habemus ꝙ hęc quæ scripta sunt, figurę occultarum quarūdam rerū sunt: aptare ea tamē suis modis, & per singula aperire atq; disserere, perdifficile, non dicam impossibile, puto. Esse tamen (vt dixi) descriptionem illam plenam mysteriorum, etiam cōmunē non refugit intellectum. Sed & omnis illa narratio quę vel de nuptiis, vel filiis procreatis videī esse conscripta, vel de diuersis pliis, vel de qbuslibet aliis historiis, qd aliud sunt q̄ formę ac figurę credendi latentium sacrarūq; rerum? Verum pro eo ꝙ parū studii ad exercēdum ingenium homines adhibent, vel ꝙ anteq̄ discāt scire se putāt, inde fit vt nūq̄ scire īcipiāt: aut si certe nec studiū defuerit, nec magister, & si tāq̄ diuina quęranī. i. religiose, & pie, & q̄ deo reuelāte a q̄plurimis sperētur aperiri, qm quidē humanis sensib⁹ valde & difficilia, & obscura sūt, tū demū fortassis q ita quęsierit quę inuenire fas est, inueniet.

¶Sed ne fortassis tātūmodo ī ppheticis hæc E
difficultas puteretur inesse sermonib⁹: quādoquidem certū est ꝙ omnes cernūt stylum p̄pheticum figuris & ęnigmatibus cōfertum: quid cum ad euangelia venimus? Nūquid ibi etiam sensus interior, vtpote sensus diuin⁹, latet? Qui per illam tantūmodo gratiam reuelatur, quā acceperat ille qui dicebat: Nos autem sensum Christi habemus vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis humanę sapientiæ verbis sed in doctrina spiritus. Iam vero illa quę Ioanni reuelata sunt si qs legat, quomodo non obstupescet tātam inesse occultationem ineffabilium sacramentorum? In quibus manifeste ab his etiā qui intelligere non possunt qd in his lateat, intelligitur tamen ꝙ lateat qd. At vero epistolæ Apostolorum quæ videntur aliquib⁹ esse planiores, nōne tam profundis repletæ sunt sensibus, vt per eas his qui possunt intelligere diuinę sapientię sensum, quasi per breue quoddam receptaculum immensę lucis claritas videatur infundi? Vnde quoniam hęc ita se habent, & multi sunt qui in hac vita errāt: nō arbitror esse sine periculo facile pnunciare quenq̄ nosse, vel intelligere ea, q̄ vt aperiri possint sciētię claui opus est: quā clauē dicebat Saluator eē apud legisperitos. In hoc loco licet p excessum quedā, ingredū ab his tū puto ꝙ dicūt ꝙ ante aduentū Saluatoris nō erat veritas apud eos q in lege versabanī: quō a dño nostro Iesu Christo dicaī ꝙ claues sciencię apud illos sint q libros

prophetarum & legis habebant in manibus. Ita enim dixit. Veh vobis legis doctoribus q tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & volentes intrare prohibuistis.

A ¶ Verum (vt dicere cœperamus) viâ quæ no bis videt recta esse ad intelligẽdas scripturas, & sensum earũ requirendũ: huiusmodi arbi tramur, sicut ab ipsa nihilominus scriptura qualiter de ea sentiri, deceat, docemur. Apud Salomonẽ inuenimus in Prouerbiis tale ali quid de diuinę scripturę obseruãtia præcipi. Et tu, inqt, describe tibi hęc tripliciter in cõ silio, & sciẽtia, & vt respõdeas verba verita tis his q pposuerũt tibi. Tripliciter ergo de scribere oportet vnũquodq; intelligẽtiã diui narũ literarũ.i. vt simpliciores quiq; ædificẽ tur ab ipso (vt ita dixerim) corpore scriptu rarũ. sic enĩ appellamus cõmunẽ istũ, & histo rialẽ intellectũ. Si qui vero aliquantũ iam p ficere cœperunt, & possunt amplius aliquid intueri: ab ipsa scripturę anima ædificentur. Qui vero perfecti sunt, & similes his de qbus Apostolus dicit: Sapiẽtiã aũt loquimur inter perfectos: sapiẽtiam aũt nõ huius mũdi, neq; principũ huius seculi q dissoluũtur: sed loq mur dei sapiẽtiam in mysterio absconditam quã prędestinauit deus ante secula in gloriã nostrã: hi tales ab ipsa spiritali lege quę vm bram habet futurorũ bonorũ, tãq a spiritu ædificẽtur. Sicut ergo homo cõstare dicitur ex corpore, & anima, & spiritu: ita etiã san cta scriptura quę ad hominũ salutem diuina largitione cõcessa est. Qd nos etiã in libello Pastoris, qui a nõnullis contemni videt, desi gnatum videmus, cũ iubetur Hermes duos libellos scribere, & postea denunciare pres byteris ecclesię quę a spiritu didicit. Qd his verbis scriptum est. Et scribes, inquit, duos libellos, & dabis vnũ Clemẽti, & vnũ Grapte. Et Grapte qdẽ cõmoneat viduas & orpha nos: Clemẽs vero mittat p oẽs ciuitates q̃ fo ris sunt: tu vero annũciabis pbyteris eccle sie. Est ergo Grapte q̃ orphanos & viduas vi det cõmonere, purus ipsius literæ itellectus: per quẽ cõmonent animę pueriles quæ nõdũ deũ patrẽ habere meruerũt: & propterea or phanæ appellantur. Sed viduæ sunt quæ ab illo qdẽ iniquo viro cui contra legem iunctę fuerant, recesserũt: viduę vero permanent ex eo q nõdũ profecerũt in hoc vt cęlesti spon so iũgerentur. Clemens vero his qui iam re cedũt a litera in eas quæ foris sunt ciuitates mittere iubetur: quę dicta sunt velut si dice ret ad eas animas quę p hoc ædificatæ extra corporis curã, & extra desideria carnalia esse cœperũt. Ipse vero qui a spiritu sancto didi cerat: nõ per literas, neq; p libellũ, sed viuẽti voce iubetur annũciare presbyteris ecclesiæ Christi.i. qui maturũ prudentiæ sensum pro capacitate doctrinę spiritalis gerũt. Illud sa ne non ignorãdũ, esse quędã in scripturis in quibus hoc qđ diximus corpus.i. conueniẽ tia historialis intelligẽtię non semper inueni tur, sicut in consequẽtibus demõstrabimus: & est vbi ea quã diximus anima, vel spiritus, solũmodo intelligẽda sunt. Qđ etiã in ẽuãge liis designari puto cũ dicitur p purificatio ne Iudæorũ sex hydrię positę capiẽtes metre tas binas, vel ternas. In quo, vt dixi, hoc vide tur sermo euãgelicus indicare de his q dicũ tur in occulto ab apostolo Iudęi, q hi purifi cẽtur p verbũ scripturę, capiẽtes interdũ qdẽ duas metretas, id est animę vel spiritus secũ dũ q supra diximus intellectũ recipiẽtes: in terdũ aũt tres, cũ etiã corporalẽ intelligẽtiã quę est historię, seruare lectio ad ædificatio nẽ potest. Sex vero hydrię conuenienter dictę sunt de his q in mundo positi purificant. In sex enĩ diebus (qui pfectus est numerus) mũ dũ hũc & omnia quę in eo sunt legimus con summata. Quãta igit sit vtilitas in hoc pri mo quẽ diximus historiali intellectu, testimo nio est omniũ credẽtiũ multitudo, quę & sa tis fideliter & simpliciter credit: nec multa assertione indiget qđ palã oĩbus patet. Eius vero intelligentię quã velut animã esse scri pturę supra diximus, exẽpla nobis q̃plurima dedit Apostolus Paulus, sicut est i prima epi stola ad Corinthios: Scriptũ est enĩ: Nõ in frenabis bouẽ triturãtẽ. Tũc deinde explanãs qualiter pceptũ istud deberet intelligi, addit dicẽs. Nunqd de bobus cura est deo? An pro pter nos vtiq; dicit? Propter nos enĩ scriptũ est, qa debet q arat in spe arare, & q triturat in spe pcipiẽdi. Sed & alia huiusmodi q̃pluri ma q̃ hoc modo sunt interptata de lege, in structionẽ q̃plurimã audientibus conferunt.

¶ Spiritalis aũt explanatio est talis: si qs põt B ostẽdere quorũ cęlestiũ exẽplaribus & vmbræ deseruiũt hi qui secũdũ carnẽ Iudæi sunt, & quorũ futurorũ vmbrã lex habet, & q̃ hmõi in scripturis sanctis inueniunt: vel cũ reqrit q̃ sit illa sapiẽtia i mysterio abscõdita quã pde stinauit deus ante secula i gloriã nostrã, quã nemo principũ huius seculi cognouit: vel il lud qđ dicit ipse Aplus, cũ exẽplis qbusdam vtit de Exodo, vel Numeris, & ait q hęc in figura cõtigebãt illis, scripta sunt aũt pter nos in quos fines seculorũ deuenerũt: & occa sionẽ nobis pstat intelligẽtię vt possimus ad

uertere quoq; figurę erant ista q̃ illis accidebāt cum dixit, Bibebāt de spirituali cōsequēte eos petra, petra aūt erat Christ⁹. Sed & de tabernaculo in alia ep̃la meminit illius dicti, qđ Moyseo fuerat p̃ceptū: Facies, inq̃t, scđm formā q̃ tibi est in mōte ostēsa. Ad Galatas vero scribēs, & verbis exprobrās quosdā q videbātur sibi legere legē, & non intelligere, p eo q allegoriā esse in his q̃ scripta sūt ignorabāt: ita cū increpatiōe quadā ad eos dicit: Dicite vos mihi q sub lege vultis esse, legē nō audistis? Scriptū est.n.q Abraham duos filios habuit, vnū de ancilla, & vnū de libera. Sed q de ancilla natus est, secundū carnē nat⁹ est: q aūt de libera, secūdū repromissionē: q̃ sunt allegorica: hęc.n. sunt duo testamēta. In quo & hoc quoq; cōsiderādū est, q caute Ap̃ls dixerit cū ait, Legē nō audistis? Audistis, hoc ē intelligitis, & cognoscitis. Sed & in ep̃la ad Colossenses breuiter sensum toti⁹ legis amplectens, & cōstringens: Nemo ergo, inq̃t, vos iudicet in esca, vel i potu, aut in solēnib⁹ dieb⁹, vel neomenia, vel sabbato, q̃ sūt vmbra futuroꝝ. Ad Hebręos quoq; scribēs, & de his q ex circūcisiōe sunt disserēs, ait: Hi q exēplari & vmbræ deseruiūt cęlestiū. Sed fortassis p quosq; libros Moysi hoc nō videbit dubitādū ab his q apostoli scripta velut diuinitus dicta suscipiunt.

C ¶De reliqua vero historia si reqrāt, etiā illa quæ ibi inserunt, in figura illis de quib⁹ scribunt dicēda sunt contigisse. Obseruauimus nos etiā hoc dictū esse in epistola ad Romanos, vbi de Regnorū libro tertio ponit Ap̃ls exēplū dicēs. Reliqui mihi septē milia viroꝝ q nō curuauerūt genua ante Baal. Qđ Paulus accepit velut figuraliter dictū de his qui secūdum electionem Israelitę vocati sunt: vt ostēderet nō solū nūc in gētib⁹ pfuisse aduētū Christi, sed q̃plurimos etiā Israelitici generis ad salutē vocatos. Quę cū ita sint, qualiter nobis de his singulis intelligēda sit scriptura diuina, velut exempli, & formę gratia, quę nobis occurrere poterūt adumbrabim⁹: illud primo repetētes, & ostēdētes quomodo spiritus sanctus qui prouidētia & voluntate dei p virtutē vnigeniti verbi eius q erat ī principio apud deū deus, ministros veritatis prophetas & apostolos illuminabat ad cognoscēda mysteria earū rerū vel causarū q̃ inter homines, vel de hoībus gerunt. Hoīes aūt nunc dico animas in corporib⁹ positas, q̃ illa mysteria cognita sibi, & reuelata p Christū, velut humana q̃dā gesta narrātes, vel legales quasdam obseruātias, p̃ceptaq; tradētes figuraliter describebāt: vt nō q velit hęc velut cōculcāda ante pedes haberet posita, sed qui se huiusmodi studiis cū omi castimonia, & sobrietate, & vigiliis dedisset, vt p hoc forte in pfundo latētē sensum sp̃us dei, & sermonis vsitata narratione aliorū prospiciēs cōtectū, investigare posset, atq; ita socius scientię sp̃us, & diuini cōsilii particeps fieret: qa nec aliter potest anima ad scientię perfectionem venire nisi diuinę sapiētię fuerit inspirata veritate.

¶Igitur de deo.i. de patre, & filio, & sp̄ū sancto, ab his viris diuino sp̄ū repletis principaliter designaē: rū vero de sacramētis filii dei quomō verbū caro factū sit, & qua de causa vsq; ad formā serui pcipiēdā venerit (vt diximus) repleti diuino sp̄ū ptulerunt. Necessario etiā deinde de creaturis rationabilib⁹ tā cęlestib⁹, q̃ terrenis, beatiorib⁹ cōsequēs erat eos mortalium genus diuinis sermonib⁹ edocere: sed & differētiā animarū, & vñ istæ differētię ortę sint, rū deinde q sit hic mūdus, & quare factus, sed & vnde malitia tāta ac talis est super terras: quę vtrū ī terris sit tātūmodo, an & in aliis aliqbus locis, ex diuinis sermonib⁹ discere necessariū fuit. Cum ergo de his talib⁹, & horū similib⁹ spiritui sancto esset intētio illuminare sanctas animas quæ se mysterio dederāt veritatis: secūdo loco habetur ille p̄spect⁹, vt pter eos q vl' nō possent, vel nollent huic se labori, atq; industriæ tradere, quo hęc tanta, ac talia doceri, vel agnoscere mererent (sicur superius dixim⁹) inuolueret & occultaret sermonibus vsitatis sub prętextu historię cuiusdā, & narratiōis rerū visibiliū, arcana mysteria. Inducit ergo visibilis creaturæ narratio, & primi hoīs cōditio, atq; figmentū: rū deinde ex illo p successionē secuta pgenies: nōnulla quoq; rerū gestarum q̃ a iustis qbusq; gesta sunt, referunt: etiā interdū delicta quædā eorū cōmemoranē tanq̃ hominū. Tū deinde & impiorū scribunt aliquanta, vel impudice, vel nequiter gesta.

E ¶Miro aūt modo & prælioꝝ digesta narratio est, & nūc vincētiū, nūc victorū descripta diuersitas: per q̃ ineffabilia q̃dam his q hmōi dicta pscrutari norunt, sacramēta declarant. Sed & scripturę legali p admirādā sapientiæ disciplinam, lex veritatis inseritur, & pphetarū: quę singula diuina quadā arte sapiētię velut indumento quodam & velamine spiritaliū sensuum tecta sunt: & hoc est qđ diximus scripturę corpus: vt etiā p hoc qđ diximus literę indumētū sapiētiæ arte cōtextū, possent cōplures ędificari, & pficere, q literaliter nō possent. Sed qm̄ si ī oībus idumēti hui⁹.i. historię legis fuisset cōsequētia custodita, & or

do seruatus, habẽtes cõtinuatũ intelligẽtiæ cursum, nõ vtiq₃ crederem⁹ esse aliqd in scripturis sanctis intrinsecus prer hoc qd prima fronte indicabat inclusum: ista de causa procurauit diuina sapiẽtia offendicula qdã, vel intercapedines intelligẽtiæ fieri historialis, impossibilia qdã, & incõueniẽtia p mediũ inserẽdo, vt interruptio ipsa narrationis velut obiicibus qbusdã legẽti resistat obiectis, qbus intelligẽtię huius vulgaris iter ac trãsitũ neget, & extrusos nos, ac exclusos reuocet ad alterius initiũ viæ, vt ita celsioris cuiusdã, & eminẽtioris tramitis p angusti callis ĩgressum ĩmẽsam diuinę sciẽtię latitudinẽ pãdat.

A ¶ Oportet aũt etiam illud nos scire, q̃ cum principaliter pspectus sit spiritui sancto intelligẽtiæ spiritalis cõsequẽtiã custodire de his quę geri debẽt, vel q̃ iã transacta sunt, sicubi quidẽ cõuenerũt ea quę secũdũ historiã gesta sunt, vno narrationis sermone cõposuit, altius semp arcanũ sensum recondẽs: vbi aũt spiritali cõsequẽtię rerũ gestarũ historia cõuenire nõ poterat, interdũ iterseruit quædã, vel minus gesta, vel q̃ oĩno geri non possent interdũ etiã q̃ possent qdẽ geri, nec tñ gesta sunt: & nõnũq̃ paucis sermonibus, q secũdũ corporalem intelligẽtiã nõ videntur seruare posse veritatẽ: interdum multis incertis hoc facit, qd præcipue in legislatione frequẽtari inuenitur: vbi multa quidẽ sunt quę in ipsis corporalib⁹ pceptis vtilia esse manifestũ est, aliquãta tñ sunt in qbus nulla prorsus ratio vtilitatis ostẽdit: iterdũ vero & impossibilia decernunt. Quæ omnia, vt diximus, idcirco procurauit spus sanctus, vt ex his dũ ea quæ in prima frõte sunt, vera vel vtilia eẽ nõ possunt: ad inquisitionẽ veritatis altius repetendam reuocemur, & dignũ deo sensum in scripturis quas a deo inspiratas credimus, pquiramus. Nõ solũ aũt de his q̃ vsq₃ ad aduẽtũ Christi sunt, hęc spiritus sanctus pcurauit: sed vtpote vnus atq₃ idẽ spũs, & ab vno deo pcedẽs, eadẽ simul etiã in euãgelistis, & apostolis fecit. Nã ne illas qdẽ narrationes quas per eos inspirauit, absq₃ huiuscemodi quã supra exposuimus sapiẽtia siue arte contexuit. Vnde etiã nõ parua pmiscuit, qb⁹ historialis narrãdi ordo iterpolatus, vel intercisus p impossibilitatẽ sui reflecteret atq₃ reuocaret intẽtionẽ legẽtis ad itelligẽtię interioris examen. Sed vt rebus ipsis qd dicim⁹ agnoscat, ipsa iam scripturæ loca pulsemus.

B ¶ Cuinam quęso sensum habẽti conueniẽter videbit dictũ, q̃ dies prima, & secũda, & tertia, in qbus & vespera nominat, & mane, fuerint sine sole, & sine luna, & sine stellis: prima aũt dies sine cęlo? Quis vero ita idiotes inueniẽ vt putet velut hominẽ quẽdã agricolam deũ plãtasse arbores ĩ paradiso ĩ Eden cõtra oriẽtẽ: & arborẽ vitę plãtasse ĩ eo. i. lignũ visibile, & palpabile, ita vt corporalib⁹ dẽtib⁹ mãducãs qs ex ea arbore vitã pcipiat? & rursus ex alia mãducãs arbore, boni & mali sciẽtiã capiat? Sed & illud q̃ deus post meridiẽ deambulare dicit in paradiso, & Adã latere sub arbore: eqdẽ nullũ arbitror dubitare qn figuraliter tropo hęc a scriptura pferant, quo p hęc q̃dã mystica indicent. Cain vero exiens a facie dei, manifeste monet lectorẽ vt requirat q̃ facies dei sit, & quomodo qs exire possit ab ea.

C ¶ Verũ ne nos opus qd habemus in manib⁹ iusto amplius dilatemus, pfacile omni est volẽti cõgregare de scripturis sanctis q̃ scripta sunt qdẽ tãq₃ facta: nõ tñ secũdũ historiã cõpetẽter & rationabiliter fieri potuisse credẽda sunt. Hęc vero scripturę species etiã ĩ euãgelicis libris affatim abũdeq₃ signatur, cum vel in excelsum mõtẽ Iesum imposuisse diabolus dicit, vt inde ei vniuersa mundi regna mõstraret, & gloriã eoꝝ. Qd secũdũ literam quomodo fieri potuisse videbitur, vt vel in excelsum montem educeretur a diabolo, vel etiã carnalib⁹ oculis eius tãq₃ subiecta, & adiacentia vni mõti omnia mũdi ostẽderet regna. i. Persarũ regnũ, & Scytharũ, & Indorũ, vel quomodo etiã reges ipsorũ glorificãtur ab hoĩb⁹? Sed & alia q̃plurima his similia in euangeliis inueniet quicunq₃ attentius legerit: ex quo aduertet his narrationibus quæ secũdũ literã prolatę videtur, inserta esse simulq₃ contexta ea quæ historia qdẽ non recipiat: spiritalis autem teneat intellectus.

D ¶ Sed & in pceptorũ locis similia quędã inueniunt. In lege quidẽ Moysi præcipitur exterminari quidẽ omne masculinũ qd non fuerit octaua die circũcisum: qd valde inconueniẽs est: cũ oporteret si lex scdm historiã seruanda tradebatur, iuberi vt parẽtes punirent q filios suos nõ circũciderũt, vt & hi q nutriũt paruulos. Nũc aũt dicit scriptura, Incircũcisus. i. qui non fuerit circũcisus, exterminabit de genere suo. Si vero etiã de impossibilibus legibus ingredũ est, inuenimus Tragelaphũ dici animal qd subsistere omnino nõ potest, qd inter mũda animalia etiã coli iubet Moyses: & Gryphũ, quẽ nullus vnq̃ meminit, vel audiuit humanis manibus succũbere, mãducari phibet legislator. Sed & de sabbato opinatissima obseruatione ita dicit: Sedebitis vnusqsq₃ in domibus vestris, nullus mouebit

de loco suo in die sabbatorum.Qđ vtiq̧ im-
possibile est obseruare secundũ literã.Nullus
eñ hominũ potest tota die ita sedere vt non
moueaꝛ de loco in quo sederit. De q̄bus sin-
gulis hi q̄dẽ qui ex circũcisione sunt,& qui-
cũq̧ in scripturis nihil amplius intelligi vo-
lunt p̄terq̃ indicatur ex litera:hæc ne requi-
rẽda quidem arbitrantur de Tragelapho,&
Grypho,& vulture:fabulas aũt quasdã ina-
nes & friuolas cõmentantur,& nescio quib⁹
traditionib⁹ p̄ferẽtes de sabbato,dicẽtes vnĩ
cuiq̧ locũ suũ reputari intra duo milia vlna
rũ.Alii vero,ex q̄b⁹ est Dositheus Samarita-
nus,notãt quidẽ huiuscemodi expositiones,
ipsi aũt ridiculosi⁹ aliq̄d statuũt:ꝙ vnusq̄sq̧
quo habitu,quo loco,qua positiõe in die sab
bati fuerit iuẽt⁹,ita vsq̧ ad vesperã debeat p
manere.i.vel si sedẽs,vt sedeat tota diei vel si
iacẽs,vt tota die iaceat.Sed & qđ ait,nõ leua
re onus in die sabbati,impossibile mihi vide
tur.Ex his eñ ad fabulas infinitas sicut sctũs
Apostolus dicit,Iudæorũ doctores deuoluti
sunt,dicẽtes nõ reputari onus si calceamenta
q̄s habeat sine clauis,onus vero esse si caligu
las quis cũ clauis habuerit.Et si q̄dem supra
vnũ humerũ aliquid portauerit,onus iudi-
cãt:si vero supra vtrũq̧,negabunt esse onus.
E ¶Iam vero si etiã de euangeliis similia requi
ramus:quomõ nõ videbiꝛ absurdũ si secũdũ
literã sentiatur qđ diciꝛ,Neminẽ in via salu-
taueritis?Hoc.n.putãt simpliciores quiq̧ Sal
uatorẽ nostrũ apostolis p̄cepisse. Sed & illud
quomõ possibile videbiꝛ obseruari,in his pręci-
pue locis vbi acerrima hyems gelu & prui
nis,vt neq̧ duas tunicas, neq̧ calceamẽta q̄s
habere debeat?Sed & illud,ꝙ in dexterã quis
maxillã p̄cussus,pręberę etiã sinistram iubeꝛ:
cũ oĩs q̄ p̄cutit dextra manu,sinistrã percu-
tiat maxillã?Sed & illud de impossibilib⁹ ha
bẽdũ est,qđ in euãgelio scriptũ est,vt si ocu-
lus dexter scandalizauerit te,eruaꝛ:quia etiã
si ponamus ꝙ de oculis carnalibus dictũ est,
quõ cõsequẽs videbiꝛ vt oculo vtroq̧ cernẽ-
te,ad vnũ scãdali culpa,& hoc ad dextrũ refe
raꝛ?Aut q̄uis extra maximũ crimen habebi-
tur ipse sibi inferens manus?Sed fortassis ex-
tra hęc videbunꝛ eẽ literæ Pauli Apostoli.Et
q̄d est qđ dicit?Circũcisus aliq̄s vocatus est,
non adducat p̄putiũ.Qđ primo q̄dẽ si q̄s di-
ligẽti⁹ cõsideret,nõ videꝛ ad ea dictũ q̃ ei p-
posita in manibus habebanꝛ:Sermo namq̧ ei
erat de nuptiis,& castitate p̄cipiens:& vide-
bunꝛ vtiq̧ hęc in tali causa superfluo memora
ta.Secũdo vero q̄d obesset si obscœnitatis vi
rãdę causa eius quę ex circũcisione est,posset
aliquis reuocare pręputiũ?Tertio,ꝙ certe fie
ri id omni genere impossibile est.
¶Hęc aũt oĩa a nobis dicta sunt,vt ostẽdam⁹ F
ꝙ hic p̄spectus est spiritus sancti,qui nobis
scripturas diuinas donare dignat⁹ est,nõ vt
ex sola litera,vel in oĩb⁹ ex ea ędificari possi-
mus,quã frequẽter impossibilẽ,nec sufficiẽtẽ
sibi adesse cõprehẽdimus.i.p quã interdũ nõ
solũ irrationabilia,verũetiã impossibilia de-
signanꝛ:sed vt intelligamus cõtexta esse quę
dã huic visibili historię,q̃ interius cõsiderata,
& intellecta,vtilem hominibus,& deo dignã
p̄ferũt legẽ.Ne q̄s aũt suspiceꝛ nos hoc doce
re,ꝙ nullã historiã scripturę factã esse sentia
mus:quomõ aliqua ex his nõ facta esse suspi A
camur,vel nulla p̄cepta legis secũdũ literam
stare:Quomodo q̃dã secũdũ eã dicimus ser-
uari nõ posse,in quibus vel ratio,vel rei pos
sibilitas nõ admittit:vel ea quę de Saluatore
scripta sũt nõ putare etiã sensibiliter ĩpleta,
vel p̄cepta ei⁹ secũdũ literã nõ debere serua-
ri:Respondẽdum ergo est quomodo a nobis
euidẽter decerniꝛ,i q̃plurimis seruari & pos-
se & oportere historiæ veritatem.
¶Quis eñ negare q̄dem potest,ꝙ Abraham G
in duplici spelũca sepultus est in Ebron? Sed
Isaac,& Iacob,& singuli eoꝝ?Vel quis dubi-
tat ꝙ Sichima in portionẽ data est Ioseph?
Vel ꝙ Hierusalem metropolis est Iudææ,in
qua cõstructum est templũ dei a Salomone?
& alia innumerabilia.Multo enim plura sunt
quę secũdũ historiã cõstant,q̃ ea quę nudum
sensum cõtinent spiritalẽ.Tũ deinde quis nõ
affirmet mandatũ hoc qđ p̄cipit,Honora pa
trem tuũ,& matrẽ tuã vt bene sit tibi:etiam
sine vlla spiritali interpretatione sufficere,&
esse obseruãtibus necessarium?Maxime cum
& Paulus eisdem verbis repetẽs confirmaue-
rit ipsum mandatum.Quid vero oportet di
cere de eo qđ dictũ est,Nõ adulterabis,non
occides,non furtũ facies,non falsum testimo
niũ dices,& cætera huiusmodi?Iam vero de
his q̃ in euangelio mãdata sunt,ne dubitari
quidẽ potest quin secundum literã q̃plurima
obseruãda sint,sicut cũ dicit:Ego autẽ dico
vobis nõ iurare omnino:& cum ait:Qui au
tẽ inspexerit mulierẽ ad cõcupiscendũ eam:
iã mœchatus est eã in corde suo.Sed & apud
Paulũ Apostolũ quæ p̄cipiuntur:Commone
te inquietos,consolamini pusillanimes,susti-
nete infirmos,patientes estote ad oẽs.& alia
q̃plurima.Verũtamen si quis attẽtius legat,
nõ dubito q̄n in q̃plurimis dubitabit vtrum
illa,vel illa historia putetur vera esse secũdũ
literam,an minus vera:& illud,vel illud pręg

ceptũ,vtrũ ſcdm literã obſeruãdũ ſit,necne. Propter qđ multo ſtudio, ac labore nitendũ eſt, quatinus vnuſquiſq; legẽtiũ cũ omni reuerẽtia intelligat ſe diuina nõ humana verba tractare q̃ ſanctis libris inſerta ſunt. Nos ergo quã videmus in ſcriptis ſanctis digne, & cõueniẽter obſeruari debere intelligentiã, huiuſmodi eſſe arbitramur. Gẽtẽ quãdã ꝑdicãt ſup terras diuinę literę effectã eſſe a deo, quã plurimis nominibus appellauerũt: interdũ eñ vniuerſa hęc gens Iſrael dicit̃,interdũ Iacob.& maxime diuiſa gens ipſa a Roboam filio Nabad in duas ptes eſt: & decẽ tribus q̃ ſub eo factę ſunt,appellatę ſunt Iſrael: aliç vero duæ,cũ qbus erat etiã Leuitica tribus, & ea q̃ ex Dauid regio genere deſcendebat,Iudas nominata eſt: vniuerſa autẽ loca quę habebat gens iſta,quę a deo acceperat,Iudæa dicebatur: in qua Metropolis quaſi plurimarũ vrbiũ mater quędã dicitur. Quarum vrbiũ nomina in aliis qdẽ libris ſparſim frequenter inuenies nominata: ſimul aũt ĩ vnũ cõtexta, continentur in libro Ieſu Naue.

A ℭCũ ergo hęc ita ſe habeant,eleuare quodãmodo ex terra, & erigere intelligẽtiã noſtrã ſanctus Apoſtolus volens,ait in quodã loco: Videte Iſrael ſecũdũ carnẽ. Per qđ ſignificat vtiq; ꝙ & alius Iſrael ſit q nõ ſit ſecũdũ carnẽ,ſed ſecũdũ ſpiritũ.Et iterũ in alio loco dicit.Nõ eñ oẽs qui ex Iſrael ſunt,hi Iſraelitę. Edocti igit̃ ab eo ꝙ ſit alius ſecũdũ carnem Iſrael,& alius ſecũdũ ſpiritũ: cũ dicit Saluator,Quia nõ ſum miſſus niſi ad oues domus Iſrael quę perieeũt: nõ ita accipimus ſicut hi qui terrena ſapiũt.i.Ebionitę,q etiã ipſo nomine pauperes appellant̃: ſed intelligimus genus eſſe animarũ q̃ Iſrael appellãt,ſecũdũ qđ & nominis ipſius deſignat interpratio.Iſrael nãq; mẽs vidẽs deũ, vel homo vidẽs deũ interptat̃. Rurſus Apoſtolus de Hieruſalẽ talia qdẽ reuelat: qa quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ libera eſt,quę eſt mater noſtra.Et in illa epiſtola ſua dicit. Sed acceſſiſtis ad Sion montẽ &ciuitatẽ dei viuentis Hieruſalẽ.& multitudinẽ angelorũ collaudantiũ,& eccleſiam primitiuorum quæ ſcripta eſt in cęlis.

B ℭSi ergo ſunt quędã animę in hoc mundo q̃ Iſrael appellant̃,& in cęlo ciuitas aliqua quæ Hieruſalẽ nominat̃: cõſequẽs eſt vt hę ciuitates q̃ gentis Iſraeliticę eſſe dicunt̃, Metropolim habeant Hieruſalem cęleſtem.Et ſecũdũ hęc de omni Iuda intelligimus, de qua putamus etiã prophetas myſticis quibuſdã narrationib⁹ locutos cũ aliqua vel de Iuda,vel de Hieruſalem prophetarunt, vel ſi quę ſanctæ hiſtorię illa vel alia incurſionũ genera Iudęę vel Hieruſalẽ ꝑdicãt accidiſſe.Quęcũq; ergo vel narrant̃,vel prophetant̃ de Hieruſalem, ſi Pauli verba quaſi Chriſti ĩ eo loquẽtis audiuimus, ſecũdũ ſentẽtiã ipſius, vtriq; de illa ciuitate quã dicit Hieruſalem cęleſtem,& de omnibus locis,vel vrbibus q̃ terrę ſanctæ vrbes eſſe dicunt̃,quarũ Hieruſalem Metropolis eſt,dicta eſſe intelligere debemus.Ex ipſis nãq; ciuitatib⁹ etiã Saluatorẽ putãdũ eſt voluiſſe nos ad altiorẽ ꝓuocare itellectũ, ꝓmittere his q bene cõmiſſam ſibi pecuniã diſpenſarũt,poteſtatẽ habere ſupra decem ciuitates, vel ſupra q̃nq; ciuitates.Si ergo ꝓphetię quę de Iudea,& Hieruſalẽ,& de Iuda,& Iſrael,& Iacob ꝓphetatę ſunt, dũ nõ a nobis carnaliter intelligunt̃,myſteria q̃dã diuina ſignificãt: cõſequẽs vtriq; eſt etiã illas ꝓphetias quę vel de Aegypto,vel de Aegyptiis,vel de Babylonia,vel de Babyloniis, & Sidone, ac Sidoniis platę ſunt: nõ de Aegypro iſta q̃ ĩ terris poſita,vel Babylone,vel Tyro,vel de Sidone intelligi ꝓphetatas.Neq; eñ ea q̃ Ezechiel ꝓphetauit,cõuenire alicui hominũ poſſunt q regnaſſe videat̃ in Aegypto: ſicut manifeſte ex ipſis indicat lectionis.

C ℭSimiliter & ea q̃ de ꝓncipe Tyri dicunt̃, & maxime i Eſaia: quomodo poſſibile eſt nos dicta de hoie ſuſcipere? Neq; eñ homo eſt q dicitur cecidiſſe de cęlo,vel qui lucifer fuit, vel q mane oriebat̃.Sed illa nihilominus quę in Ezechiele dicta ſunt de Aegypto velut in quadragita annis exterminãda,ita vt pes hominis nõ inueniat̃ in ea,& in tãtũ expugnãda vt p oẽm terrã ei⁹ humanus ſanguis vſq; ad genua exaltet̃: neſcio ſi qs intellectũ habẽs hoc de Aegypto iſta terrena,quę Aethiopię adiacet,poſſit aduertere.Sed vidẽdum eſt ne forte ita digne poſſit itelligi,ꝙ ſicut cęleſtis eſt Hieruſalẽ,& Iudęa,& gẽs ſine dubio q̃ habitat in ea,q̃ dicit̃ Iſrael: ita poſſibile eſt etiã vicina his loca eſſe quędã, q̃ vel Aegyptus, vel Babylon, vel Tyrus, vel Sidon appellari videant̃: eorũq; locorũ principes,atq; animæ ſi quę in illis habitãt locis, Aegyptii, Babylonii, Tyrii,ac Sidonii appellant̃.Ex qb⁹ etiã ſecũdũ illã cõuerſationẽ,quã ibi habẽt,captiuitas quędã videat̃ effecta,per quã de Iudæa in Babylonẽ,vel Aegyptum,a melioribus & ſuperioribus locis deſcendiſſe dicãtur,vel in alias quaſq; gentes eſſe diſperſæ.

D ℭFortaſſis enim ſicut hi qui de hoc mundo ſecũdũ cõmunẽ mortẽ iſtã recedẽtes ꝓ actibus ſuis & meritis diſpenſantur prout digni fuerint iudicati, alii qdẽ in locũ qui dicitur caue. cau tela ge.

infernus,alii in sinum Abrahę,& per diuersa quiq; vel loca,vel mãsiões: ita etiã ex illis locis velut illic(si dici potest)morientes,a supe¬ris in hũc locũ descẽdũt. Nã illis infernę,hic morientiũ animę dicunt.Credo ob hanc di¬stinctionẽ infern⁹ inferior a scriptura nomi¬natur ĩ psalmis: Quia liberasti animã meam ex inferno inferiori.Vnusquisq; ergo descen¬dẽtiũ in terrã,p meritis vel loco suo quẽ in¬habitauerat,dispẽsatur in hoc mundo in di¬uersis locis,vel gentibus,vel conuersationi¬bus,vel infirmitatibus nasci, vel a religiosis, aut certe minus piis parentibus generari:ita vt aliquãdo cõtingat Israelitam in Scythas descendere,& Aegyptium pauperem deduci ad Iudęam. Veruntamen Saluator noster con gregare venit oues q̃ perierãt domus Israel: & cũ plurimi ex Israelitis non acquieuissent doctrinę eius:hi qui ex gẽtibus erant,vocati sunt.Vnde cõsequens videbitur etiã prophe tias quę singulis gẽtibus proferunt, euocari magis ad animas debere,& diuersas mansio¬nes eorũ cælestes.Sed & historias rerũ gesta¬rũ,quæ dicuntur vel genti Israel,vel Hieru¬salem,vel Iudęæ accidisse,illis vel illis genti¬bus impugnãtib⁹:perscrutandũ est & perqui rendũ,vt quoniã in q̃plurimis corporaliter gesta nõ cõstant,quomodo magis ista conue niebant illis generibus animarũ,quæ in cælo isto:quod transire dicitur,habitabãt,vel eti¬am nũc habitare putandæ sunt. Si quis vero euidẽtiores rationes eorũ de scripturis san¬ctis exposcat a nobis: respondẽdum est q̃ oc¬cultare magis hęc spiritui sancto in his q̃ vi dent esse historię rerum gestarũ,& altius te¬gere cõsiliũ fuit,in q̃bus descẽdere dicunt in Aegyptũ,vel captiuari in Babyloniã, vel in ipsis regionibus quidã quidem humiliari ni mis,& sub seruitio effici dñorũ, alii vero in ipsis captiuitatis locis clari ac magnifici ha¬biti sũt,ita vt potestates & pricipat⁹ tenue¬rint:q̃ oĩa (vt dixim⁹) abscõdita & celata in scripturę sanctę historiis cõteguntur: q̃a & re¬gnũ cęloꝝ sile est thesauro abscõdito ĩ agro, quẽ cũ iuenerit hõ abscõdit,& p̃ gaudio illi⁹ vadit,& oĩa q̃ habet vẽdit,& emit agrũ illũ.

E ¶In quo dilucidi⁹ considera si nõ dicatur q̃ solũ ipsum & superficies (vt ita dixerim) scri pturę,i.qd secũdũ literã legitur, ager est re¬pletus,& flores omniũ generũ plantariis:ille vero altior & pfundus spiritalis intellectus, ipsi sunt thesauri sapiẽtię & scientię abscon¬diti,quos spiritus sanctus p Esaiã obscuros, & iuisibiles,& abscõditos thesauros vocat:q vt inueniri possint,dei adiutorio opus est,q

solus potest portas æreas q̃bus clausi sunt & abscõditi,cõstringere,& seras ferreas vectesq; cõminuere,q̃bus phibet ingressus pueniẽn¬di ad ea omnia quę in Genesi de diuersis ani marum generibus scripta sunt,& obtecta: & de his seminib⁹ ac generationib⁹ quæ vel ad propinquitatẽ pertinẽt Israel,vel quę ab eius progenie longius segregant:sed & quę sit il¬la descẽsio ĩ Aegyptũ septuaginta animarũ, q̃ septuaginta animę fiãt ĩ Aegypto sicut si¬dera cęli in multitudine.Sed q̃a non oẽs q̃ ex ipsis erãt,lumen sunt hui⁹ mũdi : nõ eñ oẽs q̃ ex Israel,hi Israelitę sunt: ex ipsis septuagi ta aĩabus fiũt aliqui etiã,sicut arena q̃ est ad orã maris,inumerabiles.Quę descẽsio sancto rũ patrũ ĩ Aegyptũ,in hũc mũdũ videri po terit ad illuminationẽ cęteroꝝ atq; hũani ge neris instructionẽ a prouidẽtia dei esse cõces sa,vt p eos cęterę aię illuminatę iuuarentur. Ipsis eñ primis cõcessa sunt eloquia dei, qm̃ solũ istud est genus qd videre dicit deũ.hoc eñ Israelis nomen significat interpretatum.

¶Iam vero cõsequẽs est vt secũdũ hæc apta ri debeat & iterpretari illud q̃ decem plagis E Aegyptus verberat vt dei populũ permittat exire,vel ea quę in deserto cũ populo gerun¬tur,vel q̃ ex collatiõe omnis populi taberna culum cõstruitur,vel indumentum sacerdo¬tale contexitur,vel de vasis ministerii quęcũ q̃ dicunt:quia vere(sicut scriptum est) vm¬bram in se formãq; cęlestiũ cõtinent.Manife¬ste eñ Paulus ait de illis, quia vmbrę & exẽ¬plari deseruiũt cælestiũ.In hac eadẽ lege etiã nihilominus cõtinet,q̃bus legibus, quibusq; institutionibus in terra sancta viuẽdum sit. Sed & cõminationes positę sunt his qui prę¬uaricati fuerint legẽ:nec non & his qui puri ficatione indigebãt,diuersa purificationũ ge nera,velut q̃ frequẽtius essent polluẽdi, tra¬dunt:vt per hæc tandẽ ad illam vnam puri¬ficationẽ veniant,post quã pollui vltra nõ li cet.Sed & ad numerũ populus ipse deducit,li cet nõ oẽs:pueriles nãq; animę nondũ tẽpus habẽt ex diuino pcepto numerari:sed ne illę quidẽ animæ,q̃ non possunt fieri alterius ca put,sed ipsæ subditæ sunt aliis velut capiti, quas mulieres nominauit,quę vtiq; nõ addũ tur in numerũ illum q̃ a deo præcipitur:sed illi soli numerant qui viri appellant,quo sci¬licet ostẽderet nõ eas posse extrisecus nume¬rari,sed in his q̃ viri appellant etiã eas com¬prehendi.Pręcipue tamen ad sanctũ numerũ veniũt hi q̃ parati sunt ad Israelitica bella p̃¬cedere,qui possunt aduersus illos hostes ini micosq; bellare,quos sedenti a dextris suis si

lio subiicit pater, vt destruat oēm principatū ac potestatē, vt p hos militū suorū numeros q deo militantes nō se implicāt negociis secularibus, aduersarii regna subuertat: a qbus scuta fidei circūferanť, & sapiētię tela vibrētur, etiā in qbus & salutis galea coruscet, ac lorica charitatis deo plenū muniat pect⁹. Tales mihi videnť qdā milites indicari, & ad huiuscemodi bella ꝓparati, hi q in diuinis libris p dei ꝓceptū numerari iubentur. Horū vero multo clariores pfectioresq designātur illi quorū etiā capilli capitis numerari dicuntur. Illi sane q puniti sunt pro peccatis, quorum corpora ceciderūt in deserto: similitudinem vidētur habere eorū qui profecerāt qdē non parum, sed ad finem perfectionis peruenire minime potuerunt diuersis ex causis, ꝙ vel murmurasse, vel idola coluisse, vel fornicati esse dicunť, vel tale aliquid, quale vel nō liceret mente concipere.

A ¶Sed ne illud qdē sacramento aliquo vacuū puto, ꝙ quidā pecora & multa alia possidētes pręueniunt & ꝓripiūt locū aptū partubus & nutrimētis pecorū: quē primū omniū Israelitici belli dextra defenderat. Quē locū a Moyseo deposcētes, vltra Iordanis fluēta separātur, atq a terrę sanctę possessione secernunť. Qui Iordanis videri potest secūdū cęlestium formā rigare & inundare animas sitiētes, & sensus adiacētes sibi. Vbi ne illud qdē ociosum videatur, ꝙ Moyses qdem audit a deo q̄ in Leuitici lege descripta sunt: populus vero in Deuteronomio auditor Moyseos efficiť, & ab illo discit eā quā a deo audire non potuit legē. Propterea eīn velut secūda lex Deuteronomiū dicit, ꝙ nonnullis significare videatur hoc ipsum, ꝙ cessante lege prima q̄ p Moysen data est, videať secūda legislatio deformari: quæ specialiter a Moyse tradiť Iesu successori ei⁹, qui vel formā seruare crediť Saluatoris nostri, cuius secūda legē. i. ꝓceptis euāgelicis ad perfectū omnia producuntur.

B ¶Sed videndū est nesforte magis illud indicare videatur, ꝙ sicut in Deuteronomio euidētior & manifestior legislatio declaratur, q̄ in his quę scripta sunt: ita & ab eo aduētu Saluatoris quē in humilitate cōpleuit, cū formā serui suscepit, clarior ille & gloriosior secūdus i gloria patris ei⁹ indiceť aduētus: & in illo forma Deuteronomii cōpleatur, cū in regno cęlorū sancti oēs æterni illius euangelii viuāt. Et sicut nūc adueniēs legē repleuit eā quę vmbrā habet futurorū bonorū: ita & per illum gloriosum implebitur, & ad perfectū adducetur, huius aduētus vmbra. Ita eīn dixit propheta de eo: Spiritus vultus nostri Christus dn̄s, cui diximus qa in vmbra ei⁹ viuemus in gētibus: cū scilicet ab euāgelio tēporali dignos oēs sanctos ad euāgeliū æternū trāsferret, secūdū ꝙ Ioānes in Apocalypsi de ęterno euāgelio designauit. Verū i his oībus sufficiat nobis sensum nostrū regulę pietatis aptare, & ita sentire de sancti spūs verbis, ꝙ nō secūdū humanę fragilitatis eloquiū nitet sermo cōpositꝰ: sed sicut scriptū est, oīs gloria regis intrinsecus est, & diuinorū sensuū thesaurus intra fragile vasculū vilis literę cōtineť inclusus. Porro aūt si qs curiosus explanationē singulorū reqrat: veniat, & nobiscū pariter audiat quomodo Paulus apostolus p spiritū sanctū qui perscrutať etiā ꝓfunda, altitudinē diuinę sapientię ac scientię scrutās: nec tamē ad finē, & (vt ita dixerim) ad intimam cognitionē præualēs peruenire: desperatione rei, & stupore clamat & dicit: O altitudo diuitiarū sapiētiæ & sciētiæ dei. Et ꝙ desperatiōe perfectæ cōprehēsionis hoc proclamauerit: audi ipm dicētē, Q̄ inscrutabilia sunt iudicia dei, & q̄ inuestigabiles viæ ei⁹. Nō eīn dixit, difficile posse scrutari iudicia dei: sed oīno non posse: nec dixit difficile inuestigari vias eius, sed nō posse iuestigari. Quantūcūq enim quis in scrutando promoueat, & studio intētiore pficiat, gratia quoq dei adiutus, sensuq illuminatus, ad perfectū finem eorum quę requirūtur peruenire non poterit: nec oīs mens quę creata est, possibile habet vllo genere cōprehēdere, sed vt inuenerit quędā ex his quę quęrūtur, iterū videt aliā quæ quęrenda sunt. Q̄ si & ad ipsa peruenerit: multo iterū plura ex illis quæ requiri debeant peruidebit. Propter qđ & sapientissimus Salomon naturam rerū per sapientiam intuēs ait: Dixi, sapiens efficiar, & ipsa sapiētia longe facta est a me, longe plus q̄ erat. & Altitudinem profundam quis inueniet?

¶Sed & Esaias sciēs rerū initia a natura mortali inueniri nō posse, sed ne ab his qdē naturis q̄ quis diuiniores sint q̄ humana sit, factę tamē & ipsę vel creatę: sciens ergo ꝙ a nulla harū neq initiū, neq finis inueniri pōt, ait: Priora q̄ fuerint dicite, & scimus qa dii estis: vel nouissima quæ sunt annūciate, & tūc videbimus qa dii estis. Nā & Hebræus doctor ita tradebat: p eo ꝙ initiū oīm vel finis non possit ab vllo cōprehēdi, nisi tātūmodo a domino Iesu Christo, & a spiritu sctō, aiebat p figurā visionis Esaiā dixisse duos Seraphim solos, q duabus quidem alis operiunt faciem dei, duabus vero pedes, & duabus volāt, cla- C

mantes ad inuicem sibi & dicentes. Sanctus, sanctus, sanctus dominus de⁹ Sabaoth: plena est vniuersa terra gloria tua. Q; ergo sola vtrasq; alas suas habẽt in faciẽ dei, & sub pedib⁹ eius: audendũ est pnunciare φ neq; exercitus sanctoꝝ angeloꝝ, neq; sedes sanctę, neq; dominationes, neq; principatus, neq; potestates scire possunt integre initium omnium & fines vniuersitatis. Sed intelligẽdum est sanctos istos qui annumerantur spiritus, & virtutes proximas quidem esse ipsis initiis, & attingere tãtũ quãtũ cõsequi nõ valẽt reliqui: verũtamen quodcũq; illud qd reueláte filio dei & spiritu sancto didicerũt istę virtutes, q̃ plurima quidẽ assequi potuerũt & mlto plura priores iferiorib⁹: oia tñ cõprehẽdere impossibile eis est: qa scriptũ est: Q; plurima ex operibus dei in secretis sunt. Vnde & optabile est vt p virib⁹ se vnusquisq; semper extendat ad ea q̃ priora sunt, ea q̃ retrorsum sunt obliuiscẽs: tã ad opera meliora, q̃ etiã ad seu sum intellectumq; puriorem per Iesum Christum saluatorem nostrum, cui est gloria ĩ secula seculorum. Amen.

D ¶Omnis ergo cui veritatis cura est, parũ de omnib⁹ noibus & sermonib⁹ curet, quia per singulas gentes diuersę verboꝝ consuetudines habẽt: & huic magis qd significat, q̃ qualibus verbis significet, intendat: præcipue in tam magnis & tam difficilib⁹ rebus. sicut cũ quęritur (verbi causa) si sit aliqua substantia in qua neq; color neq; habitus, neq; tact⁹ neq; magnitudo intelligẽda sit, mente sola conspicabilis, quã prout vult quis ita & nominat. Nam græci ἀσώματον eã. i. incorpoream dixerũt, diuinę vero scripturę inuisibilem esse pnũciant: imaginem enim inuisibilis dei dicũt esse Christũ. Sed & rursum per Christũ creata dixit oĩa visibilia & inuisibilia. Per qd declarat esse etiã in creaturis quasdam inuisibiles secũdũ proprietatem suam substantias: sed hę quis ipsę nõ sint corporeę, vtuntur tamen corporibus, licet ipsę sint corporea substãtia meliores. Illa vero substãtia trinitatis q̃ principiũ est & causa omniũ, ex qua oĩa, & p quã oĩa, & in qua omnia: neq; corpus, neq; in corpore esse credẽda est, sed ex toto incorporea. Verũ hæc per excessum quẽdã, rei tamen ipsius cõsequẽtia cõmonitos breuiter dixisse sufficiat ad ostẽdendũ id, φ sunt quædã quoq; significationẽ pprie nullus omnino potest humanæ lingue sermonib⁹ explicare, sed simpliciore magis itellectu, q̃ vllis verborum proprietatibus declarant. Ad quam regulam etiam diuinarũ literarũ itelligẽtia retinenda est, quo scilicet ea q̃ dicunt, non pro vtilitate sermonis, sed p dignitate sancti spiritus qui eas conscribi inspirauit, censeatur.

Anacephaleosis de patre, & filio, & spũ sancto, & cęteris q̃ superius dicta sunt.

TEMPVS autẽ est, vt iam de E decursis his prout potuimus, quæ supra dicta sunt, nunc cõmonitionis gratia eorum quę sparsim diximus recapitulare singula, & primo omnium de patre & filio & spiritu sãcto repetere. Deus pater cum sit inuisibilis & inseparabilis a filio, nõ per prolationẽ ab eo (vt quidam putant) generatus est filius. Si enĩ platio est filius patris, prolatio vero dicitur quę talem significat generationem qualis animaliũ vel hoĩm solet esse progenies: habebit necessario corpus & is q protulit, & is qui prolatus est. Nõ enĩ dicimus sicut heretici putant, patris aliquam substantiã dei in filium versam, aut ex nullis subsistentib⁹ filiũ procreatũ a patre .i. extra substãtiã suã, vt fuerit aliquãdo quã do nõ fuerit: sed abscisso oĩ sensu corporeo, ex inuisibili & incorporeo verbũ & sapientiã genitam dicimus absq; vllã corporali passione, velut si volũtas pcedat e mẽte. Nec absurdũ videbit, cum dicat filius charitatis, si hoc modo etiã volũtatis putet. Sed & Ioánes indicat qa deus lux est, & Paulus designat φ filius splẽdor lucis ęternæ sit. Sicut ergo lux nũq̃ sine splẽdore esse potuit, ita nec fili⁹ qdẽ sine patre ĩtelligi põt, q; & figura expressa substãtię ei⁹, & verbũ & sapiẽtia dicit. Quomodo ergo põt dici φ fuit aliqñ quãdo nõ fuit filius? Nihil. n. aliud est id dicere, nisi φ fuit aliqñ qñ veritas nõ fuerat, quando sapientia non erat, qñ vita nõ fuerat, cũ in his omnib⁹ pfecte dei patris substãtia censeatur. Non enĩ ab eo dirimi hęc, vel ab ei⁹ possunt vnq̃ substãtia separari. Quę qdẽ q̃uis intellectu multa esse dicant, re tamẽ & substãtia vnũ sunt, in quibus plenitudo est diuinitatis.

F ¶Hoc aũt ipsum quod dicim⁹, qa nunq̃ fuit quando non fuit: cum venia audiendum est. Nã & hęc ipsa nomina tẽporalis vocabuli significantiã gerunt. i. quãdo vel nunq̃. Supra omne aũt tẽpus, & supra omnia secula, & supra oẽm ęternitatẽ ĩtelligẽda sunt ea quæ de patre & filio & spũ sctõ dicũtur. Hęc enĩ sola trinitas est q̃ omnem sensum intelligentiæ nõ solum temporalis, verum etiam ęternalis excedit. Cætera vero q̃ sunt extra trinitatẽ, ĩ seculis & in temporibus metienda sunt. Hũc igitur filium dei secũdũ φ verbum est Deus

qđ in principio apud deũ: nemo conueniẽter putabit in loco aliquo cõtineri, neq; secũdũ φ sapiencia est, neq; scdm φ veritas est, neq; scdm φ vita est, vel iustitia, vel sanctificatio, vel redẽptio. Hęc em̃ oĩa nõ indigẽt loco vt agere qđ vel operari possint, sed p his q virtutis eius inoperationisq; participãt, hęc singula intelligẽda sunt. Si vero qs dicet p eos qui participes sunt verbi dei, vel sapiẽtię ei⁹, vel veritatis, vel vitę, etiã ipm verbũ & sapiẽtiã, videri in loco esse: respõdẽdũ est ei φ dubiũ nõ est qn Christus secũdũ φ verbũ & sapiẽtia est, vel cętera oĩa, erat in Paulo: pter qđ dicebat: an experimentũ quęritis eius q in me loquitur Christus. Et iterũ: Viuo autẽ iã nõ ego, viuit vero Christus in me. Tũc ergo cũ esset i Paulo, quis dubitabit qn similiter erat in Petro, & in Ioanne, & in singulis quibusq; sanctorũ? & non solũ in his q in terris sunt, verũ & in his qui in cęlis sunt? Absurdũ nãq; est dicere φ in Petro quidẽ & in Paulo erat Christus, & in Michaele archãgelo, & in Gabriele non erat.

¶ Ex quo manifeste dephendit, φ diuinitas filii dei nõ in loco aliquo cõcludebat: alioqn in ipso tãtum fuisset, & in alio nõ fuisset: sed secũdũ incorporeę naturę maiestatẽ cũ a nullo loco cõcludat, in nullo rursum deesse intelligitur. Verũ illa sola differẽtia intelligenda est, φ etiam si sit in diuersis sicut diximus in Petro vel Paulo, vel Michaele vel Gabriele: nõ tamẽ similiter est in vniuersis. Plenius em̃ & clarius & (vt ita dixerim) apertius in archãgelis est q̃ in sanctis viris. Qđ ex eo manifestũ est, φ cũ ad summã perfectionẽ venerint sancti quiq;, dicũtur similes angelis effici, vel æquales, secũdũ doctrinã euãgelicam. Vnde cõstat in singulis quibusq; tantũ effici Christũ, quãtũ ratio indulserit meritorum.

A ¶ His igit nobis de æternitatis ratione breuiter repertis: cõsequẽs est illud etiã breuiter admonere, φ p filiũ creata dicunt oĩa quę in cęlis sunt, & quę in terra, visibilia & inuisibilia, siue Throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, oĩa p ipsum & in ipo creata sunt, & ipse est ante oẽs, & omnia illi cõstant q est caput. Quibus cõsona etiã Ioannes in euãgelio dicit, Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Dauid vero toti⁹ trinitatis mysteriũ, vniuersoq; cõditiones significãs ait: Verbo dñi cęli firmati sunt: & spiritu oris eius, oĩs virtus eoq;.

¶ Post hæc vero cõsequẽter admonebim⁹ de aduentu corporali & incarnatione vnigeniti filii dei. In quo nõ ita sentiendũ est, φ omnis diuinitatis eius maiestas ita breuissimi corporis claustro clausa est, vt omne verbũ dei, & sapiẽtia eius, ac substãtialis veritas, ac vita, vel a patre diuulsa sit, vel intra cordis ei⁹ coercita & cõscripta breuitatẽ, nec vsq; præterea puteť opata: sed inter vtrũq; vna pietatis debet esse cõfessio, vt neq; aliqđ diuinitatis in Christo defuisse credať, & nulla penitus a paterna substantia, quæ vbiq; est, facta puteť esse diuisio. Tale nãq; aliqđ etiã baptista Ioãnes indicat, cum corporaliter absente Iesu diceret ad turbas. Medi⁹ vestrũ stat quẽ vos nescitis, qui post me venit, cuius nõ sum dign⁹ soluere corrigiã calceamẽti. Qđ vtiq; dici nõ poterat de eo qui absens erat quantũ ad corporalem pręsentiã pertinet, φ medius staret eorũ inter quos nõ aderat corporaliter filius dei. Neq; tamen per hoc illum affirmare credendũ est φ pars aliqua deitatis filiũ dei fuerit in Christo, reliqua vero pars alibi vel vbiq;: qđ illi sentire possunt qui naturã substãtię incorporeę atq; inuisibilis ignorãt. Impossibile nãq; est ab incorporeo partẽ dici, aut diuisionẽ aliquã: sed in oĩbus, & p oĩa, & sup omnia est, eo modo quo superius diximus, & quo vel sapientia, vel verbũ, vita, vel veritas intelligitur: per quẽ intellectũ omnis sine dubio conclusio localis excluditur.

¶ Volens igit filius dei p salute generis humani apparere hoĩb⁹, & inter hoĩes cõuersari suscepit: non solũ corpus humanũ, vt qdã putãt, sed & animã nostrã, nostrarũ qdẽ animarũ similẽ p naturã, proposito vero & virtute similẽ sibi, & talẽ quali oẽs volũtates, & dispẽsationes verbi, ac sapiẽtię indeclinabilis possint impleri. Q3 autẽ habuerit, manifestissime i euãgeliis designat ipse Saluator dicẽs: Nemo tollit a me animã meã, sed ego pono eã abs me. Potestatẽ habeo ponendi animam meã, & iterũ potestatẽ habeo assumẽdi eam. Et rursum. Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ. Et iterum. Nũc anima mea turbata est. Neq; em̃ tristis & turbata anima verbũ dei intelligẽdũ est, qđ ex auctoritate diuinitatis dicit, Potestatẽ habeo ponendi animã meã. Nec tñ ita dicimus fuisse filium dei in illa anima, sicut fuerit in anima Pauli, vel Petri cęterorũ q; sanctorũ, in qbus Christus similiter vt in Paulo loqui creditur. Sed de illis oĩbus sciendũ est qđ scriptura dicit: Quia nemo mũdus a sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius. B

¶ Hęc vero anima quę fuit in Iesu, priusq; sciret malum, elegit bonũ: & qa dilexit iustitiã, & odit iniquitatem, propterea vnxit eũ deus oleo lętitiæ præ participibus suis. Oleo ergo C

letitie vngit, cum verbo Dei immaculata federatione coniuncta: & per hoc sola omnium animarum peccati incapax fuit, quia filii Dei bene & plene capax fuit: ideoque & vnum cum ipso est, atque eius vocabulis nuncupatur, & Iesus Christus appellatur, per quem omnia facta esse dicunt. De qua anima, quoniam totam in se sapientiam dei, & veritatem, vitamque receperat: etiam illud arbitror dixisse apostolum qui ait: Quoniam vita nostra abscondita est cum Christo in deo: cum autem Christus apparuerit vita nostra, tunc & vos cum Christo apparebitis in gloria. Quis. n. alius intelligendus est Christus qui in eo absconditus dicitur, & postea apparituros: nisi ille qui oleo letitie vnctus refertur, id est substantialiter deo repletus, in quo nunc absconditus dicitur? Propterea enim & omnibus credentibus Christus exemplum ponitur, quia sicut ille semper & antequam sciret omnino malum, elegit bonum, & dilexit iustitiam, & odio habuit iniquitatem, & propterea vnxit eum deus oleo letitie: ita & vnusquisque post lapsum vel post errorem expurget se maculis, exemplo proposito: & habens itineris ducem arduam viam virtutis incedat, vt sic forte per hoc inquantum fieri pot per imitationem eius participes efficiamur diuine nature, sicut scriptum est: quia dicit se Christo credere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hoc ergo verbum, & hec sapientia per cuius imitationem vel sapientes, vel rationabiles dicunt, omnibus fit omnia, vt omnes lucrifaciat: & fit infirmus infirmis, vt infirmos lucrifaciat: & quia infirmus efficitur, propter hoc dicitur de eo, Etiam si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Denique Corinthiis qui infirmi erant, Paulus nihil se iudicat scire nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.

D ¶Quidam autem volunt de ipsa anima dictum videri, cum primum de Maria corpus assumpsit, etiam illud quod Apostolus dicit: Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: cum eam sine dubio in formam dei melioribus exemplis & institutionibus repararet, atque in eam plenitudinem vnde se exinaniuit, reuocaret. Sicut autem participatione filii dei quis in filio adoptatur, & participatione sapientie in deo sapiens efficitur: ita & participatione spiritus sancti, sanctus & spiritalis efficitur. Vnum enim atque idem est spiritus sancti participium sumere, quod est patris & filii: quippe cum vna & incorporea natura sit trinitatis. Verum quod de participatione anime diximus, simili ratione vt de animabus, ita & de angelis & celestibus sunt intelligenda virtutibus: quoniam omnis rationabilis creatura participio indiget trinitatis. Sed & mundi huius visibilis ratio, quoniam vel maxima etiam de his haberi questio solet, qualiter se habeat, pro ut potuimus in superioribus diximus, pro iis qui in fide nostra etiam credendi rationem perquirere solent, & pro iis qui heretica aduersum nos certamina commouent, & materie nomen quod ne ipsi quidem quale sit adhuc intelligere potuerunt, solent frequentius ventilare. de quo necessarium puto etiam nunc breuiter commonere.

¶Et primo quidem sciendum est quod nomen ipsum materie pro ea substantia que subesse corporalibus dicitur, positum in scripturis canonicis nusquam vsque ad praesens inuenimus. Illud enim quod dicit Esaias: Et comedet sicut foenum hylen. i. materiam: dicens de eis qui in suppliciis constituti sunt, materiam posuit pro peccatis. Sed & sicubi in alio loco scriptum forte materie nomen est, nusquam vt ego arbitror hoc de quo nunc querimus signare inuenietur: nisi tantummodo in sapientia que dicitur Salomonis, qui vtique liber non ab omnibus in auctoritate habetur. Ibi tamen scriptum inuenimus hoc modo. Non enim deerat omnipotenti manui tue que creauerat mundum ex informi materia, immittere eis similitudinem vrsorum vel feroces leones. Quamplurimi sane putant rerum ipsarum materiam significari in eo quod in principio Genesis scriptum est a Moyse. In principio fecit deus celum & terram, terra autem erat inuisibilis & incomposita. Inuisibilem namque & incompositam terram non aliud esse Moyses quam informem materiam visus est indicare. Quod si vere haec est materia, constat exinde inconuertibilia non esse initia corporum. Nam hi qui atomos vel ea que in partes venire non possunt, vel ea que in equales partes veniunt, vel vnum ad elementum, rerum corporalium principia posuerunt: nomen materie, id est quod principaliter materiam significat, inter principia statuere non potuerunt. Neque enim cum materiam subiiciunt omni corpori per omnia conuertibilem, vel mutabilem substantiam, extra qualitates eam secundum proprietatem subiicient. Quibus etiam nos acquiescimus, qui omni genere abnuimus ingenitam vel infectam dici materiam debere. Secundum hec enim in prioribus prout potuimus ostendimus, cum etiam ex aqua, vel terra, vel aere, vel calore per diuersa arborum genera diuersos ostendimus proferri fructus: vel cum ignem, aerem, aquam, terramque mutari in semetipsa inuicem ac resolui aliud in aliud elementum mutua quadam consanguinitate docuimus: sed & cum de escis vel hominum

vel animaliũ probauimus ſubſtãtiam carnis exiſtere, vel humorẽ ſeminis naturalis in carnẽ ſolidã, oſſaq́ cõuerti. Quę omnia documẽto ſunt q̃ ſubſtãtia corporalis permutabilis ſit, & ex omni in omnẽ deueniat qualitatem.

A ¶Verũtamẽ illud ſcire oportet, q̃ nũq̃ ſubſtantia ſine qualitate ſubſiſtit: ſed intellectu ſolo diſcernit̃ hoc quod ſubiacet corporibus, & qđ capax eſt qualitatis eſt materia. Quidã altius ergo de his volentes inquirere, auſi ſunt dicere, nihil aliud eſſe materiam corpoream q̃ qualitates. Si enim duritia & mollities, calidum & frigidum, humidũ & aridũ, qualitates ſint, his aũt vel cęteris huiuſmodi amputatis nihil aliud intelligit̃ ſubiacere: videbũtur qualitates eſſe omnia. Vnde & hi q hæc aſſerũt, aſſeuerare conati ſunt, vt qm̃ omnes qui materiam infectã dicũt, qualitates a deo factas eſſe confitentur: inueniat̃ per hoc etiã ſecũdũ ipſos nec materia eſſe infecta: ſiquidẽ qualitates ſint omnia, quæ vtiq́ ſine contradictione ab omnibus a deo factę eſſe pronunciantur. Hi vero qui ſubiacenti cuidam materiæ additas extrinſecus qualitates volunt oſtendere, huiuſcemodi vtuntur exemplis. verbi gratia: Paulus ſine dubio aut tacet, aut loquitur, aut vigilat, aut dormit, vel certo quodã corporis habitu cõſiſtit: aut enim ſedet, aut ſtat, aut iacet. Hæc eñ ſunt hominibus accidẽtia, ſine quibus nunq̃ fere inueniuntur. Nec tamen ſenſus noſter manifeſte de eo aliquid horum deffinit: ſed ita eum per hęc intelligimus vel cõſideram⁹, vt nõ omnino rationem ſtatus eius comprehendamus, vel in eo q vigilat, vel in eo qui dormit, aut in eo q loquitur, vel tacet, & ſiqua alia ſunt quæ accidere neceſſe eſt hominibus. Si ergo quis Paulum ſine his omnibus eſſe cõſideret quæ poſſunt accidere: ita & idquod ſubiacet quis intelligere ſine qualitatibus poterit. Cũ ergo ſenſus noſter omni qualitate ab intellectu ſuo remota ipſum ſubiacentiæ ſolius (vt ita dixerim) punctum contuetur, & ipſi inhęret: nequaq̃ reſpiciens ad mollitiẽ, vel duritiem, vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel aridum ſubſtantiæ: tunc ſimulata quodãmodo cogitatione, his omnibus qualitatibus nudã videbitur intueri materiam.

B ¶Sed fortaſſe requiret aliqs ſi poſſumus etiã de ſcripturis occaſionem aliquã intelligẽtiæ huius accipere. Videt̃ mihi tale aliqđ ſignificari in Pſalmis, cũ dicitur a Propheta: Imperfectũ meũ viderunt oculi tui. In quo videtur mens prophetæ rerũ initia intuitu perſpicaciori diſcutiens, & materiã ſenſu ſolo, ac ratione a quãtitatibus diuidẽs, imperfectũ dei ſenſiſſe: qđ vtiq́ adiectis qualitatib⁹ intelligit̃ conſummatũ. Sed & in libro Enoch ita ait: Ambulaui vſq́ ad imperfectũ. qđ ipſum puto poſſe ſimiliter intelligi, q̃. ſ. ambulauerit mẽs prophetę perſcrutãs & diſſerẽs ſingula vſquequo ad principiũ veniret illud in quo imperfectã materiã abſq́ qualitatibus peruidet: ſcriptum nãq́ eſt in eodẽ libello, dicente Enoch: Vniuerſas materias perſpexi. Qđ vtiq́ ita ſentitur, quaſi oẽs materię diuiſiones puidi, q̃ ab vna in ſingulas quaſq́ diruptę ſunt ſpecies. i. hominũ vel animalium, vel cęli, vel ſolis, vel omniũ quę in hoc mundo ſunt.

¶Poſt hęc iam oĩa quę ſunt, a deo facta eſſe, C & nihil eſſe qđ factũ nõ ſit pręter naturã patris, & filii, & ſpiritus ſancti, prout potuim⁹ in ſuperioribus demõſtrauimus: & q̃ volens deus, q natura eſt, habere qbus benefaceret, & q adeptis beneficiis ſuis lętarẽtur, feciſſet dignas creaturas. i. q eũ digne capere poſſent, quos & genuiſſe filios dicit. Fecit aũt oĩa in numero & mẽſura. Nihil enim deo vel ſine fine, vel ſine mẽſura. Virtute eñ ſua omnia cõprehendit, & ipſe nullius creaturę ſenſu cõprehẽſus eſt. Illa eñ natura ſoli ſibi cognita eſt. Solus eñ pater nouit filiũ, & ſolus filius nouit patrẽ, & ſolus ſpiritus ſanctus perſcrutatur etiã alta dei. Omnis igit̃ creatura intra certũ apud eũ numerũ menſurãq́ diſtinguitur. i. vel rationabiliũ numerus, vel menſura materiæ corporalis: vt qm̃ neceſſe erat vti corporibus intellectualẽ naturam quę & cõmutabilis, & conuertibilis depĥendit̃ ea ipſa cõditione qua facta eſt (qđ eñ nõ fuit, & eſſe cœpit: etiã hoc ipſo naturæ mutabilis deſignatur) ideo nec ſubſtantialẽ habet vel virtutem, vel malitiam, ſed accidentem.

¶Qm̃ ergo (vt diximus) mutabilis & conuertibilis erat natura rationalis: ita vt p̃ meritis etiã corporis vteret̃ indumẽto diuerſo illius vel illius qualitatis: neceſſariũ fuit vt ſicut diuerſitates pnoſcebat deus futuras vel animarum vel virtutũ ſpiritalium: ita etiam naturam corpoream faceret, quę pmutatione qualitatũ in omnia quæ res poſceret conditoris arbitrio mutaret̃. Quã tãdiu neceſſe eſt permanere, q̃diu permanent ea quæ indigent eius indumento. Semper autẽ erunt rationabiles naturæ, quæ indigent indumento corporeo: ſemper ergo erit natura corporea cuius indumẽtis vti nẽceſſe eſt rationabiles creaturas: niſi qs putet poſſe vel aſſertionib⁹ oſtendere q̃ poſſit natura rationabilis abſq́ vllo corpore vitã degere. Sed q̃ difficile ſit,

& q̃ pene impossibile intellectui nostro, in su-
perioribꝰ singula differentes ostendimus.
D ¶Puto sane operi huic nostro contrariũ non
videri si etiam de immortalitate rationabili-
um naturarum q̃ possumus breuiter repeta-
mus. Omnis qui participat alicuius, cum eo
q eiusdem rei particeps est, sine dubio vnius
substantię est, vniusq; naturæ. Vtputa oẽs
oculi q lucis participant, vnius naturę sunt.
Sed licet omnis de luce participet oculus, ta
men quoniam alius acutiꝰ, alius obtusius vi-
det: non omnis oculus ęqualiter de luce par-
ticipat. Et rursum. Oẽs auditus vocem vel
sonum recipit, & ideo oẽs auditus vniꝰ na
turę est: Verum pro qualitate puri & synce-
ri auditus vnusqsq; velocius audit, vel tardi
us. Transeamus ergo ab his sensibilibus exẽ-
plis ad intellectualium contemplationem.
¶Omnis mẽs quę de intellectuali luce parti-
cipat, cum omni mẽte quę simili modo de in
tellectuali luce pticipat, eiusdem sine dubio
debet esse naturę. Si ergo cęlestes virtutes in
tellectualis lucis. i. diuinæ naturæ per hoc ꝙ
de ipsa sanctificatione participãt, participiũ
sumpserunt, & ita sunt vnius naturę adinui-
cem vniusq; substantię, incorruptę autẽ sunt
& immortales cęlestes virtutes: immortalis si
ne dubio & incorrupta erit etiam animæ hu
manę substantia. Nõ autem sicut ipsa patris
& filii & spiritus sancti natura, cuius soliꝰ in
tellectualis lucis vniuersa creatura participi
E um trahit, quę incorrupta est, & ęterna. Vn-
de valde cõueniẽs & necessariũ est etiã omnẽ
substantiam quę æternæ illius naturæ parti-
cipium trahit, perdurare etiam semper, & in
corruptibilem esse & ęternam: vt diuinæ bo-
nitatis æternitas etiam in ea intelligatur, dũ
& æterni sunt hi qui eius beneficia cõsequũ
tur. Sed sicut percipiendę lucis diuersitas ser
uata est in exemplis, cũ vel obtusior vel acu-
tior obtutus designatus est intuẽtis: ita etiã
de patris & filii & sancti spiritꝰ participatio
ne seruãda est p intentione sensus, vel men-
tis capacitate diuersitas. Alioquin considere
mus, si non etiam impium videtur vt mens
quæ dei capax est, substantialẽ recipiat interi
tum: tanq̃ hoc ipsum ꝙ intelligere deum po
test & sentire, non ei sufficere possit ad perpe
tuitatem: maxime cum etiam si per negligen
tiam decidat mẽs ne pure & integre in se re-
cipiat deũ, semper tamẽ habeat in se velut se
mina quędam reparãdi ac renouandi melio-
ris intellectus, cum ad imaginem etiam & si-
militudinem dei q creauit eum, interior ho
mo qui & rationalis dicitur renouatur. Pro-
pter quod & ppheta dicit. Reminiscentur &
cõuertentur ad dominum oẽs fines terræ,
& adorabunt in conspectu eius familię oẽs
gẽtiũ. Si quis vero audet substantialem cor-
ruptionem dare ei qui secundum imaginem
& similitudinem Dei factus est: vt ego puto A
etiam ĩ ipsum filium Dei causam impietatis
extendit. Imago nanq; etiã ipse appellatus est
in scripturis. Aut certe accuset qui hæc ita
vult, scripturę auctoritatem quæ dicit homi
nem ad imaginẽ dei factum: in quo & mani-
feste diuinę imaginis cognoscuntur indicia,
nõ per effigiem corporis quæ corrumpitur,
sed per animi prudentiam, per iustitiam, per
moderationem, per virtutem, per sapientiã, p
disciplinam, per omnem deniq; virtutũ cho-
rum: quæ cum deo insint per substantiam, in
homine possunt esse per industriam, & p imi
tationẽ dei, sicut & dominus designat in euã
gelio dicẽs: Estote ergo misericordes sicut &
pater vester misericors est, & estote perfecti si
cut & pater vester perfectus est. Vnde euidẽ
ter ostẽditur ꝙ in deo quidem hę oẽs vir-
tutes semper sunt, nec vnq̃ accedere possunt
aut recedere: ab hominibꝰ vero paulatim &
singulę quęq; conquirunt. Vnde etiam con-
sanguinitatem quandam per hæc habere vi-
dentur ad deum: & cũ deus omnia nouerit,
& nihil eum rerum intellectualium ex se late
at (Solus enim deus pater, & filius, & spiritꝰ
sanctus non solum eorum quę creauit, verũ
etiam sui scientiam tenet) potest tamen & ra
tionabilis mens pficiens a paruis ad maiora,
& a visibilibus ad inuisibilia, peruenire ad in
tellectũ pfectiorem. Est enim in corpore po-
sita, & ex ipsis sensibilibꝰ quę sunt corporea,
ad intellectualia proficit. Verũ ne cui videa-
tur dictum insensibilia esse quę intellectualia
sunt: vtatur exemplo sentẽtię Salomonis di-
cẽtis: Sensum quoq; diuinũ inuenies. In quo
ostendit nõ corporali sensu, sed alio quodam
quem diuinum nominat, ea quæ intellectua-
lia sunt requirẽda. Hoc aũt sensu nobis itueẽ
dum est etiã de his singulis quas supra dixi-
mus rõnibꝰ: & hoc sensu audiẽda sunt ista q̃
loqmur, & cõsiderãda q̃ scribimus. Nã diui-
na natura etiã tacite qcqd ĩter nos voluamꝰ
agnoscit. De his aũt q̃ diximus, vel de reliqs
q̃ cõueniẽtia sunt, secũdũ hanc formam quã
supra exposuimus, sentiendum est.

Expliciti sunt Libri Quatuor Peri archon
Origenis Adamantii.

PLANCTVS, SEV LAMENTVM ORI
genis, trãslatum a beato Hieronymo Presby-
tero e græco in latinum.

IN AFFLICTIO-
ne & dolore animi
incipio loq ad eos
qui legūt me extra
afferērem ordinem
effetata mente se-
dere super tribunal
Christi cū sanctis.
Et quomō loquar
frenis ligatus, & la
biis non audētibus
moueri! Nec lingua reddit obsequiū suū: gut
tur vero conclusum, & omnia organa macu
lata iniquitate. Sed agā: Incipiā me genibus
prosternere, & deprecari vniuersos sanctos,
vt mihi nō audēti petere deū propter nimie-
tatem peccati, succurrāt. O sancti dei vos la-
chrymis & fletu pleno dolore deprecor, vt
procidatis misericordiis eius pro me misero.
Heu mihi dolor cordis mei. Heu mihi affli-
ctio animę meę. Heu mihi qa circūdat⁹ sum
vndiq, & cōclusus iniquitatibus meis, & nō
est in me sanitas. Heu mihi mater quę peperi
sti me quasi virū legisperitū in iniquitate pie
ctū, virū religiosum in impietatē delapsum.
Heu mater quæ peperisti me quasi virū iustū
in iiustitia versatum: virū filium regni dei,
& nūc filium regni nequam: perfectū virum,
sacerdotē in iniquitate inuētū: virū decoratū
honore, inhonestatē consecutū: virū multis
malis circūdatū, virū maculatis actibus suf-
focatum. Heu mihi mater quę quasi peperisti
turrim altā & elatā, & subito vsq ad paui-
mentū prostratā: sicut arborē fructiferam, &
subito marcidam: sicut lampadē luciferam,
& subito extinctā: sicut fontē abūdātē aquis,
& nūc subito exiccatū. Heu mihi, qui omni-
bus bonis ornatus eram, & nūc ab omnibus
desertus apparui. Sed quis dabit capiti meo
aquā, aut oculis meis fontē lachrymarū, vt
plangam me ipsum in contritione mea! Heu
mihi sacerdotiū quomodo te plangam! Heu
mihi presbyterium quomodo te lugebo! Mi
seremini omnes amici, miseremini mei, qa pes
sime vulneratus sum. Miseremini oēs amici:
male ēm desertus sum factus. Miseremini oēs
amici: ægre enim dissipatus sum. Miseremini
amici, qa signū proieci, & malo commixtus
sum. Miseremini amici, quia a deo proiectus
sum, propter actus meos maculatus sum. Plā
gite me quem planxerūt angeli. Plangite me
quē planxerūt sancti. Plāgite me quē planxit
omnis homo. Plangite me vniuersi, qa lapsus
sum a gloria mea. Sicut enim vineā fructife-
ram plātauit me dominus, & pro botryoni-
bus floruí spinas. Plangite vtiq me, qa ex vi
neis attuli tribulos. Sed moueātur fontes la
chrymarū, & irrigentur maxillę meæ, fluant
super terrā & humectent eā, qa humectatus
in iniquitatibus, & natus sum in peccatis meis.
Cerno ēm sacerdotiū flens sup me, & cunctā
lætitiā dolētem super me, & super thronum
meū araneam telantē. Sic cerno & contēplor
me mœrore repletū, & omnis creatura cōtri
statur mihi; quoniā pro omnibus laudes ali-
quando cantabā. Heu mihi quid passus sum!
quomodo cecidi! Heu mihi quomodo dissi-
patus sum! Non est dolor sicut dolor meus,
& nō est afflictio super afflictionē meā: nō est
amaritudo supra amaritudinē meā, nec ge-
mitus supra gemitū meū: vtiq nec peccatum
supra peccatum meū: & nō est mihi sanitas.
Vbi est ille bonus animarum pastor! Vbi est
ille q ab Hierusalē in Hiericho descēdētē, &
a latronibus vulneratū curauit atq sanauit!
Require me domine, qui de superiori Hieru-
salem cecidi, qui baptismū violaui, signū cor
rupi, qa nomē tuum iniuriis verberaui. Heu
mihi doctor, nec discipuli locū teneo. Tu no
sti domine qa inuitus cecidi: volēs alios illu
minare me ipsum obscuraui: nitens alios de
morte ad vitā reducere, me ipsum ad mortē
perduxi: volens alios repsentare deo, me ipm
a deo separaui: volens pro pietate inueniri,
cōtra pietatē inuētus sum. Procedēs ēm con
tra iniquorū congregationes, & arguens, ibi
diaboli pessimū errorē inueni. Nesciēs certan
tiū varias insidias, ad dei eos cognitionē pro
uocabā. Igitur post multas scrutationes pro
miserūt mihi asturias infelici. Postq̄ vero p-
fectus sum ab eis, diabolus eadē nocte trans-
formatus in angelū lucis afferebat mihi: dilu
culo exurgens perge, & persuade eos; & ad-
duc eos deo, si tibi verbū propositum sunt.
Qd si assenserint, sine vlla intermissione faci
to, nihil dubitās propter multorū salutem.
Et rursus diabolus antecedens acuit contra
me miserum consilia maligna, vel hypocri-
ses, vel dolos spargit in eis. Ego vero infelix
ante diluculum de stratu exiliēs, nec oratio-
nem quidē consuetā implere potui, sed desi-
derans omnes homines saluos fieri, & in co-
gnitionē veritatis venire, me ipm in diaboli
laqueis implicaui. Abii igitur ad iniquos, &
petens ab eis promissiones hesternas, nesciēs
& ad baptisma peruenimus. O cor obcæcatū
quomodo non recordabaris! O stulta mens,
quomodo nō recogitasti! O idistincta discre-
tio, quomodo nō itelligebas! O sensus intelli
gētiæ, vbi dormiebas! Sed ad somnū te dia-

De spiritu sancto ꝙ sit, multæ nos scripturę docuerūt, sicut Dauid ī qnquagesimo Psalmo dicit: Et spūm sctū̃ tuum ne auferas a me. Et in Daniele dicit: Spiritus sanctus qui in te est. In nouo vero testamēto, abūdantibus testimoniis edocemur, cum spiritus sanctus descendisse super Christum perscribitur, & cum ipse dominus insufflauit in apostolos post resurrectionem dicēs, Accipite spiritum sanctum. Et ad Mariā dicitur ab angelo: Spiritus sanctus superueniet in te. Paulus vero docet, ꝙ nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Et in actibꝰ Apostolorum per impositionem manuum apostolicarum spiritꝰ sanctus dabatur in baptismo. Ex quibus omnibus discimus tantæ & auctoritatis & dignitatis substantiam sancti spiritus, vt salutarē baptismum non aliter nisi excellentissimæ omnitrinitatis auctoritate, id est patris, & filii, & spiritus sancti cognominatione cōpleatur, & ingenito deo patri, & vnigenito eius filio, nomen quoq; spiritus sancti copuletur. Quis ergo non obstupescat quanta maiestas sit spiritus sancti, cum eum qui dixerit verbum in filium hominis, audiat sperare veniam posse: eum vero qui in spiritum blasphemauerit, veniam non habere neq; in præ D

dii estis. Nā & Hebręus doctor tradebat, pro eo q̄ initiū omniū vel finis non posset ab vllo comprehendi nisi tantūmodo a domino Iesu Christo, & a spiritu sancto: idcirco aiebat per figurā visionis Esaiam dixisse duos Seraphim solos esse: q̄ duabus q̄dē alis operiūt faciē dei duabus vero pedes, & duabus volare eos, & clamātes sibi inuicē dicere, Sanctus, Sanctus, Sāctus dominus deus Sabaoth: plena est vniuersa terra gloria tua. Q̄ ergo sola Seraphim vtrasq̄ alas suas habent in faciem dei & in pedibus ei⁹: audēdū est pronūciare, q̄ neq̄ exercitus sanctorū angelorum, neq̄ sanctæ sedes, neq̄ dominationes, neq̄ principatus, neq̄ potestates scire possunt integre initium omniū, & finem vniuersitatis. Sed intelligendum est sanctos istos quos numerauimus spūs & virtutes proximas q̄dē esse ipsis initiis, & attingere tantum quantū consequi nō valent reliqui. Verūtamen quātūcūq̄ illud est q̄d reuelante filio dei ac spiritu sancto didicerint istæ virtutes, q̄plurima quidē assequi poterunt, & multo plura priores inferiorib⁹, omnia tamē cōprehendere impossibile est eis: quia scriptū est, Q̄plurima ex opibus dei in secretis sunt. Vnde & optabile est vt pro viribus se vnusq̄s q̄ extendat semper ad ea quæ priora sunt, ea quæ retro sunt obliuiscens, tam ad opera meliora, q̄ etiā ad sensū, intellectūq̄ puriorē, per Iesum Christum saluatorē nostrū, Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

¶De Incarnatione verbi dei. ORIGENES.

A In omni orbe terrarum, in omni Græcia, atq̄ exteris nationib⁹ innumeri sunt, & immēsi, qui relictis patriis legibus, & his quos putabāt deos vel obseruantia Moysi legis, in discipulatū se Christi, cultūq̄ tradiderunt, & hoc nō sine ingēti odio eorū q̄ simulacra venerant, ita vt ab his frequēter & cruciatibus affligātur, nonnunq̄ etiam agantur in mortem. Amplectuntur tamen, & cū omni affectu custodiunt doctrinæ Christi sermonē. Et est videre quomodo breui tempore ipsa religio creuerit pœnis multorū mortibusq̄ proficiēs, sed & bonorū direptionibus, atq̄ omni ab his afflictionum genere tolerato. Et eo maxime mirū est, q̄ ne doctores quidē ipsi, vel satis idonei sunt, vel satis plures. Prædicatur tamen sermo iste in omni orbe terrarum, ita vt Græci ac barbari, sapientes & insipientes religionem Christi siue Christi doctrinam suscipiant. Ex quo dubium nō est non hoc humanis viribus atq̄ opibus agi, vt cū omni potestate & persuasione sermo Iesu Christi apud omniū mētes atq̄ animos inualescat. Nam & prædicta esse ab eo hæc ipsa, & diuinis ab eo responsis confirmata, manifestum est cū dicit Quia ante pręsides & iudices adducemini propter nomen meum in testimoniū illis & gentibus. Et iterū, Multi mihi dicēt in illa die: Domine, domine, nōne in nomine tuo manducauimus & bibimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus? & dicā illis, Discedite a me operarii iniquitatis, nunq̄ cognoui vos. Quę si ita quidem ab eo dicta fuissent, nec ad finē tamen ea quæ prædicta sunt peruenissent, fortassis minus esse vera viderent̄, nec habere aliquid auctoritatis: nūc vero cū iam in effectum res q̄ fuerant ab eo prædictæ perueniāt, cū tāta autem potestate atq̄ auctoritate p̄dicta sint, manifestissime declaratur deum vere esse, qui homo factus salutaria præcepta humālib⁹ tradidit. Quid vero inde dicendū est, q̄ prophetę de ipso ante pręd ixerūt, nō cessaturos principes ex Iuda, neq̄ duces de femoribus eius vsquequo veniat ille cui repositū est, regnū scilicet: & vsquequo veniat expectatio gētiū? Manifestissimū em̄ ex ipsa historia, & ex his quæ hodie peruidentur, q̄ ex temporibus Christi vltra reges apud Iudęos nō extiterunt: sed & oēs ambitiones illę Iudaicę in quibus iactātiæ q̄plurimū gerebāt, & in quibus gloriabant̄, id est vel de tēpli decore, vel de altaris īsignib⁹, atq̄ oībus illis sacerdotalib⁹ infulis, indumētisq̄ pontificū, simul vniuersa destructa sunt. Completa est.n. prophetia q̄ dixerat: Per dies multos sedebūt filii Israel sine rege, & sine pricipe: nec est sacrificiū, neq̄ altare, neq̄ sacerdotium. Ex quo vtiq̄ subuersum est templū, nec hostiæ offerunt̄, nec altare inuenitur, nec sacerdotium cōstat: certissimū est defecisse principes ex Iuda, sicut scriptum est, & ducē ex femoribus eius, vsquequo veniat ille cui repromissum est. Constat ergo q̄ venit ille cui repositū est. Quod manifeste videt̄ impletū de multitudine eorū qui p Christū Deo ex diuersis gentibus crediderunt. Sed & in Deuteronomii cātico per prophetiā designatur pro pec- B catis prioris populi futura esse electio insensatæ gentis: non alia vtiq̄ q̄ hæc quæ per Christū facta est. Sic em̄ ait, Exacerbauerūt me in simulactis suis, & ego in zelo cōcitabo eos. Est ergo satis euidenter ostendere queadmodum Hebræi q̄ deum exacerbasse dicuntur in his q̄ nō sūt dii, & irritasse ei⁹ in simulacris suis, irritati sunt & ipsi in zelotypiā per gētē insipientē quā deus elegit per aduētū Iesu Christi & discipulos ei⁹. Sic.n. dicit apostol⁹: Videte em̄

vocationē vestrā fratres,qm̄ non multi sapiētes secundū carnē,nō multi potentes,nō multi nobiles:sed quę stulta sunt mūdi elegit de⁹ & ea q̄ non sunt,vt ea q̄ erant prius destrueret.Non ergo glorietur omnis caro in cōspectu dei.Sed & de his q̄ in psalmis ꝓphetantur de Christo,qd̄ dicēdū est:de eo maxime q̄ suꝑscribit̄ Canticū ꝓ dilecto! vbi refert̄ ꝙ lingua ei⁹ calam⁹ scribæ velociter scribētis:decorus specie sup filios hoīm,qm̄ diffusa est gratia in labiis eius.Hoc est,ꝙ breui tēpore trāsacto doctrina eius diffusa est.Anno em̄ & aliquot mēsibus docuit,vniuersus tn̄ orbis prędicatione ac fide pietatis ei⁹ īpletus est.Orta est ergo in dieb⁹ ei⁹ iustitia,& multitudo pacis manēs vsq ad finē,q̄ finis ablatio lunę appellata est:& dn̄at a mari vsq ad mare,& a flumine vsq ad terminos orbis terræ.Datū est aūt & signū domui Dauid.Virgo.n.i vētre cōcepit,& ꝑepit Emmanuel,qd̄ interꝑtat̄ nobiscū de⁹:& impletū est qd̄ ait ipe ꝓpheta: Nobiscū deus,scitote gētes & vincimini.Victi.n.nos sumus,& superati ex gētib⁹,& velut exuuiæ ei⁹ existimus q̄ ei⁹ gratiæ nostra colla subiecim⁹. Sed & locus natiuitatis eius prædictus est in Michęa propheta dicēte.Et tu Bethleē terra Iuda nequaq̄ exigua es in ducibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populū meū Israel. Sed & septimanę annoꝝ implete sunt vsq ad Christū ducem,quas prędixerat Daniel Propheta.Adest nihilominus & is q̄ p̄ per Iob prędictus est beluā ingentē cōsumpturus,q̄ & dedit potestatem familiaribus suis discipulis calcare super serpentes,& scorpiones,& super oēm virtutem inimici,nihil ab eo nocendis.

PAMPHILVS.

C HAEc est de summis rebus,id est de sancta trinitate,Origenis fides,quam ex paucissimis testimoniis de cōpluribus eius voluminib⁹ assumptā edocuimus.Et quid tam rectū!quid tam verū! quid tā catholicū! quid certe ad instructionē omniū magis vtile! vel apud istos certe ipsos q̄ inimica aduersus eū mente desæuiunt,quid tam irreprehensibile! Et quidē in summa hęc posuisse de fidei eius documēto ac ꝓbatione sufficeret,nisi etiā ad reliqua quorū eū criminātur,respōdere necessariū videretur.Intueamur tamē quę sint istæ ipsę criminationes q̄ a maleuolis intendūtur. Prima illa est,ꝙ dicunt eum innatū dicere filium dei.Secūda,ꝙ dicunt eū per prolationē secūdū Valētiui fabulas,iu substantiā venisse filiū Dei dicere,Tertia,quę his oībus valde contraria est,ꝙ dicūt eū secūdū Artemam vel Paulum Samosanū,purū hominē.i.non etiam deum,dicere Christum filiū dei. Quarta post istas est quæ istis omnibus aduersatur (cæca enim est malitia)ꝙ dicunt eum dicere δοκικῶς id est putatiue tantū,& ꝑ allegoriā,nō etiā secundū ea q̄ iuxta historiā referūtur,gesta esse omnia quæ a Saluatore gesta sunt. Quinta illa q̄ quoq criminatio est qua asserūt eū duos Christos prędicare.Sexta.Addūt illud quoq ꝙ historias corporales quę per omnē sanctam scripturā referunt de gestis sanctorū,penitus deneget.Septima.Sed & de resurrectiōe mortuorū,& de impioꝝ pœnis nō leui impugnāt eū calumnia,velut negantē peccatoribus inferēda esse supplicia.Octaua.Quidā vero disputationes eius,vel opiniones quas de animæ statu vel dispēsatione disseruit,culpāt. Nona & vltima vero in eū est criminatio illa, q̄ cū oī īfamatione dispergitur, μετενσωματώσεως, id est ꝙ humanas animas in muta animalia, vel serpentes,vel pecudes asserat transmutari post mortē,& ꝙ etiā ipsę mutorū animalium aīę rationabiles sint.Quā criminationē idcirco nouissimā posuim⁹,vt plura de libris eius coaceruātes exēpla,euidēti⁹ ei⁹ falsitas nosceret.Si ergo bene meminin⁹ ordies criminatio nū quas supra cōscripsim⁹,īcipiam⁹ a prima.

Qꝫ ex deo patre natus est filius, & vnius est cum patre substantiæ:alienus vero a substantiis creaturarum. Ex primo lib. Epistolæ ad Romanos. ORIGENES.

QVęrat fortassis aliquis, si filius charitas est, ꝑcipue propter hoc ꝙ Ioānes ad deum patrem retulit hanc vocem dicens, Quia deus charitas est. Sed rursum ex ipsa eius Epistola proferemus & illud qd̄ ait:Charissimi diligamus inuicem, quoniam charitas ex deo est.Qui ergo dixit,quia de⁹ charitas est, ipse iterum charitatem docet esse ex deo:quā charitatem nō credo esse alium nisi vnigenitum filium eius,sicut deum ex deo,ita charitatem ex charitate progenitam. D

De eisdem in.V.lib.de Euangelio secūdum Ioannem.Item in Psal.

VNigenitus fili⁹ saluator noster qui solus ex patre natus est,solus natura, & non adoptione filius est. Vn⁹ ergo verus deus solus habet immortalitatem, lucē habitat inaccessibilem. Vnus,ait,verus de⁹, ne.s.multis veri dei nomē cōuenire credam⁹. Ita ergo

& hi q accipiunt spiritū adoptionis filiorū in quo clamant Abba pater: filii quidē dei sunt, sed nō sicut vnigenitus filius. Vnigenit⁹ eñ natura filius, & semp & inseparabiliter fili⁹ est: cæteri vero pro eo ꝙ susceperunt in se filium dei, potestatē habēt filii dei fieri. Qui licet nō ex sanguinibus, neq ex voluntate carnis, neq ex volūtate viri, sed ex deo nati sunt: nō tamē ea natiuitate sunt nati qua natus est vnigenitus filius. Propter qd quātā differentiā verus deus habet ad eos quibus dicitur, Ego dixi, dii estis: tātam differētiam habet verus filius ad eos qui audiunt, Filii excelsi omnes.

De libris epistolę ad Hebręos, ꝙ homousios est cū patre filius, id est vnius cū patre substātię, alienus a substantiis creaturæ.

¶Interrogamus igit̄ eos quos piget confiteri deū esse filium dei: quomodo poterat sola humana natura nihil i se habēs eximiū neq aliquid diuinę substātię, hæreditatē capere oēm principatū, & omnē potestatē, & virtutem, & his oībus ꝑferri ac præponi a patre. Vnde rectum videtur ꝙ prestantior esse debeat is qui hæreditatē capit, & genere vtiq, & specie, & substātia, & subsistētia vel natura, atq omnibus quibuscunq modis debet esse prestātior.

¶Et post pauca in eodem libro.

¶Cū autē discutitur hoc qd dictū est de filio dei ꝙ sit splēdor glorię: necessario videt̄ simul differēdū & illū qd dictū ē, nō solū ꝙ splēdor est lucis ęternę, sed & qd huic simile in sapientia Salomonis refert̄, i qua seipsam sapiētia describit dicēs: Vapor est. n. virtutis dei, & aporrhoea oīpotētis dei gloriæ purissima. Et post aliquāta. Oportet aūt scire nos quia per ineffabilia quædā, & secreta, ac recōdita quodam modo vim sibi faciens scriptura sancta conatur hominib⁹ indicare, & itellectū suggerere subtilem, vaporis nomē inducēs. Qđ ideo de rebus corporalibus assumpsit, vt vel ex parte aliqua possimus intelligere quō Christus qui est sapiētia, secūdū similitudinē eius vaporis qui de substātia aliqua corporali procedit, sic etiā ipse vt quidā vapor exoritur de virtute ipsius dei: sic & sapiētia ex eo ꝓcedēs, ex ipsa substantia dei generatur. Sic nihilominus & secūdū similitudinē corporalis aporrhoeæ, eē dicit̄ aporrhoea glorię oīpotētis pura q̄dā & syncera. Quę vtręq similitudines manifestissime ostēdūt cōmunionē substātiæ eē filio cū patre. Aporrhoea eñ ὁμοούσιος videtur, id est vnius substātię cū illo corpore ex quo est vel aporrhoea, vel vapor. PAMPHILVS.

A ¶Satis manifeste vt opinor, & valde euidenter ostensum est ꝙ filiū dei de ipsa dei substantia natū dixerit. i. homousion, qđ est eiusdem cū patre substātię: & nō esse creaturam, neq per adoptionē, sed natura filiū verū, & ex ipso patre generatū. Superest vt & secūdę criminationi illatę sibi ab accusatoribus, per nos q̄dē prolatis, sed suis verbis ipse respondeat: duobus vel trib⁹ testimoniis adhibitis, qb⁹ æquū est secūdū legē nostrā omne verbum stare.

Qꝫ non per prolationem natum dicat esse filium dei secundū Valentini impietatem.

ORIGENES.

EGO Arbitror ꝙ sufficere debeat volūtas pr̄is ad subsistendū hoc qd vult pater. Volēs eñ non alia via vtitur, nisi q̄ cōsilio voluntatis profertur. Ita ergo & ab eo filii subsistentia generatur: qđ necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitum. i. innatum præter solum deū patrē fatētur. Obseruādum nanq est ne quis incurrat in illas absurdas fabulas eorum qui prolationes quasdam sibiipsis depingunt, vt diuinam naturam in partes vocent, & deum patrem quantum in se est diuidant: cum hæc de incorporea natura vel leuiter suspicari nō solū extremæ impietatis sit, verum etiam vltimę insipientiæ: nec omnino vel ad intelligentiam consequens, vt incorporeę naturę substantialis diuisio possit intelligi. Magis autē sicut volūtas procedit e mente, & neq partem aliquā mentis secat, neq ab ea separatur, aut diuiditur: tali quadam specie putandus est pater filiū genuisse, imaginē scilicet suā: vt sicut ipse est inuisibilis per naturam, ita imaginem quoq inuisibilem genuerit. Verbum eñ est filius, & ideo nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapientia est, & in sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est verum quod illuminat oēm hominem venientem in hūc mundū, sed nihil habet commune ad solis huius lumen.

¶De his ipsis ex. IIII. lib. Peri archon.

¶Tempus est, decursis his quæ de patre & filio & spiritu sancto disseruim⁹, de illis quoq quæ a nobis relicta fuerunt, pauca repetere. B Deus pater & cum inuisibilis sit, & inseparabilis a filio, nō per prolationem ab eo (vt quidam putant) generatus est. Si enim prolatio est fili⁹ patris, prolatio vero dicitur quæ talē significat generationē, qualis animalium vel hominū solet esse ꝓgenies: necessario corpus est & is qui protulit, & is qui prolatus est.

PAMPHILVS.

¶Tum deinde in consequentibus vehemens eius aduersum Valentini heresim talia scri

bentē inuectus,lōge his cōtrariā suā sententiā secundum catholicę fidei protulit veritatem.

Ex.II.lib.secundum Ioannem.

¶Vnigenitus ergo deꝰ Saluator noster solus a patre generatꝰ,natura & nō adoptione filiꝰ est,natꝰ aūt ex ipsa patris mēte, sicut volūtas ex mēte.Nō eīn diuisibilis est diuina natura.i. igeniti patris:vt putemꝰ vel diuisiōe, vel iminutione substātię eiꝰ filiū eē ꝓgenitū.Sed mēs siue cor,siue sensus de deo dicēdꝰ ē,idiscussus ꝑmanēs,germē ꝓferēs volūtatis,factus est verbi pater:qd verbum in sinu patris requiescēs annunciat deū quē nemo vidit vnq̄, & reuelat patrem quem nemo cognouit nisi ipse solus,his quos ad se pater cęlestis attraxerit.

PAMPHILVS.

C

SVfficiat per hæc respondisse secundę criminationi,nūc consequēter respondebimus etiā his qui purū hoīem.i.sine deo , ab eo dici asserunt, Christum.

Qꝫ nō purus homo,sed diuinę naturę sit Christus:de lib.I.Peri archon.

ORIGENES.

EX eo qd dicit apostolus Paulus, Non ab hominibus, neq; per hominem , sed per Iesum Christū:manifeste datˀ intelligi ꝙ nō erat homo Christus Iesus,sed erat diuina natura. Nō eīn si homo esset,dixisset Paulus hoc qd ait:Paulus apostolus nō ab hominibꝰ, neq; ꝑ hominē.Si eīn hō fuit Iesus,& ꝑ ipm assumptus est in apostolatū Paulus:vtiq; ꝑ hominē factus erat apostolus.Si autē ꝑ hominē factus erat apostolꝰ,nūq̄ dixisset,qa neq; ꝑ hominē: sed manifeste separat ab humana natura Iesū Paulus ꝑ hęc verba.Nō eīn sufficit ei dixisse, neq; ꝑ hominē,sed adiecit dicens, Sed ꝑ Iesum Christū.Quem vtiq; quia sciebat excellentioris esse naturæ, propterea se dixit non assūptū eē ꝑ hoiem. ¶PAM. Hæc in initio epistolę dicēs,in sequentibus libris similia adiecit,exponens illud capitulū in quo scriptū est:Notum autē vobis facio fratres euangelium quod prædico vobis , quoniam non est secundum hominem:neq; enim ego ab homine accepi illud,sed ꝑ reuelationē Iesu Christi. Aduerte ergo qd scribit.ORI.Quia cōueniēter quis & hæc adiūgens prioribus ostendere poterit his qui negātˀ deitatem Iesu Christi,sed hominem eum solum pronunciant: ꝙ non est homo,sed deus,filius dei Iesus Christus.Sic enim dicit apostolus, qa euangelium qd euāgelizaui vobis,nō est secūdū hominē, sed secūdū Iesum Christū.Euidēter ergo ostēdit ꝙ Christus Iesus nō est homo:si aūt non est homo,sine dubio deus est,immo nō aliud erit nisi homo,& deus.Et iterū.Si verū est qd dicit Paulus,qa nō ab hoīe accepi illud euāgeliū,sed ꝑ reuelationē Iesu Christi : certum est ꝙ Iesus Christus qui reuelauit non est homo.Alienū est ab homine reuelare quæ ei occulta sunt,& velata sunt: quod etsi aliquando ꝑ hominē fiat,nō tamen ab homine fit, sed ab eo qui in homine loquitur Christus.

PAMPHILVS.

TEmpus est his ita euidenter ostēsis,nos etiā ad insequētis criminationis tendere defensionē,breuitatis studio paucorū testimoniorū probatione contentos:aduersus eos q dicunt eū ꝑ allegorias adimere omnia quæ de Saluatore scripta sunt corporaliter facta. D

ORIGENES.

¶Adiūgendū est etiam illud his q̄ supra diximus,ꝙ corpus Christi non erat alienū a terrena substātia secūdū hoc ꝙ filius est Dauid, & filiꝰ Abrahā,sicut scribit Matthæus: Liber gñationis Iesu Christi filii Dauid,filii Abrahā.Et sicut Paulꝰ dicit,Christū esse ex semine Abrahæ,& ex semine Dauid secundū carnē. Qd ergo dictū est,qa cōsummatis q̄draginta diebus ieiunii,&.xl.noctibus postea esuriit: sine dubio hoc idicat,ꝙ euacuari,& repleri similiter vt nostra corpora solēt,etiā illiꝰ poterat corpus.Si vero qs obiiciat nobis huiꝰ miracli rōnē de.xl.dierū ieiunio:facile solui pōt cū adhibeē etiā illud exēplū de Moyse, & Helia,q siliter ꝓtulisse ieiuniū referunē.Sed & illud,ꝙ itineris labore,& æstu fatigatus sedens sup puteū requiescit,& sitit: quid aliud indicat nisi neruorū fatigationem,& solis ardore nimio elemētū corporei humoris assumptū? Qꝫ vero ī melioribꝰ occupatus hoc qd bibere voluerat distulit nec bibit,non ꝓpterea dicēdū est qa nec passus est sitim. Sed & illud ꝙ frequēter ꝑ cœnas vocatˀ,& in cōspectu oīm māducat,& bibit,nō decipiēs, vel fallens oculos vidētiū facit,neq; putatiue(vt quidam arbitrantˀ)hęc gerit,maxime cū ita sumeret cibū ac potū,vt a qbusdā etiā quasi ꝓ sumptione nimia culparetˀ,velut cibū ac potū auidius ac ꝓpensius appetēs.Si aūt qs violentius velit affirmare,ideo hęc ita esse qa ꝑ phantasiam māducabat,& illi quō id fieret nesciebant: respōdēdū est ad ea ex his q̄ ipse dñs dixit. Venit Ioānes baptista,neq; māducās, neq; bibēs,

& dicũt,dæmoniũ habet. Venit filiꝰ hoĩs mãducãs,& bibẽs.& dicũt:Ecce hõ deuorator & vinũ bibẽs.Ipso.n.Saluatore dicẽte, qa venit filiꝰ hoĩs mãducãs & bibẽs:quõ ausus est aliquis dicere neq; mãducasse eum neq; bibisse? Quę vtiq; manifesta ĩcredulitas est doctrinæ eiꝰ.Si aũt mãducabat,& bibebat,& substãtia vini atq; escæ ĩ carnẽ eius efficiebat:sine dubio p oẽs corporis eiꝰ cõpages mẽbrorũ diffundebat. Spiritalẽ eñ naturã (sicut qdã de eiꝰ corpore sentiũt,qđ imperite satis & absurde faciũt) impossibile est vini atq; escæ recipere substãtiã. Si vero quis indignãs ob cœnas ad hęc proferat inquisitiones,requirẽs si etiã digestiones in corpore fiebãt: nihil absurdũ videt fateri secũdũ cõsequẽtiã naturæ corporeæ. Si vero etiã exẽplis a nobis hoc exigant affirmari: ostẽdẽdũ est illos satis hęc ĩsipiẽter inquirere. Vbi eñ ista de apostolis,vel cæteris sanctis facta referũtur,vel etiã de ipsis,& peccatoribꝰ? Sed & circũcisionis eiꝰ ratio nobis qdẽ nõ generabit maiorẽ angustiã, dicẽtibꝰ eũ cõsequẽter humano corpore & circũcisum eẽ,& pputiũ eiꝰ terræ mãdatũ fortassis vsq; ad tẽpus:aut si aliter est, ĩ alia disputatione requiret. Hęc tñ eius circũcisio satis coangustabit eos q ex diuerso sunt. Spiritale eñ corpus quomodo poterat circũcidi ferro terreno? Propter qđ non erubuerũt quidam ex ipsis de pręputio circũcisionis eius etiã libros edere,qbus ostẽdere conatent q; iu substãtiã cessetit spiritalem. Nõ minus autẽ angustiabunt etiã illi q animale corpus dicunt esse corpus Christi. Sed & de sanguine eius & aqua quę processit de latere eius hasta cõpũcto a milite,eadẽ sentienda sunt. Sed his q sciũt quid audiat per hoc qđ dicit,qa fixuræ clauorũ erãt in eius corpore:manifeste declaratur,qa caro erat terrena,id est humanę naturę,quę vtiq; nõ erat talis, vt recipiendorũ vulnerum subterfugeret qualitatẽ: quasi nõ etiã multa humanæ infirmitatis in ipsa morte sensisset: aĩa perturbat,& tristis est pro ea vsq; ad mortẽ.Quæ oĩa euidẽter ostendũt q; nõ falso,sed quasi homo dixerit: Spiritus qdẽ prõptus est:caro aũt infirma. Eadẽ nihilo minus ostẽdit etiam somni ratio cum dicit: Qui erat in puppi super ceruical dormiẽs, sicut Marcus refert, & ab homine suscitatur e somno. Hęc eñ licet habeãt spiritalẽ intellectũ:tamẽ manente prius historiæ veritate, etiã spiritalis recipiẽdus est sensus. Licet eñ cæcos semper curet secũdũ spiritalem intelligẽtiã,quũ ignorãtia excęcatas illuminat mẽtes: tñ & corporaliter tũc cæcos sanauit. & mortuos semp suscitat:fecit tñ & tũc huiuscemodi mirabilia,sicut filiã principis synagogę,& filiũ viduę,& Lazarũ suscitãdo. Et q̃uis semp cũ excitat a discipulis cõpescat ecclesię turbines,vel pcellas:tñ certũ est etiã tũc gesta esse ea q per historiã referunt. Sic ergo sanũ est sensum scripturę recipe,nec oportet ĩclinare aurẽ his q dicũt p Mariã,& nõ ex Maria eũ natũ: qđ apostolus pręsciẽs ita pdixit: Cum autem venit plenitudo temporũ: misit deus filiũ suũ factum ex muliere, factum sub lege,vt eos q sub lege erãt redimeret. Vides q; nõ dixit factum per mulierem, sed factum ex muliere. PAMPHILVS.

A ¶Quid tã euidẽter aut ĩtegre q̃ ex his osbꝰ q̃ scripsit, confirmat ab eo & dñicorũ gestorũ veritas,& historię scripturarũ fides? Sed psequmur cõsequẽter ẽt reliq̃,ĩ qbꝰ accusat quasi duos Christos dixerit,vnũ dei verbum, & aliũ Iesum Christũ qui ex Maria natus est.

Q; vnus sit Christus filius dei.ex primo libro sup Esaiam. ORIGENES.

Sicut dicit apostolus, Quoniam ęmulatores estis spiritũ:sic cũ vnus sit spũs sanctus,tñ p singulos dicitur spũs sancti,quanti sunt hi q habẽt in se spiritũ sanctum: ita & de Christo dicẽdũ est. Ab vno.n.Christo multi fiũt Christi,de qbꝰ scriptura dicit: Nolite tãgere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Sic & ab vno Deo multi dii dicunt,oẽs scilicet hi in qbus habitat deꝰ:sed nobis vnus est deus pater ex quo oĩa. Vnus est ergo verus deus q(vt ita dixerim) pstator est deitatis,& vnus Christus factor Christorũ,& vnus spũs sanctus q per singulas aĩas sanctorũ facit spũm sanctum. Christus vero sicut per hoc q; Christus est facit Christos: ita & p hoc q; filius dei & filiꝰ prius & vnigenitus,omẽs eos qui percipiunt ab eo spiritum adoptiouis,filios dei facit.

PAMPHILVS.

¶Vnum hoc testimoniũ est q; Christus verꝰ vnus sit,qui participatione sui multos faciat Christos. Adhibeamꝰ tamen & aliud ex primo libro de euangelio secũdũ Matthęum,in quo hoc modo dicit. ORIGENES.

B ¶Si Christus Iesus cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, & in similitudinẽ hominũ factus, habitu repertus vt homo est,humilians seipsum,factꝰ obœdiẽs vsq; ad mortẽ,mortẽ autem crucis: dubiũ nõ est qa natiuitas eius non est talis,

vt quasi q ante nõ fuerit, eẽ cœperit, sicut de
natiuitate hoim putat̃: sed qui prius erat, &
erat in forma dei, venit vt etiã formam serui
susciperet. Deniq; qđ natũ est ex carne, caro
est, inquit: id est qđ natũ est ex ea q̃ dixit: Ec-
ce ancilla domini, fiat mihi secundum verbũ
tuũ: hæc est forma serui, quæ vtiq; caro est.

PAMPHILVS.

¶Et ĩ tertio libro epistolę ad Colossenses de
eisdem ita scribit. ORIGENES.

¶Data est aũt lex Moysi per angelos ĩ manu
mediatoris Christi, & virtute: qui cũ esset in
principio verbũ, & apud deum esset, & deus
esset verbũ, patri in oĩb⁹ ministrauit. Omnia
eñ per ipsum facta sunt. i. nõ solũ creaturæ,
sed & lex & pphetæ: & ipsemet est mediator
dei & hoim. Qđ verbũ qdẽ in fine seculorũ
homo factus est Iesus Christus: sed ante hũc
manifestũ in carne aduẽtũ mediator quidem
erat hominum, sed nõdum erat homo. Erat
tamen & tũc mediator dei & hoim: vnde &
data lex p angelos, in ipsius mediatoris mani
bus data esse dicit̃, vt esset lex sancta, & man
datũ sanctũ, & iustũ, & bonũ, & oĩa hęc sancti
ficarent̃ a Christo. PAMPHILVS.

C ¶Sufficere etiã opinor de his trib⁹ testimo-
niis cõfutatã esse calũniã. Si quis sane offen-
ditur q dixit saluatorẽ etiã aĩam suscepisse:
nihil de hoc ampli⁹ respõdendũ puto, nisi q
huius snĩæ non Origenes auctor est, sed ipsa
sacra scriptura testat̃, ipso dño & saluatore
dicẽte: Nemo tollit animam meam a me. Et,
Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. &, Nũc
anima mea turbata est. & multa his similia ĩ
sanctis scriptutis inuenies. Superest responde
re ad illam accusationẽ quæ calumniatur eũ
oẽm scripturã in allegoriã vertere, ex ipsis li
bris quos vel maxime obtrectatores eius in-
cusant. i. de quarto Peri archon libro profe-
ramus: q non negat ea quæ in scripturis re-
feruntur, etiam secundum literam gesta.

ORIGENES.

NE quis autem suspicet̃ nos
hoc dicere, q nullam histo
riã scripturę factã eẽ sentia-
mus, qm̃ ex his aliquã nõ es
se factã suspicamur: vel nul-
la præcepta legis secundum
literã stare, qm̃ q̃dã secundũ literã dicim⁹ ob
seruari nõ posse: in q̃bus vel ratio, vel rei im
possibilitas non admittit: vel ea quæ de Sal-
uatore scripta sunt nõ putare etiã sensibili-
ter impleta, vel præcepta eius secundũ literã
nõ debere seruari. Respondendũ ergo est qm̃
a nobis euidẽter decernitur in q̃plurimis ser
uari oportere historiæ veritatẽ. Quis eñ ne-
gare possit q Abraham in duplici speluca se
pultus est in Ebron? sed & Isaac, & Iacob, &
singulę eorũ vxores? Vel quis dubitet q Sy-
chima ĩ portionẽ data est Ioseph? Vel q Hie
rusalem metropolis est Iudęę, in qua cõstru-
ctum est tẽplum deo a Salomone? & alia in-
numerabilia. Multo eñ plura sunt quę secũ-
dũ historiã vera sunt, q̃ ea quę nudũ sensum
continẽt spiritalem. Tum deinde quis non af
firmet mãdatũ hoc qđ p̃cepit, Honora patrẽ
tuũ, & matrẽ tuã vt bene sit tibi: sine vlla spi
ritali interpretatione sufficere, & esse obser-
uãtibus necessariũ? maxime cũ & Paulus eis-
dẽ verbis repetẽs confirmauerit ipsum man
datũ. Quid vero oportet dicere de eo qđ di-
ctũ est: Nõ adulterabis, nõ occides, nõ furtũ
facies, non falsum testimoniũ dices, & cætera
huiusmodi? Iã vero de his quæ in euangelio
mandata sunt, ne dubitari quidẽ potest quin
secundũ literam obseruẽtur, sicut cum dicit:
Ego autem dico vobis nõ iurate omnino. &
cum ait. Qui autem inspexerit mulierem ad
concupiscendũ eã, iam mœchatus est eam in
corde suo. & apud Paulũ apostolũ quæ præ-
cipiunt̃. Cõmonete (inquit) eos, consolamini
pusillanimes, sustinere infirmos, patiẽtes esto
te ad oĩes. & alia q̃plurima. Sed & de singu
lis sanctorum qui in scriptuta sancta conscri
pti sunt, quosq; iustos, & electos dei esse scri-
ptura testatur: debet esse quædã fides ab his
qui saluari cupiunt. Non eñ potest esse per-
fecta in deum fides, nisi quis habeat & hanc
fidem, qua de sanctis q sancti sunt creditur.
Quod autem dicimus tale est. Qui credide-
rit in deũ, & dogmata eius vera esse suscepe-
rit: credit & hoc, q Adam quidẽ primus ho
mo format⁹ est: credit & de Eua, q vnã e co
stis Adam sumens deus ædificauerit eam vt
esset eius mulier: credit & q Enoch, qui ĩ an
nis. ccc. placuerit Deo, posteaq̃ Mathusalem
genuit translatus est: & de Noe q responsa
accepit vt fabricaret arcam, & solus saluat⁹
est ex diluuio, cum his tantummodo qui cũ
eo fuerant arcã ingressi: similiter & Abrahã
q meruerit testimonium dei, & q susceperit
hospitio cũ eẽt sub ilice Mambre, tres viros
ex quibus vnus erat dñs: credit & de Isaac
vel quomodo natus est, vel quomodo oblat⁹
est a patre, vel quomodo responsa dei audire
meruerit. Sed & de Iacob, q mutato nomine
Israel a deo cognominat⁹ est, & de Moyse q
per signa & virtutes ministrauerit deo. Cre-
dit & q Iesus Naue exaudit⁹ a deo stare fece
rit solẽ super Gabaon, & lunam super vallem

Aialon. Quid autem dicendũ est de fidelibus iudicibus,& de his quæ per eos gesta referũtur! & in Regnorũ libris de Samuele, q mensium tẽpore pluuias a deo popoſcerit,& acceperit! & de Dauid quẽ aſſumpſit dominus ab ouibus, vt regeret Iacob puerum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam! & de Nathan q prophetauerit: necnõ & Gad! ſed & de Salomone q apparuerit ei in viſu dominus! & de Helia q aſſumptus eſt per aſcẽſionem in cęlũ effectis illis omnibus quę ſcripta ſunt ſignis, & prodigiis! ſed & de Heliſeo, q non ſolum reſuſcitauit filiũ Sunamitis, ſed & mortuũ ſuper oſſa ſua proiectum! Oportet ergo vnũquẽq fideliũ credere & omnibus quę ſcripta ſunt de Ezechia, q in diebus eius retrorſum repedauerit vmbra ſolis. Eſt ergo fides noſtra primo quidẽ omniũ i dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum: cõſequẽter vero etiam in oẽs ſanctos patriarchas, vel pphetas, vel apoſtolos Chriſti, eo ordine quo ſuperius diximus.

PAMPHILVS.

A ¶Sufficienter iſta ad probationem catholicę fidei eius, & qualiter etiã de ipſa ſcripturarũ hiſtoria ſenſerit, dicta ſint. Et qm̃ inter cęteras criminationes quas ei inferũt, eſt etiam quã maximã ponunt, q reſurrectionẽ ſcilicet mortuorũ deneget, quę vtiq futura manifeſte in eccleſiis prædicaẽ: cõſequẽs etiã eſt has ex ipſius nos verbis calumnias retundere, & mendaces euidẽter arguere eos q etiã ſcripta de hoc edere aduerſus eum nõ pepercerunt. Tam ex ipſis ergo libris quos de reſurrectione ſcripſit, q̃ ex cæteris eius diuerſis voluminibus approbabimus etiã in hac parte q̃ catholicę ſenſerit.

Origenes quomodo ſentiebat de Reſurrectione. ex. I. lib. de Reſur.

QVomodo enim nõ videtur abſurdũ, vt hoc corpus, qd pro Chriſto pertulit cicatrices, & pariter cũ anima perſecutionũ tolerauit ſęua tormẽta, carcerũ quoq ac vinculorum & verberũ ſupplicia pertulit, igne etiã cruciatũ, ferro cęſum eſt, inſup & beſtiarũ cruẽtos morſus, crucis patibula, ac diuerſa pœnarũ genera perpeſſum eſt: tãtorũ certaminũ prẽmiis defraudeẽ! Quippe ſi ſola anima quæ nõ ſola certauerat coronetur, & corporis ſui vaſculũ qd ei cũ magno labore ſeruiuit, nulla agonis & victorię pmia cõſequatur: quõ nõ cõtra oẽm rationẽ eſſe videaẽ! vt naturalib⁹ vitiis, atq ingenitę libidini pp̃ter Chriſtũ caro reſiſtẽs, & virginitatẽ obtinens cum ingẽti labore, qui cõtinẽtię labor vtiq aut maior corporis q̃ aĩę eſt, aut certe vtriuſ q æqualis eſt: p̃miorũ tẽpore altera velut indigna reiiciatur, altera veniat ad coronam!

PAMPHILVS.

¶His aſſertionibus incipiens vti de reſurrectione mortuorũ, per totã voluminis ſui ſeriem euidẽtiſſimis approbationibus vſus eſt. In ſecũdo vero libro eiuſdem materię, cum prędixiſſet quaſi ad gentiles loqueretur, huiuſcemodi ſuam ſententiam declarauit.

ORIGENES.

¶Nos vero poſt corruptionẽ mũdi eoſdem ipſos futuros eſſe hoĩes dicimus: licet nõ eodẽ ſtatu, neq in iiſdẽ paſſionibus. Nõ eñ iterum ex conuẽrtione viri & mulieris erũt: ſed verbi gratia, ea ratio quę cõtinet Pauli ſubſtãtiã, Pauli autẽ nũc dico corporalis q̃ ſalua permanet, & cũ voluerit deus ſecũdũ ea q̃ dicta ſunt, p ſacramẽtũ tubarũ in nouiſſima tuba facere vt mortui reſurgãt: p illã ipſam ſubſtãtię rationẽ quę ſalua pmanet, vt de terræ puluere reſuſciteẽ a mortuis ex oĩbus locis in qbus ratio illa ſubſtãtiæ corporalis i ipſis corporibus pmanebat, q̃ in terrã plapſa dei voluntate iterũ reſuſcitaneẽ. Et hoc arbitror aſſerere volẽtẽ dixiſſe apoſtolũ in prima ep̃la ad Corithios: poſt aſſertionẽ eñ reſurrectionis mortuorũ cũ pp̃oſuiſſet ſibi ea q̃ poſſent ab aliis obiici de reſurrectione mortuorum, ſic ait. Sed dicit aliquis. Quomodo reſurgũt mortui! Quo autẽ corpore veniẽt! Stulte, tu qd ſeminas nõ viuificaẽ niſi prius moriaẽ, & quid ſeminas! nõ qd futurũ eſt corpus ſeminas, ſed nudum granũ, vtputa tritici, aut alicuius cęterorũ: deus autẽ dat illi corpus put vult. Cũ eñ manifeſtiſſime oſtẽdiſſet q mortui reſurgũt, & certũ eſſet q Saluator noſter cũ ipſo corpore reſurrexiſſet qd ſuſceperat ex Maria: nõ autẽ ſatis clarũ eſſet quõ reſurrecturi eẽnt, cęteri, vel quale corpus habituri: cõparat reſurrectionẽ ſeminib⁹ q̃ ſeminanẽ i terra, vtputa grano frumẽti, qd cũ ceciderit in terrã corrũpiẽ: ſed ratiõis illi⁹ vite⁹ eſt iſta i interiorib⁹ ei⁹ medullis: ipſa ratiõis virtus aſſumpta adiacẽtẽ ſibi terrã, vel aquę humorẽ, ſeu aeris circũſtãtẽ tẽperiẽ, caloris quoq ſufficiẽtẽ recipiẽs fomitẽ, p diuinã potẽtiã cooperãtẽ, culmi vel ſpicę cõſurgũt: & hoc ẽ qd dicit: Tu qd ſeminas nõ viuificaẽ niſi prius moriaẽ: & qd ſeminas! nõ corpus qd futurũ eſt ſeminas. Ergo hoc qd cadit i ſemẽ corpus noſtrũ, cõparatum eſt grano frumenti.

PAMPHILVS.

¶Et aſſertis his p huiuſmõi cõſequẽtiã poſt

pauca addidit etiam hæc. ORIGENES.
¶Q; autē oīs illa repromissio resurrectionis mortuorum de hoc corpore fit quod moratuū relinquitur,sanctę scripturę multis modis hoc ostēdūt:sed & ipsa hoc dñi nostri Iesu Christi resurrectio declarat,qui primogenitus ex mortuis dicitur. PAMPHILVS.

B ¶Post hęc quibusdā per mediū latius disputatis adiecit etiam ista. ORIGENES.

¶Sicut eñ plus habet omis rationabilis aia his quæ vel crescēdi,vel nutriēdi,vel motus solius officium exhibere dicunt: sic ea ratio quæ in humano corpore est, multo amplius habet,q̄ q̄ in reliquis est corporib⁹, ex eo ꝙ etiā si corruptū fuerit genus humanū,subsistere rursum potest dei virtute cōseruatū,& custoditū vsq; ad resurrectionis suę tēp⁹.Q; aūt vbicūq; fuerit restituat.i.ab oī loco ī quo cūq; fuerit:ita ait Ioānes in reuelatione sua, Et reddidit mare mortuos quos habebat in se,& mors & infernus reddiderunt mortuos suos q erāt ī eis.Forte eñ vt ego puto mare hic pro humido omī appellatū est elemento, infernus aūt pro aere,mors vero ꝑ terra, q̄si quādā cognationē his ītet se inuicē habentibus.Corpus.n.puluerē mortis vocat scriptura,vel terrā,vel corpus mortis. Sane qualis fuerit vniuscuiusq; præparatio ī hac vita,talis erit & resurrectio ei⁹.Qui beat⁹ hic vixerit,corpus ei⁹ in resurrectione diuiniore splēdore fulgebit,& apta ei mansio beatorū tribuet locorꝫ.Huic vero q ī malitia cōsumpserit tēpus sibi vitę p̄sentis indultū, tale dabit corpus qd sufficere & perdurare possit ī pœnis.Et arbitror ꝙ hāc differētiā volēs ostēdere Paulus apostolus dicit:Alia caro aīalium, alia volucrū,alia piscīū,& cętera quę enumerauit apostolus.Sed sicut non est putandū,ꝙ aīalium corpus accepturus sit peccator, aut volucrū,aut piscium:sic neq; solis,aut lunę, aut stellarū formā sperādum est accipere eos qui resurgēt in gloria: sed exēpli causa dicta esse hęc ab apostolo sentiēdū est, vt designet per hęc,ꝙ alii p meritis suis honorabiliores & clariores erunt beatiora quoq; habitacula sortituri: aliorū vero indignissimus & abiectissimus pro gestorū scelere erit stat⁹, q etiā mutis animalib⁹ dignus sit comparari.

PAMPHILVS.

C ¶Pauca hęc ad testimoniū traximus ex multis & innumeris q̄ p hmōi sensum in ipsis libris quos de Resurrectione scribit exposuit. Nō aūt videt absurdū ad maiorē satisfactionē etiā de reliquis eius libris cōsonas his vel paucas adhibere sententias. In.XXVIII.igit libro de Esaia ꝓpheta,de illo capitulo scribēs in quo dicit,Resuscitabunt mortui, & resurgēt hi qui ī sepulcris sunt: ita aie

ORIGENES.

¶Melius ergo est dicere ꝙ oēs quidē resurgemus,vt & impii veniāt in illū locū vbi fletus est & stridor dētiū,& iusti vbi recipiāt vnusquisq; in suo ordine secundū meritū bonorū gestorꝫ suorū,cū trāsformabitur corpus humilitatis eorū,vt sit conforme corporis glorię Christi:quod seminatū quidē est in corruptione,surget vero in incorruptione: qd seminatū est in ignominia, surget in gloria: quod seminatum est in infirmitate,surget in virtute,resurrectiōis scilicet tempore: & qd seminatū est corpus animale, surgēt corpus spūtale.Licet ergo omnes resurgāt, & vnusquisq; in suo ordine resurgat:considerādum est tamen propter illū sermonē Ioānis quem in reuelatione sua dicit:Beat⁹ qui habet partē in resurrectiōe prima,in hoc secūda mors non habet potestatem:ne forte diuidi omnis resurrectionis ratio in duas partes possit.i. in eos qui saluandi sunt iustos, & in eos qui cruciandi sunt peccatores:vt sit vna quidem bonorū,quæ dicitur prima:illa vero quæ est miserorum,secūda dicatur: & illam quidē in omnibus esse puram,hilarē,totius plenā lætitię:illam vero alterā totam tristē,totā mœroris plenā,& actib⁹ ac vitæ eorum dignam qui in præsenti vita dei mādata cōtēpserūt, & iudicii ei⁹ timore neglecto semetipsos tradiderūt in operationē totius immunditiæ,& auaritiæ,nec se preparare conati sunt vt resistere aduersario possent aduersus contrarias atq; inimicas humano generi potestates. Sepulcra aūt mortuorꝫ in hoc loco sīliter & in multis aliis secundū certiorem scripturę sensum accipienda sunt,non solū ea quæ ad depositionē humanorū corporū videntur esse constructa,vel in saxis excisa,aut in terra defossa:sed omnis locus in quocūq; vel integrū humanum corpus,vel ex parte aliqua iacet, etiā si accidat vt vnū corpus per loca multa dispersum sit,absurdū non erit omnia ea loca in qbus pars aliqua corporis iacet, sepulcra corporis eius dici.Si eñ non ita accipiamus resurgere de sepulcris suis mortuos diuina virtute:q nequaq̄ sūt sepulturę mandati,neq; in sepulcris depositi, sed siue naufragiis,siue ī desertis aliqb⁹ defuncti sunt locis, ita vt sepulturę mādari nō potuerint,nō videbunt annumerari īter eos q de sepulcris resuscitādi dicunt.Qd vtrīq; valde absurdū ē.

PAMPHILVS.

A ¶Nihilominus in eo ipso libro interiectis q̄busdam dicit. ORIGENES.

¶Cū ergo Paulus scribit, ꝙ sicut stella a stella differt ĩ gloria, ita erit & resurrectio mortuoꝝ: & qđ dicit, Seminaẗ in corruptione, surget ĩ incorruptione,& cętera huiusmodi: manifeste hęc de solo corpore scribit.Nō eñ anima seminata est in corruptione, aut ĩ infirmitate, aut in ignominia.Deniq̄ euidēter adiungit his oĩbus,& dicit:Seminaẗ corpus animale: vt ne qs putaret animā esse quæ seminatur in corruptione, vel in ignominia, vel in infirmitate. PAMPHILVS.

¶Hęc qdē ex his libris quos in Esaiam scribit: Non p̄teribimus vero neq̄ illū locū quē de primo psalmo disseruit,in quo etiā de resurrectione ita scribit. ORIGENES.

¶Sicut eñ in nobis eadē species permanet ab infantia vsq̄ ad senectutem,licet characteres multā videanẗ immutationē recipere: ita intelligendū est hanc speciē quæ nūc inest nobis,ipsam permāsurā etiā in futuro: plurima tamē immutatiōe melius & gloriosius facta. Necesse est eñ animā in locis corporeis habitantē vti corporibus talibus quę apta sunt his locis in qbus degit.Et sicut,verbi causa, si in aquis maris nos habitare, vel degere posceret, sine dubio p̄ habitaculi qualitate necessariū videretur habere talem corporis statum,& compositionē,qualem habent illa animalia quæ in aquis viuūt: ita nūc cū cælorū habitaculum promittatur, secūdū locorum gloriam consequens est aptandas esse etiam corporum qualitates. Nec ideo tamen prior hęc species exterminabiẗ: licet gloriosior ei⁹ effecta sit p̄mutatio. Sicut eñ ipsius domini Iesu,vel Moysi,vel Helię species nō erat alia in transformatione q̄ fuerat ante trāsformationē,ita non erit alia sanctorū species etiam si multo gloriosior fiat. PAMPHILVS.

¶Sed & in.XV.Psalmū exponens illū versiculū : Insup & caro mea requiescet in spe:de carne domini ait hæc. ORIGENES.

B ¶Dominus Iesus Christus hæc dicit, cuius primo caro requieuit in spe. Crucifixus eñ primogenitus ex mortuis factus: & post resurrectionem assumptus in cęlum,secū terrenū corpus euexit,ita vt terrerētur & obstupescerent virtutes cælestes videntes carnem ascēdisse in cęlum.De Helia enim scriptū est, ꝙ quasi in cęlū assumptus est : & de Enoch, ꝙ translatus est: non tamen dictū est ꝙ ascēdit in cælum. Offendatur qui vult ex nostro sermone: ego autem cum omni fiducia asseuero, q̄a sicut primogenitus ex mortuis est Christus:ita primus carnem euexit ad cælū. Deniq̄ nouitate ipsa perterrerētur cęlestes virtutes,q̄a qđ nūq̄ viderant ante:nūc quando videbant carnem ascendisse in cælum:& propterea dicunt.Quis est iste q venit de Edom id est a terrigenis?Rubor vestimentorū eius ex Bosor. Videbāt enim vestigia vulnerū in corpore ei⁹, ex Bosor,id est ĩ carne suscepta. PAMPHILVS.

¶Et post pauca. ORIGENES.

¶Hæc propter illud qđ dictum est, q̄m caro mea requiescet in spe.In qua spe? Nō solū q̄a ex mortuis resurgit: parū eñ hoc est: sed in ea spe requiescit,ꝙ assumpta est in cęlum. PAMPHILVS.

¶Quid hoc euidētius & clarius ab aliquo dici potest de resurrectione carnis,quā assignauit,nō solū resurrecturā a mortuis,verūetiā in cęlos,siqua tamen se meruerit,assumēdā, secuturā scilicet eū q p̄imogenitus ex mortuis factus,primus in cęlū naturā carnis inuexit? Quid tñ in.XVIII.psalmū exponens illū versum: In sole posuit tabernaculū suū, senserit,audiamus. ORIGENES.

¶Quid est qđ dixit:In sole posuit tabernaculum suū?Quidam quidē dicebāt ꝙ Saluator noster ascēdēs e terris ad cęlū, & corpus suū assumēs,peruenit vsq̄ ad eū circulū qui solis zona nominatur, & ibi (aiūt) posuit tabernaculū corporis sui : nō eñ vltra erat possibile id progredi. Sed hæc illi ita sentiūt p̄ eo ꝙ allegoriā nolūt in scriptura diuina recipere:& ideo purę historię deseruientes,huiusmodi fabulas & figmēta cōponūt. Nos vero deprecamur omnipotētiā dei, vt nos digneẗ audire,& secreta nobis spiritalis intelligētiæ dignetur aperire.Qđ ergo a nobis in hoc loco sentitur,hoc est:In sole posuit tabernaculum suū. Quæro qd sit tabernaculū Christi, & quæ sit habitatio in qua tabernaculum Christi collocatur? Habitatio tabernaculi Christi sol esse dicitur: Tabernaculum vero Christi ecclesiā intelligo. Solem aūtē quem aliū sentire debeo, nisi illud lumē verum qđ illuminat omnem hominē venientē in hunc mūdū? Ipsum video solem,de quo dictū est: Quia timētibus nomē meū orietur sol iustitię,& sanitas in alis eius. In sole ergo posuit tabernaculū suū.i.in sole iustitiæ ecclesiā suā collocauit. In illo enim sole iustitiæ ecclesia collocata est q diē æternū facit, sicut dictum est:Erit tibi domin⁹ lux æterna, & deus gloria tua. PAMPHILVS.

¶Erubescāt etiā illi qui & hoc de ipso nō dubitauerūt cōcinnare figmētū, ꝙ dixerit cor-

pus vel carnē Christi vsq ad solē vectam, & ibi esse derelictā. Hoc.n. ille ab aliis dictū, non recte dictū esse confutat. Sed ostenderent se ne hęc qdē intelligere posse obtrectatores ei⁹ quæ ille ab aliis nō recte dicta coarguit, & q̄ sunt quę ipe confirmat. Tum deinde etiā illi impudētiā suā retundant, qui dicūt eū, corpus quidē resurgēte cōfiteri, carnē vero negate. Desinant aliquando a maledictis, videntes eum carnē verbi dei cum ipso verbo deo in cælū quo verbum dei ascendit, imponere.

C ¶His coniungit de suppliciis peccatorū, quæ nos quoq consequēter ad ea quę supra dicta sunt coniūgemus, quoniam in ordine criminationum iste fuerat ordo digestus.

ORIGENES. De pœnis peccatorū.

EGo arbitror q sicut ī corpore escæ abundantia, & qualitas vel quātitas cibi contraria, febres generāt, & febres diuersi vel modi, vel tēporis secundū eā mensurā qua intēperies collecta materiā suggerit ac fomitē febriū: q̄ materiæ qualitas ex diuersa ītēperie cōgregata, causa vel acerbioris morbi, vel prolixioris existit: ita aīa cū multitudinē malorū operū & abūdātiā in se cōgregauerit peccatorū, cōpetēti tēpore oīs illa malorū cōgregatio concitat ad suppliciū, atq inflammat ad pœnas: cum mens ipsa vel conscientia per diuinam virtutē omnia in memoriam recipiens, quorū in se signa quædam ac formas cū peccaret expresserat, & singulorū gestorū suorū q̄ vel fœde ac turpiter gesserat, vel etiā impie cōmiserat, historiā quandā scelerū suorū ante oculos suos videbit expositā. Tunc & ipsa consciētia propriis stimulis agitatur atq cōpungitur, & sui ipsius efficitur accusatrix, & testis. Quod ita sensisse etiam apostolū Paulum puto cum dicit. Inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiā defendētibus in die cū iudicabit de⁹ occulta hominū secūdum euangelium meū per Iesum Christum.

PAMPHILVS.

D ¶Sed & in sequētib⁹ rursum de peccatorum pœnis hoc modo scribit. ORIGENES.

¶Multa sunt eñ quæ nos latent, quę illi soli cognita sunt qui est medicus animarum nostrarum. Si eñ ad corporis sanitatē pro his vitiis quæ per escam potūq collegimus, necessariam habemus interdum austerioris ac mordacioris medicamēti curā: nōnunq̄ vero, si id vitii qualitas depoposcerit, rigore ferri & sectiōis asperitate īdigem⁹: q si & hæc supgressus fuerit modus morbi, ad vltimū cōceptū vitiū ignis exurit: quāto magis intelligēdū est medicū nostrū deū volētem diluere vitia aīarū nostrarū, q̄ ex peccatorū & sceletum diuersitate collegerāt, vti huiusmodi pœnalibus curis: insuper etiā ignis inferre supplicium his qui sanitatem animæ perdiderunt?

PAMPHILVS.

¶Et post pauca addidit ēt hoc. ORIGENES.

¶Quomodo autē pernecessaria pœna est ea quam per ignē refert deus: Esaias docens de Israel quidē dicit. Abluet dñs sordes filiorū ac filiarū Sion, & sanguinē expurgabit e medio ipsorū spū iudicii, & spū adustionis. De Chaldęis aūt sic dicit. Habes carbones ignis: sedebis sup eos: hi erūt tibi adiutorio. Et in aliis dicit: Sāctificabit eos dñs ī igne ardēti. Et in Malachia pphета ita dicit. Sedens dñs cōflabit sicut aurū & sicut argētū populū suum, conflabit & purgabit eos, & fundet purgatos filios Iuda. PAMPHILVS.

¶Hęc quidē ex libris Peri archon: innumerabilia vero dispersa sunt p oēs libros ei⁹, assertionis hui⁹ testimonia, q̄ nos studio breuitatis omittimus, cōmemorātes de his solūmō, q̄ in sexto Psalmo de hoc ipso pœnarum genere disputauit. ORIGENES.

¶Possibile est cōsiderare ex his maxime dolo E ribus quos i hoc corpore positi sentimus, q q̄uis magni sint, breuis certe sunt tēporis, pro eo q si paulo vehemētiores extiterint, continuo etiā vitę celerē inferūt finē. Deniq multi si res poposcerit pro pietatis cōfessione in ipsis tormētis aīam reddūt: alii vero ī ipso iā coronę aditu positi denegāt fidē, quā vsq ad mortē pposuerāt cōfiteri. Et hoc nō vtiq diminutione propositi patiunt, sed vi doloris nimia & insuperabili superati. Si ergo in hac psenti vita tam intolerabiles sunt pœnarū dolores, cū iā crassiori aīa vtit indumēto: quid putādū est cum id spiritale effectū ex resurrectione recipiet, & eo vehemētius vtiq quo subtili⁹ sentiet vim doloris? Puto eñ q quāta differētia est in psenti seculo nudū verberari q̄ vestitū, ad psentiendū.s. cruciatū, eo q vehementius nudū corpus crucient verbera q̄ vestitū: tantā puto futurā differentiā doloris cū corpus humanū crassitudinis huius indumento deposito, velut nudū corpus cœperit sentire tormenta.

PAMPHILVS.

SVfficere arbitror etiam ad F huius criminatiōis calūniā propulsandam, pauca hæc de ei⁹ libris testimonia protulisse, quæ innumera spar

sim per libros eius manifestum est contineri. Nunc autem ad ea etiam per nos ipsos respõdebimus, quæ ei de anima obiiciunt.i.ꝙ ante corpus eam factam dicat existere. Sciens nãq; etiam istud dogma de anima non aperte neq; manifeste haberi in ecclesiastica prædicatione, sicubi occasionem aliquam, vel suspitionẽ potius disputãdi ei scripturæ sermo suggessit, discutiens & pertractãs ea quę sensui eius occurrerunt, discernẽda hæc legentibus exposuit & probanda, nõ manifesto dogmate, vel abruptę sententię auctoritate definiẽs, frequenter & illud addẽs, Si tamẽ habere videt aut probatur aliquid consequentiæ sermo is quem de anima tractauimus. Deniq; in tam multis, & tam diuersis eius libris nusq̃ omnino inuenitur vnus ab eo liber proprie de anima conscriptus, sicut habet vel de martyrio, vel de oratione, vel de resurrectione. Nusq̃ prorsus librum proprie de anima scriptum edidit, sed in diuersis locis (sicut superius diximus) incurrẽtes sibi opiniones ex scripturę occasione disserebat, qd̃ potius maximi signi reuerentię eius ac timoris in diuinis dogmatibus esse deberet, ꝙ tanti sensus vir, & tantæ prudẽtiæ, cum vtriq; magister esset ecclesiæ, & tanta ab eo dicta scriberentur, non ausus sit id sibi auctoritatis assumere, vt proprie de anima librũ ederet scriptum. Procul dubio hæc obseruatio eius illud indicat, ꝙ nihil audebat de hac re manifesto dogmate cõfirmare. Deniq; in eo libro quem in epistolam ad Titum scribit, hæreticum describẽs, & animæ faciens mentionem, hæc dicit.

ORIGENES.

¶Sunt vero & alia quædam dogmata quę in apostolicis traditionibus non habẽtur, de q̃bus requires si oportet eos qui quomodolibet de his sentiunt, vel pertractant, hæreticos putare: vtputa. Verbi causa dixerim, siquis rationem humanæ animæ inquirat, cũ de ea neq; ꝙ ex semine traducis ducatur, neq; ꝙ honorabilior, & antiquior corporum compage sit, tradiderit ecclesiastica regula. Propter qd̃ multi nec comprehendere potuerunt qualiter sentiri oporteret de animæ ratione: sed & qui aliquid sentire, vel disserere nisi sunt, a nonnullis in suspicione habentur, velut noui aliquid introducentes.

PAMPHILVS.

¶Deinde post pauca ait. ORIGENES.

¶Sed & tu ipse apud temetipsum discutiens
A confidera si oportet eũ q quolibet modo de his opinatur, vel hæreticum, vel ecclesiasticũ temere definire: aut si nõ est periculosum de eo pronunciare qm̃ & ipse peruersus sit, & peccet, & sit a semetipso damnatus: ꝙ hæreticus dicitur, si quis forte ex his quę supra diximus quãlibet opinionem, licet nonnunq̃ plurimis peregrinam, videatur inducere.

PAMPHILVS.

¶Hæc quidem ipse in eo libro quem superius diximus scribit: nos vero his adiungimus etiam ista quæ nobis ipsa æquitas videtur exposcere. Si manifeste ecclesia traderet vel prædicaret contraria his quæ ille sensit, sine dubio velut contrarius, & resistẽs ecclesiasticis statutis merito culparetur. Nũc vero cũ diuersitas sit apud oẽs ecclesiasticos, & alii alia de anima sentiãt, & oẽs diuersa, quo modo hic magis q̃ cæteri incusandus est: maxime cũ ea quæ a reliquis affirmãtur, multo magis sint & absurda, & sibiipsis contraria? Quidam enim opinantur præparatis iam in ventre mulierum desormatisq; corporibus tunc ad præsens creari animas, & inseri iam deformato corpori. Hæc vero sentiẽtes, pręter hoc ꝙ manifestas probationes ex sanctis scripturis adhibere non possunt, insuper etiã iniustitiã quodãmodo conditoris accusant, ꝙ non æqualiter.i. æq̃lis vitæ conuersationes tribuat omnibus. Statim eñim vt creata fuerit anima, cũ nihil vtiq; adhuc in se culpæ commiserit, inseritur interdum si ita acciderit cęco corpori, vl' alioqn debili: alię vero sanis corporibus, & alię infirmiorib9: & aliis quidem multum vitę tempus tribuitur, aliis vero breuissimum, ita vt interdum simul vt natæ fuerint exturbentur e corpore: & aliæ quidem ad conuersationem agrestem quandam, & barbarã, & vbi nihil humani aut honesti est, & sup omnia vbi paternæ institutionis impietas obtinet, diriguntur: aliæ vero ad viros honestos, sobrios, humanos, vbi & humanarum legum obseruatio viget: interdum etiam ad parentes religiosos, vbi educatio nobilis & honesta, vbi etiam eruditio rationabilis, transmittuntur. Quomodo igitur assertiones eorũ in talibus diuinã prouidẽtiam recte omnia dispensantem & æqua lance moderantem tãq̃ bonã & iusti dei potentem assignare? Iam vero illi qui ex traduce animas venire affirmant, & simul cũ corporali eas semine seminari: siquidem (vt quidam ipsorum affirmare solent) nõ aliud dicunt animã esse q̃ insufflationẽ spiritus dei, illam.s. quam in initio facturę mũdi deus dicitur insufflasse in Adam, de ipsa dei esse eã substantia profitentes: quomodo non & isti videbuntur quodammodo hoc præter scri-

ptura regulam, & rationem pietatis asserere, ꝙ substantia dei est quę peccat, si anima q̃ de substantia dei est, peccat? Insuper etiam ꝙ & pœnis subdenda sit pro peccato? Sed & illud quod sequitur, quod perabsurdum est incurrere, non prævident, q̃a necesse est eam simul cum corpore mori, & esse mortalem si simul cum corpore vel seminata, vel formata, vel nata est. Tum deinde illi qui vnam quidē ex nullis subsistentibus a deo factā esse dicūt animam, i. illam quæ prima facta est in Adā, & ex ea iā omnium hominū animas existere, & secūdū corporalē sine dubio successionem traducē quoq; fieri aīarum: etiā ipsi qd aliud ostendunt nisi animas esse mortales? Si enim sicut animalia cętera ex solo semine oriūtur, ita etiā de hominibus sentiamus, vt cū corpore simul in eodē semine etiā anima diffundatur: quid dicem⁹ de his qui imperfecti adhuc, & de ventre aborti sunt? & qui nonnunq̃ aeq; vasculorū naturalium receptaculis semina sint suscepta, depereunt? In quibus sine dubio inuenit, ꝙ simul illę etiā quę naturali ratione seminibus insertæ erāt animę, extinctę sint pariter & corruptę. Siue ergo ex insufflatione dei sint, siue ab vna illa quę prima facta est: necessario simul cū corporibus corrumpentur, si eandē cum corporibus etiā originē sumunt secundū ipsorum rationē. Aut enim nihil omino ex rationabili, atq; immortali anima participabit id qd adhuc in vētre receptū est: & repulsa est illa ratio q̃ affirmat eā in seminis traduce simul cum corporibus seminatam: aut si participat, necessitas imminet confiteri mortalē esse animā: qd fides nostra vtiq; non recipit. Verūtamē quid est qd ex his omnibus ostendi volumus? illud profecto, ꝙ sicut eos q vnāquālibet de his q̃s supra exposuimus opinionē veram putant, non recta ratione hæreticos quis appellat, pro eo ꝙ neq; ex diuinis scripturis certi aliquid de his vel manifeste dictum esse videat, neq; in prędicatione ecclesiastica contineri: ita neq; hūc virum culpari iustum est, differentem qd sibi visum est, maxime cum illud pręcipue seruaretur quod in ecclesia de animę cōfessione seruari omīmode debet, id est ne diuersas naturas esse diceret animarū: quinimmo & dicentes redarguit, & vehementi assertione conuincit. Ipse autem fatetur vnius substātię oēs animas, & immortales ac rationabiles, liberi arbitrii ac volūtaris, iudicandas quoq; esse ꝑ his quę in hac vita gesserūt, esse tamē eas factas a deo, qui vniuersa condidit & creauit. Quando autē factę sint, olim simul, an nunc per singulos nascentiū, quid periculi est alterum e duobus opinari? Sed respondere possibile est, vt omnis penitus culpādi aditus excludatur. Sicut enim de luminaribus cęli diuersa singuli, etiam ipsi qui sunt in ecclesiis sentiunt: aliis quidē opinātibus esse animantia, & i specie rationabiliū aīantiū: aliis vero putantibus ꝙ irrationabilia sint, immo vero ꝙ non solū vera anima, sed & omni sensu penitus careāt, & sola sine spiritu & sensu sint corpora: nemo tamen merito alterū eorum qui hæc ita diuerse sentiunt, hæreticū dixerit, ꝓpter hoc ꝙ nō ita apte de his traditū ē in apostolica prędicatione: Ita etiam eos qui de humana anima dubitant, & de initio eius vel origine diuersa opinantur, non est rectū hæreticos pronunciare: maxime cum in reliquis ecclesiasticæ doctrinæ regulis quod rectum est & catholicum reteneant.

Nouissima criminatio est μετενσωματώσεως, hoc est trāsformationis animarum. Ad quod sicut in cæteris fecimus, ipsius qui accusatur respōdebimus verbis: illud primo pernecessario commonentes, quia accusatores eius non intelligentes qualiter ab eo de ista quæstione tractatum sit, vel ꝙ ratio disputationis ita se habeat vt nō semper velut ex vna persona pronunciari videantur quæ dicuntur, sed interdū etiam ea quę ecōtrario dici poterūt, disputent: & hanc esse artē disputandi non aduertentes, obiiciūt ei de hoc dogmate, ꝙ quasi ipse senserit ea q̃ ex aduersantis ꝑsona disseruit. Deniq; ꝙ discutiendi hæc, & nō confirmandi dixerit causa, ipse per ea quæ post tractatum rei ipsius adiecit, ostendit: hoc modo dicens. C

ORIGENES.

Sed hęc quātum ad nos pertinet non sunt dogmata, sed discussionis gratia dicta sint, & abiiciantur. Pro eo autem solo dicta sunt, ne videatur quæstio mota, non esse discussa.

PAMPHILVS.

Sed hoc in eo loco dixit, in quo de animabus animalium requirebat, non de transmutatione animarum.

In septimo libro in euangelium secundum Matthæum, ita scribit de animarum transmutatione.

Quidam quidem opinātur ex eo quod dictum est: Ipse est Helias qui venturus est: animam Helię eandē fuisse quę Ioannis. Qd eñ dixit: Ipse est Helias: nō ad aliud, sed ad animā referendū putauerūt, & ex hoc pene solo

sermone dogma introduxerũt μετενσωματώσεως, id est trãsmutationis animarum, quasi etiã ipso hoc Iesu cõfirmãte. Sed oportuerat intueri, q̃ si hoc verũ esset, in multis vtiq; prophetarũ, vel euãgelio⁊ scriptis simile aliquid inueniri deberet. Tũ deinde etiã ille sermo q̃ huic adiũgit, ostẽdit secretiorẽ quẽdã & arcanũ sensum in his q̃ dicta sunt regrẽdũ magis, q̃ qđ illi secũdũ literę solius intelligẽtiã susceperũt, cũ dicit: Qui habet aures audiẽdi, audiat. Addendũ autẽ & illud est: q̃ si pro peccatis secũdũ q̃ ipsi sentiũt, trãsmutatio fiat animarũ: propter quæ peccata Heliæ anima trãsmutata est in Ioãnẽ, q̃ ab ipso angelo nasciturus p̃nũciaẽ, a quo & Iesus Saluator noster? Quomodo ergo nõ euidẽtissimũ mẽdaciũ est hoc, vt ille qui tam perfectus fuit, vt nec cõmunẽ quidẽ istã mortem gustaret: veniret ad trãsmutationẽ animæ: quæ secũdũ illorũ assertionẽ non potest accidere nisi ex peccatis? Deniq; quomodo hoc exponent qđ dictũ est ad Ioannẽ: Tu Helias es: & dicit, non sum? Sed vt ostendatur conuenire hoc etiã illi verbo qđ dixit dñs: Si vultis suscipere, ipse est Helias q̃ vẽturus est: hoc qđ dixit: Helias ipse est, referendũ est ad spiritũ & virtutem ipsius Heliæ. Ioãnes enim p̃cessit in spiritu & virtute Helię conuertere corda patrum ad filios.

De eo ipso ex. XI. libro de euangelio secundum Matthæum.

A ¶Quidã q̃ alieni sunt a catholica fide, transferri animas ex humanis corporib⁹ in corpora animalium putãt secũdũ differẽtiã peccatorũ: nos vero qui id nusq̃ cautũ inuenimus in diuina scriptura, dicimus q̃ per multam vitæ negligentiã humana prudentia cũ fuerit inculta atq; neglecta, efficitur velut irrationabile pecus per imperitiam, vel negligentiam, non per naturam. Similiter autem & hi qui tales fuerint effecti ex p̃positi sui negligentia qua erudiri neglexerint, si eruditioni se atq; exercitio rationabili tradãt, rationabiles efficiuntur atq; prudẽtes: sicut scriptũ est de illis euangelicis canibus qui manducabant de micis quę cadunt de mensa dominorum suo⁊: ex quibus conuersa Chananęa facta est dei filia: secũdũ q̃ dicit ad eam Saluator: O filia, magna est fides tua. Sicut enim virtus animi cõfert vnicuiq; vt sit filius dei: ita malitia mentis, & verborum insania, atq; impudentia facit vnũquẽq; secũdũ auctoritatẽ scripturę appellari canem. Similiter aũt intelligendũ est etiam de cæterorũ animaliũ mutorum appellationibus.

De eodẽ ex libro. XIII. euãg. in Matth.

¶In his Helias nõ anima Heliæ mihi videẽ, vt ne incurramus in dogma alienũ ab ecclesia dei de transmutatione animarum, qđ nec ab Apostolis traditũ est, nec vsq̃ in scripturis cautũ est. Contrarium ẽm est his quę dicta sunt ab Apostolo: Quoniam quę videntur tẽporalia sunt. Et vbi sunt quę oẽs scripturę confirmant, q̃ pręsens seculum finiendũ est? Sed nec illud poterit stare, quod dictum est: Cælum & terra transibũt: neq; illud qđ dicit Apostolus: Trãsibit ẽm habitus hui⁹ mũdi: & illud: Cęli peribũt, & ea quę sequunẽ. Si ẽm (vt aiũt auctores huius dogmatis) nemo potest in id initiũ restitui qđ primo fuit ab initio mũdi vsq; ad finẽ: qua ex causa immutari vel transferri animã secundo vel tertio opus est, vel frequẽtẽr? Hoc ẽm modo reddi delicta vniuscuiusq; personę perhibent, & pœnas lui, si in diuersa corpora frequẽtius trãsmutẽtur. Qđ vtiq; supfluo fiet, si finis ei nullus emẽdationis occurrat, nec erit vnq̃ quando nõ anima transferatur. Et si semper pro delictis animabus ad corpora diuersa redeundũ est: quis vnq̃ mundo dabitur finis, vt impleatur qđ dictum est: Cælum & terra transibũt? Qđ & si concedaẽ (verbi gratia) vt aliquis sit sine peccato, quẽ iã nõ sit necesse reuoluĩ in corpus: per quot tẽpora putabimus inueniri vnam fortasse vix animam quæ penitus pura sit, nec permutatione corporis idigeat? Qđ & ipm̃ si cõcedaẽ, rursum suo dogmati cõtrariũ efficiẽ. Si ẽm demus paucas quasq; animas p̃ singulas ad pfectionẽpossẽ restitui/ vt vltra ĩ corpora venire nõ idigeãt: necesse est (licet p̃ infinita secula & immẽsa tẽpora) singulis qbusq; animabus ad perfectionẽ restitutis cessare iam vsum corporum, & per hoc finem mũdum recipere ac resolui. Nõ tamen videẽ ita sanctę scripturę, quę dicit multitudinẽ peccantiũ relinquẽdã esse in fine seculi. Qđ ex eo manifestissime indicaẽ, qđ in euangelio scriptũ est. Verũtamẽ putas filius hoĩs veniẽs inueniet fidẽ sup terrã? sicut ẽm ĩ diebus Noe, ita erit aduentus filii hominis.

PAMPHILVS.

¶Et postea q̃ de scripturis multa disseruit, ipse iam suã sententiã hoc modo declarat. B

ORIGENES.

¶Erit autẽ his qui ęunc erunt vindicta, non trãsmutatio animarũ. Nõ ẽm iã ad peccandũ locus erit, sed alia genera erunt pœnę. Trãsmutatio nãq; corporũ pœnã nõ faciet peccato⁊, ita vt nulla extrinsecus putẽtur inferri supplicia: qn potius est peccatoribus pœna

rū modus.i.vt ꝑ his q̄ in hoc corpore gesse-rūt,pœnā recipiāt.Manifestū tn̄ est ꝙ istę sin gulę rōnes his q̄ possunt rei cōsequētiā dili-gēter aduertere,cōtrarię sunt huic dogmati quo ꝑhibent animę trāsmutari. Q꞉ si genti lium auctores sequi volūt,qui opinionē istā ex principiorum suoꝝ cōsequentia ꝑsecuti sunt,dicētes cum hęc stant sine dubio,nunq̄ mūdū istū posse finiri:cōsequēs est eos q̄ hæc volūt,scripturę nostrę nō credere,q̄ manife-stissime pronūciat finē mūdi futurū,& nō ex quirere in ipsis scripturis expositiōes, siue as sertiōes ineptas & incōsequētes,ex q̄bus nul-lo genere ostendi potest ꝙ secūdū scripturas nostras nunq̄ finis seculi futurus sit.

De eadem re ex libro de Prouerbiis Salomonis.

E ¶Videtur aūt mihi & illa assertio quæ trāsformari animas de corporib⁹ in alia corpora asseuerat,ꝑuenisse etiā in aliquos eorū qui Christo credere vident,ex quibusdā scriptu rę sanctę occasionibus,nō intelligētes quō in telligi debeāt q̄ scripta sunt.Nō em̄ animad-uertūt quomō homo efficiatur aut pullus, aut equus,aut mulus:& putauerūt trāsmu-tari humanā animā in pecudum corpora, vt ęstimarēt ꝙ aliquādo serpentis suscipit cor-pus vel viperę,aliquando equi vel reliquorū animaliū.Iam ergo cōsequens est & hoc illos dicere debere, ꝙ diabolus q̄ leo in scripturis dicitur,corpore leonis vtatur, aut draconis carnibus cū draco nominat.Ita erit vt secun dum illos trāsmutatio ista animarum perue niat & in dęmonū naturam,vt sit aliquando vel leo vel draco anima habens diabolum.

PAMPHILVS.

¶Et paulo post.

ORIGENES.

¶Sed supfluę sunt oēs istę adinuētiones. Ma nifestū est em̄ ꝙ vna pœna tam dæmonū na-turę,q̄ humano generi peccatoꝝ a dn̄o prę-finita sit illa quā dn̄s sua sentētia designauit dicēs:Ite in ignem ęternū qui paratus est dia bolo & angelis eius:ostendens ꝙ eadem spe-cies pœnarum peccatoribus hominib⁹ & dia bolo & angelis eius ꝑparata sit, licet in eadē pœna diuersa sit quātitas pœnæ.Alius enim grauius ac vehemētius cruciatur ꝑ magni-tudine peccatorū:alius autem remissius,cu-ius leuiora & faciliora peccata sunt.

Explicitus est Apologeticus pro Ori-gene secūdū Pamphilū martyrē,de græ co in latinum translatus.

DE ADVLTERATIONE Librorum Origenis Liber,qui est Rufini.

IN HIS Quę in su-F ꝑiori libro secun dū Apologeticū sā cti martyris Pāphi li quē pro Origene græco sermone edi dit,put potuimus, vel res poposcit, la tino sermone diges sim⁹,illud est qd̄ te desideriorū vir Ma cari admonitum esse volo,vt scias hanc fidei quidem regulam quam de libris eius supra exposuimus esse,quę & amplectenda sit,& re tinenda.In omnibus enim his catholicum in esse sensum euidenter probatur: inueniri tn̄ in eius libris quædā ab his nō solum diuersa sed nōnunq̄ etiā cōtraria,& ea quę veritatis regula non admittit,q̄ nos quoq꞉ nec recipi-mus,nec probamus. Sed hoc vnde acciderit opinionem quę ad nos vsq꞉ peruenit, ne a te quidē,vel ab his qui quod verum est scire cu piunt,celari volo:si qui tn̄ sunt qui audien-tes id quod verū est,& quod ipsa ratio indi-cat,acquiescāt,& obtrectādi studio nō quid uis malint esse verū, q̄ id qd̄ eis obtrectandi materiam ꝑimat.Dubitari nō puto qn hoc nullo gn̄e fieri potuerit,vt vir tā eruditus, tā prudēs,certe qd̄ indulgere et̄ accusatores eius possunt,vir q̄ neq꞉ stultus, neq꞉ insanus fuerit,ipe sibi cōtraria & repugnātia in suis sententiis scriberet. Aut etiam si vllo genere cōcedam⁹ hoc accidere potuisse: fortassis em̄ dicet aliquis,quia ea quę in prima ætate con scripsit potest fieri vt obliuisceretur in ętate vergēti,& aliter q̄ aliquādo senserat post ꝑ-ferret:quid faciemus ꝙ interdū in eisdē locis atq꞉(vt ita dixerim)in cōsequenti pene capi te sentētię cōtrarii sensus inueniūtur inserte? Nūquid in eodē opere eiusdē libri interdum (vt diximus)statim in consequenti capitulo oblitus sui esse potuit?verbi causa, vt qui su perius dixerat nusq̄ inueniri in omni scriptu ra vbi spiritus sanctus factus,vel creatus esse diceretur,continuo subiiceret inter cæteras creaturas factum esse spiritū sanctum:aut ite rū qui patrē & filiū vnius substantiæ qd̄ gręce ὁμοούσιον dicitur,designauit,in consequen-tibus statim capitulis alterius substantiæ, & creatū poterat dicere eū, quē paulo ante de ipsa natura dei patris pronunciauerat natū? Vel iterū de resurrectione carnis,qui tā eui-denter pronunciauit naturā carnis in cęlum ascendisse cum verbo dei,atq꞉ inibi cælestib⁹ apparuisse virtutibus nouum & admirandū

eis sui visum præbentē, possibile erat vt hāc iterū nō esse saluādā diceret? Quia ergo hæc incidere ne in eum quidem poterant qui vel mente motus, vel cerebro esset insanus, quid sit in causa, q̄ possum breuiter edocebo.

A ¶ Quāta sit hæreticorū temeritas, q̄ nihil his sancti, nihil pensi sit: facile intelligi dat̄ ex his quę frequenter & ausi sunt, & cōuicti. Nā sicut ipsorū patri diabolo ab initio falsare verba dei atq; inflectere a suo ordine, & sui veneni interserere virus studiū fuit: ita & istis successorib⁹ suis hāc suę artis hęreditatē reliqt. Denique cū dixisset deus ad Adā: Ex oī ligno paradisi māducabitis: ille cū vellet Euā decipere, liberalitatē dei omnia edere pmittētem vna tātumodo interiecta syllaba in quantas coarctauit angustias! Ait eū. Quid est qd̄ dixit deus, vt ex omni ligno paradisi nō māducetis? Quo scilicet p hoc graue eē pceptū dei apud hominē cōquerēs, puaricationē pcepti facilius psuaderet. Hęc exēpla patris sui, atq; hāc artē magistri sui secuti hæretici, quoscūq; veterū nobilium tractatorū inuenerūt de his q̄ ad gloriā dei pertinēt plene & fideliter disputasse, ita vt ex lectione eorū vnusq̄sq; fideliū pficere possit, & instrui: nō pepercerūt scriptis eorū venenatū virus infundere, siue interpolādo quę dixerāt, siue quę nō dixerāt inserēdo, quo facili⁹ videlicet sub nomine doctissimi cuiusq; & nobilis inter scriptores ecclesiasticos viri, hęresis suæ astrueretur assertio, ex eo q̄ ita sensisse etiā aliqui de claris viris & catholicis viderenē. Et horū manifestissimas inter Grecos scriptores ecclesiasticos pbationes tenemus. Et quis q̄plurimi sint ex veteribus in quorū libris huiuscemodi depꝛhēditur adulteriū: paucorū tñ sufficit adhibere testimonia, ex quibus facilius quid etiā Origenis libris acciderit agnoscatur.

B Clemens Apostolorum discipulus, qui Romanę ecclesię post Apostolos & episcopus & martyr pfuit, libros edidit, qui græce appellantur ἀναγνωρισμός, id est recognitio: in q̄bus cū ex psona Petri apostoli doctrina quasi vere apostolica in q̄plurimis exponatur: in aliqb⁹ ita Eunomii dogma scribit, vt nihil aliud q̄ ipse Eunomius disputare credatur, filiū dei creatū ex nullis extātibus asseuerans. Tū deinde etiā illud adulterii inserit genus, vt naturā diaboli, cæterorūq; dæmonū nō propositi volūtatisq; malitia, sed excepta ac separata creaturæ pduxerit qualitas: qui vtiq; in cęteris oēm rationabilē creaturā docuerat liberi arbitrii facultate donatam. Sūt etiā alia nōnulla libris eius inserta q̄ ecclesiastica regula omnino non recipit. Quid quęso de his sentiēdū est, q̄ apostolicus vir, immo pœne Apostolus, nō ea scribit q̄ Apostoli dicūt: cui Paulus Apostolus testimoniū dedit, dicens: Cum Clemente & adiutoribus meis cęteris, quorū nomina sunt ī libro vitę: & scribebat hoc qd̄ libris vitę contrariū est? Nū id potius credēdū est qd̄ supra diximus, q̄ peruersi homines assertionē dogmatū suorum sub virorū sanctorū nomine tāq̄ facilius credēda inseruerūt ea quę illi nec sensisse, nec scripsisse credendi sunt?

C Clemens quoq; alius Alexandrinus presbyter, & magister illius ecclesię, in oībus pœne libris suis Trinitatis gloriā atq; æternitatē vnam eādēq; designat: & tñ īterdū inuenimus aliqua in libris eius capitula in q̄bus filium dei creaturā dicit. Nunqd credibile est de tāto viro, tā ī omnibus catholico, tā erudito, vt vel sibi cōtraria sensetit, vel ea quę de deo nō dicā credere, sed vel audire q̄dem impium est, scripta reliquerit?

D Dionysius quoq; Alexandrinus epus, eruditissimus assertor ecclesiasticæ fidei, cū in q̄plurimis intātū vnitatē, atq; ęqualitatē trinitatis defendat, vt imperitioribus quibusq; etiam secūdū Sabellium sensisse videaē: in his tamē libris suis quos aduersum Sabellii hæresim scribit, talia inueniūtur inserta, vt frequēter Arriani auctoritate ipsius se defendere conentur. Propter qd̄ & sanctus episcopus Athanasius cōpulsus est Apologeticum pro libris eius scribere, pro eo q̄ certus erat nō illū diuerse potuisse sentire, sibiq; ipsi cōtraria scribere: sed q̄ inserta hęc a maleuolis nosset. Et hęc qdē nos ducti rei ipsius cōsequētia de sanctissimis viris, & ecclesię doctoribus sensimus, q̄ scilicet nō putemus eos qui rectā & ecclesiasticā fidem in q̄plurimis astruxerūt: in aliquibus sibimetipsis aduersa sensisse. De Origene vero in quo similiter vt in his quos supra diximus aliqua diuersitas inuenitur, istud non sufficit sentire, qd̄ de pdicatis iā catholicis sentit vel intelligitur viris: nec similis causę similis sufficit excusatio, nisi & ipsius hęc cōquerētis & deplorātis scriptis atq; vocibus probemus. Quid eī ipse dū adhuc esset in carne viuēs, sentiēs vidensq; perpessus sit de librorū suorū

vel sermonũ corruptionibus,vel adulterinis editionibus,ex ipsius epistola quã scribit ad quosdã charos suos Alexãdriæ euidẽter docet:& p hęc q̃ sit causa q̃ in ipsius scriptis q̃dam sibi contraria inueniantur agnosces.

De adulteratione vel corruptione librorũ suorũ ex libro Ep̃larum Origenis.IIII.ep̃lę scriptę ad quosdã charos suos Alexãdriæ.

VERBA Origenis ex Epistola ipsius quã ad quosdã charos suos in Alexandria scripsit,cõtra eos qui libros eius adhuc eo viuente adulterauerunt.

E Quidam eorum qui libenter habent criminari proximos suos,ascribunt nobis & doctrinæ nostrę crimẽ blasphemiæ,quod a nobis nunq̃ audierunt: de quo ipsi viderint,nolentes obseruare mandatũ illud quod dicit,quia maledici regnum dei non possidebunt:dicentes,patrem malitię ac perditionis & eorum qui de regno dei eiiciuntur, id est diabolum me dicere esse saluandum,quod ne aliquis quidem mente motus,& manifeste insaniens dicere potest. Sed nihil mirum mihi videtur si adulteretur doctrina mea ab inimicis meis,& tali adulterio corrũpatur,quali adulterio corrupta est Epistola Pauli Apostoli.Quidã enĩ sub noĩe Pauli Apostoli falsam epistolam scripserunt, vt conturbarent Thessalonicẽses quasi instaret dies dñi, & seducerẽt eos.Propter hanc epistolã in secũda epistola quã ad Thessalonicenses scripsit,hęc dixit.Rogamus aũt vos fratres per aduentũ domini nostri Iesu Christi,& vestrã cõgregationẽ in ipsum,vt nõ moueamini cito a sensu vestro,neq̃ terreamini,neq̃ per spiritum, neq̃ per verbum,neq̃ per epistolam tanq̃ per nos missam,quasi instet dies dñi: nemo vos seducat vllo modo. Talia ergo quædã video etiã nobis accidere.Nã quidam auctor hęreseos cũ sub pręsentia multorum habita inter nos fuisset disputatio,& descriptum accipiẽs ab his qui descripserant codicem,quę voluit addidit,& quę noluit abstulit,& quod ei visum est permutauit,circunferens tanq̃ ex nomine nostro insultãs,& ostẽdens ea quæ ipse cõscripsit.Pro quibus indignãtes fratres qui in Palestina sunt,misẽrũt ad me Athenas hominem qui acciperet a me ipsum authenticũ exemplar,quod ne relectũm quidẽ,vel recensitum a me antea fuerat,sed ita neglectum iacebat vt vix inueniri potuerit.Misi tamen,& sub deo teste loquor:quoniã cũ conuenissem illum ipsum qui adulterauerat librum, quare hoc fecisset,velut satisfaciẽs mihi respondit:Q̃m magis ornare volui disputationẽ illã atq̃ purgare. Videte quali purgatione disputationẽ nostrã purgauit: tali nempe quali purgatione Marcion euangelia purgauit vel apostolũ,vel quali successor eius post ipsum Apelles.Nam sicut illi subuerterunt scripturarũ veritatẽ: sic & iste sublatis q̃ vere dicta sunt, ob nostri criminationẽ inseruit q̃ falsa sũt.Sed licet hoĩes hęretici, & impii sint qui hęc facere ausi sunt,tñ habebũt & illi iudicẽ deũ,qui talibus aduersum nos criminationibus accõmodãt fidẽ.Fecerunt aũt hoc & alii nõnulli cõturbare volẽtes ecclesias. Deniq̃ i Epheso cũ vidisset me quidã hęreticus,& cõgredi noluisset,neq̃ oĩno os suum aperuisset apud me,sed nescio qua ex causa id facere vitasset,postea ex nomine meo & suo cõscripsit qualẽ voluit disputationem,& misit ad discipulos suos,vt ego quidẽ cognoui,ad eos qui Romę erant: sed non dubio quin & ad alios C qui per diuersa sunt.Insultabat autẽ & apud Antiochiã priusq̃ ego illuc venirẽ: ita,vt & ad q̃plurimos nostrorũ perueniret ipsa disputatio quã parauerat.Sed vbi affui, multis eũ præsentib⁹ argui.Cũq̃ iam sine vllo pudore pertẽderet impudẽter asserere falsitatẽ, popo sci vt liber deferretur i mediũ,vt scelus meũ agnosceretur a fratribus,qui vtiq̃ cognoscerẽt q̃ soleo disputare, vel quali soleo vti doctrina. Qui cũ ausus nõ esset pferre librũ,cõuictus ab oĩbus,& cõfutatus est falsitatis, & ita psuasum est fratribus ne aurẽ criminationib⁹ pberẽt.Si quis ergo credere vult mihi i cõspectu dei loquenti,etiã de his q̃ in epistola mea conficta sunt & inserta,credat: si aũt quis non credit, sed vult de me male loq,mihi quidẽ nihil damni cõfert:erit aũt ipse falsus testis apud deum,aduersus proximũ suũ testimonium falsum vel dicens vel dicentib⁹ credens.

Haec ipse adhuc superstes cõqueritur,quę scilicet per semetipsum deprehendere potuit adulterata esse in libris suis,atq̃ falsata. Meminim⁹ sane etiam i alia eius epistola similem nos de librorum suorum falsitate legisse querimoniam:cui⁹ epistolæ exemplar impræsenti non habui, vt etiam ipsius testimonium his pro fide veritatis adiungerem. Sed sufficere arbitror ad satisfaciendum his, qui nõ contentionis,atq̃ obtrectationis studio, sed amore veri audiunt quæ dicuntur. Nam quod in veteribus sanctis ac pręiudica

tis catholicis viris, quorũ superius fecimus mentionẽ, solo argumẽto ex rerũ cõsequentia ac recti tenore præsumpto ostẽditur & probatur, ꝙ si quid in libris eorũ cõtra ecclesiasticam fidẽ inuenitur, id insertũ ab hæreticis potius q̃ ab his ipsis scriptũ putetur: hoc in Origene nõ argumẽto solo simili vt in illis: sed testimonio q̃rimoniarũ suarũ ex suis scriptis prolato absurdum nõ puto si credatur, ne velut stultus aliquis, aut insanus contraria sibi scripsisse videatur.

A De hæreticorum vero temeritate, vt credi istud scelus facile possit, illa res maximũ credulitatis præstat exẽplũ, ꝙ abstinere impias manus ne a sacrosanctis quidẽ euangelii vocibus potuerunt. Apostolorum vero vel actus, vel epistolas qualiter polluerint, qualiter corroserint, qualiter in omnib⁹ macularint, vel addendo impia, vel auferẽdo quę pia sunt: si quis vult plenius scire, ex his libris Tertulliani, quos aduersus Marciõnẽ scripsit, plenissime recognoscet. Quid ergo iã erit magnũ si Origenis scripta temerarũt ii qui Saluatoris dei nostri dicta ausi sunt temerare? Nec sane diuersitas dogmatũ alicui assertionis nostræ deneget fidem, ꝙ alterius hæresis fuerint illi qui euãgelia deprauarũt, ad alteram vero hæresim respiciant ista quæ diximus Origenis libris inserta: cognoscat q de his dubitat, ꝙ sicut in omnib⁹ sanctis est spiritus dei, sicut & Apostolus dicit, qa spiritus prophetarum prophetis subiectus est: q & iterum ait, ꝙ omnes vnũ spiritum portabimus: ita & in hæreticis vnus est diaboli spiritus, qui eos eandem ac similem semper malitiam docet.

B Verũ ne cui forte minus ad credendũ videantur idonea ea quæ ex libris græcorum scriptorum exempla protulimus: q̃uis gręcus scriptor sit pro quo satisfacere videmur: tamen qa quodãmodo in latinã linguã sermo deuolutus est, & satisfieri etiã latinis hominibus pro his q ex calumniosis interpretationibus vulnerãtur magnopere poposcisti: nõ pigebit etiã latinis scriptoribus talia q̃dã accidisse monstrare, & calumnias immensas ex adulteratione librorũ suorũ, sanctis & probatissimis viris esse cõmotas. Et ne quid perfectę credulitati desit, res quę sunt adhuc memoriæ nostræ retexam, quo testimonii veritas neminem lateat.

Hilarius Pictauiensis episcopus cõfessor fidei catholicę fuit: hic cum ad emendationem eorum qui Ariminiensi perfidię subscripserãt, libellũ instructionis plenissimæ cõscripsisset, cũq libellus ipse in manus inimicorum & maleuolorũ (vt quidã dicebãt) corrupto notario: alii vero alia occasione narrabãt, quid interest: tamẽ cũ in manus inimicorum ipso ignorante venisset: ita ab eis corruptus est, illo sancto viro nihil penitus sentiente, vt postea cum ad concilium episcoporũ secũdũ ea quę se in libello ipsius nouerant corrupisse, hæreticũ eũ inimici arguere cœpissent, & ipse libelli sui fidẽ pro sui defensione flagitaret, de domo sua prolatus libellus talis inuentus est, quem ipse non agnosceret. Fecere tamen eum excommunicatum de concilii conuentione discedere. Verum qa viuẽti, & adhuc in corpore posito, res q̃uis scelerata & inaudita contigerat, dolo cognito factio deprehensa, retecta scelerum machina potuit emendari. Adhibita enim curatio est assertionibus, satisfactionibus, & omnibus q̃ viuentes pro se facere possunt. Nam mortui pati nihil refutant. C

D Sancti Cypriani martyris solet omne epistolarum corpus in vno codice scribi: huic corpori hæretici quidam qui in spiritũ sanctum blasphemant, Tertulliani libellum de Trinitate reprehensibiliter (quantum ad veritatem fidei nostrę pertinet) scriptum inserentes, & q̃plurimos codices de talibus conscribentes, per totam Constantinopolim vrbem maximam distrahi precio viliori fecerunt, vt exiguitate precii homines illecti, ignoros & latentes dolos facilius compararent, quo per hoc commentum hęretici perfidiæ suæ fidem tanti viri auctoritate conquirerent. Accidit tamen vt recenti adhuc facto quidam ex nostris fratribus catholicis inuenti, admissi sceleris commissa retegerent, & ex parte aliqua si quos possent ab erroris huius laqueis reuocarent. Q̃plurimis tamen in illis partibus sanctum martyrem Cyprianũ huius fidei quæ a Tertulliano non recte scripta est, fuisse persuasum est.

Adiiciam adhuc vnius facti talis exemplũ, qd memoriæ quidem recentioris est: cõmissũ autem nequitiæ antiq̃uũ satis, & qd omnes veterum fabulas vincat.

E DAmasus episcopus cum de recipiendis Apollinatianis deliberatio haberetur, editionē ecclesiasticæ fidei, cui iidē editioni si ecclesię iungi velint subscribere debetēt, cōscribēdam mādauit cuidam amico suo psbytero viro disertissimo qui hoc illi ex more negocium procurabat. Necessariū visum est dictanti in ipsa editionē de incarnatione domini, hominē dominicum dici. Offensi sunt in hoc sermone Apollinaristę, nouitatem sermonis incusare cœperunt: adesse sibi cœpit q dictauerat, & ex auctoritate vera scriptorū catholicorum virorum confutare eos qui impugnabant. Accidit vt & vni ex ipsis qui nouitatem sermonis causabanť, ostenderet in libello Athanasii episcopi scriptum esse sermonem de quo quęstio habebatur: quasi suasus iam ille cui probatum fuerat, rogauit dari sibi codicem, quo & aliis ignorantibus & contradicentibus satisfaceret. Accepto codice inauditum excogitauit adulterationis genus. Locū ipsum in quo sermo iste scripť erat rasit, & ipsum sermonem rursum rescripsit quē raserat. Codex redditus simpliciter receptus est. Mouetur iterū pro eodem sermone quæstio: ad probationem codex proferť, inueniť sermo de quo erat quæstio, ex litura in codice positus, fides proferenti talem codicem derogať, eo ꝙ litura illa corruptionis & falsitatis videreť indicium. Sed quoniam (vt iterū eadem dicam) viuenti hęc facta sunt a viuente, continuo egit omnia vt fraus cōmissi sceleris nudaretur, ac nequitiæ macula non innocēti viro qui nihil tale gesserat adhęreret, sed in auctorem facti, atq; in vberiorem eiꝰ infamiam redundaret.

F SI ergo & Origenes talia ab hęreticis, & maleuolis se eē perpessum in epistola sua ppria voce conqueriť, & multis aliis viris catholicis tā viuis q̄ mortuis eadem acciderunt, similesq; fraudes scriptis eorum probanť illatæ: quæ tandē animorum obstinatio est, in ęquali causa nō ęquali vti venia: sed ex iisdem accidentibꝰ aliis excusationis tenerētiam, alii criminationis infamiam intendere? Quin potius aperienda est hoc in loco veritas latens: non enim possibile est tam iniquo iudicio vti quenq̄ hominū, vt de causa ęquali non æqualiter sentiat. Sed ꝙ auctores obtrectatorū eiusii sunt qui vel i ecclesia dispu tare latius solent, vel etiam libros scribere q. totum de Origene vel loquunť vel scribunt, ne ergo plura eorum furta cognoscanť: qui vtiq; si ingrati in magistrū nō essent, nequaq̄ criminosi viderenť, neq; simpliciores quosq; ab eius lectione deterrerent.

Hic notaſ Hieronymus.

G DEniq; quidā ex ipsis qui se velut euāgelizādi necessitatē p oēs gentes & p oēs linguas habere putāt, de Origene male loquēs sex milia librorū eius se legisse, q̄plurima fratrū multitudine audiente, confessus est. Qui si vtiq; vt ipse dicere solet, p cognoscendis malis eius ipsos legebat, sufficere potetant ei decem libri ad cognoscendum, aut viginti certe, vel vt plurimum triginta. Sex milia aūt librorū legere, iā nō velle cognoscere est, sed totam pene vitam suam disciplinis eiꝰ & studiis dedere. Quomodo ergo merito iste audiendus est, cum eos culpat qui instructionis suę causa perpauca eius salua fidei regula, atq; integra pietate legerunt?

SVFFICERE hęc ad ostēdēdū qualiter de Origenis libris sentiendum sit, puto: ꝙ omnis qui nō contentionis sed veritatis studium gerit, facile his tam euidentibus assertionibus acquiescat. Qꝫ si quis in cōtentione sua permanear, nos talem cōsuetudinē nō habemus. Definitū eñ est apud nos, siquādo eum legimus, secundum sancti Apostoli cōmonitionē tenere quę bona sunt: si qd autem inuentū fuerit in his quod cum fide catholica nō cōsonat, hoc & ab hęreticis suspicamur insertum, & tam ab illiꝰ sensu, q̄ a nostra fide ducimus alienū. In quo etiam si falli mur, nihil (vt opinor) periculi huiusmodi errore incurrimus. Nam & ipsi deo iuuāte permanemus illæsi, vitando ea quæ suspecta habemus, & improbamus, & accusatores fratrū non inueniemur apud deum, quia diaboli pprium esse hoc opus diciť accusandi fratres: vnde & diabolus a criminādo nomē accepit: simul & maledicorum sententiā quę a regno Dei separat eos qui tales sunt, declinamus.

Explicita est Apologia Sācti Pamphili martyris, & Rufini pro Origen

Finis Quartæ partis operum Origenis Adamantii. In ædibus Ascensianis, Ad Idus Iul. M.D.XXII.

Origenis Per Badium Cõmendatio.

Excellentiſſimo ſacræ theologiæ & inſtitutorum diui Dominici ſeu Prędicatorii ordinis profeſſori, Regiæq̧ confeſſionis auditori prouidentiſſimo Gulielmo Paruo, Io. Badius Aſcenſius S.D.

CONTEMPLANTI Mihi diuinę prouidētię argumēta, illud nõ minimũ īter cętera viſum eſt, ꝙ maximis quibuſq̧ mortaliũ, ea indēda aut cõmutãda curauerit nomina, quę eoꝝ vitę prænotarēt elogia. Nã vt Hippolyti, Herculis, cęterorũq̧ Ethnicorum nomina prętereã, quę nõnulli ꝙ ante rerũ euēta illis impoſita legerent, fruſtra euentis applicãda cēſuerũt: Nõne protoplaſtorum Adami atq̧ Eues vocabula agendę ab illis vitæ congruerũnt! Nonne Cain, Abel, Seth, Iſaac, Iacob, & q̃plurimi alii ob ea quę euenerunt, aut mox euentura erant, ſic nũcupati ſunt! Et ne per ſingula excurram: Nõne redemptor noſter Ieſus, & eius pientiſſima genitrix Maria, & pręco Ioãnes, atq̧ adeo oẽs cęlitus noĩa ſortiti, nũcupationibus futurę operationi eoꝝ quadrãtibus dicti ſunt! Et cõſimiliter quoꝝ noĩa diuinitus mutari iuſſa, ob aliquã futurę vitę cõgruentē excellētiam mutata ſunt. Sic enim Abram dictus eſt Abrahã: ſic Iacob Iſrael: ſic Simeon ſeu Simon, Petrus: ſic Saulus adhuc ſpirãs minarũ & cędis in diſcipulos dñi; quippe multũ referens de Saule rege illo ſuperbo, poſtq̃ a dño in terrã pſtratus, factus eſt modicus in oculis ſuis, & magnus in oculis domini, a ſe conuerſi nomen ſuſcepit, diciq̧ deinceps voluit Paulus: qđ nomen vt diuus pater Auguſtinus recte deduxit, a parum vel a pauco per diminutionē dictũ eſt. Sed fortaſſis inquies pater doctiſſime, quãobrē iſthæc Badi ne nouitiis quidem noſtris ignota, mihi ingeris! nempe ꝙ cupiētem me Origenis Adamantii opera nobis recētius coimpreſſa tui nominis dexteritati Paruorum maxime, commēdare: admiratio quędam occupauit conſonãtię nominũ veſtrorum cum vita. Nam vt de Origene prius, etiã nota repetam, id nomen græcũ, latine dici poteſt aut montis, aut preli ſeu vaſis agricolaris genus ſeu progenies. Nam ὄρος mons dicitur: & ὀρὸν prelum & vas agricolariũ: γένος autē genus. Origenes autem a montibus per quos ipſe vt fere eum ſecuti, apoſtolos intelligendos docet, ſecundũ interiorem hominem decentiſſime genitus prędicatur. Nã ſecũdũ apoſtolos neſcias an quiſq̃ aut copioſius, aut ſubtilius, aut fauſtius catholicas ſcripturas interpretatus ſit, ita vt (qđ & Pamphylus martyr atteſtatur) q̃plurimi apoſtolicũ virũ prædicarēt: quocirca merito pater eius vir ſanctus & cælitus inſpiratus dormientis pectus tãq̃ ſpiritus ſancti oraculum quoddam deoſculatus dicitur. Preli quoq̧ progenies merito cenſetur, illius videlicet qui pro nobis torcular calcauit ſolus. At vas agricolarium ideo, ꝙ corbis fuerit vnde Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, & cæteri agri dominici cultores velut e promptuario omni diuina atq̧ humana ſapiētia referto, ſemen qđ in terram bonã iacerent acceperũt. Verũ inquiet quiſpiam, ſi tã bonũ ſemen in corbem ſuũ repoſuit, vnde ergo habet zizania! Inimicus homo ſuperimpoſuit. De qua re q̃a beatus Pamphilus, Ruffinus, & poſt illos Merlinus noſter in Apologiis ſuis ſatis diſſerunt: verbum non amplius addo. Adamantius vero ab Adamante. i. indomabili lapide: nimirum dictus eſt: ſolo enim hircino ſanguine frangi ille poteſt, vt doctor noſter vere irrefragabilis tãtiſper dum ſyncerus erat: q̃a ea altitudine ingenii præditus vt a nullo domari poſſet, niſi ab hircino ſanguine. i. catholicę fidei ſacramentis omnem ſenſum captiuantibus; quibus & vltro herbam dedit. Quo nomine cum lumen catholicę habeteтur eccleſię, hęretici prauitatis ſuæ offuderunt tenebras: quas quia penitus abolere non poterat magiſter noſter Merlinus, euidēti indicio notauit, Caue, aut Caute lege, e regione ſcripitans. Nõ ab re igiť & Origenes, & Adamantius horũ operũ dictus eſt auctor. Tu vero pater optime; cũ ſis theologorũ maximus, declamatorũ verbi diuini ſummus, & inquiſitorũ fidei catholicę prudentiſſimus, ob quas cum ingenii tum dei & ſtudii tui dotes, Chriſtianiſſimus, & idem ſapientiſſimus Francorum rex Ludouicus duodecimus te ſibi ad confeſſionem audiendã id minime ambiētē; immo ne cogitantem quidem delegit: tamen cognationis tuę, qđ Paruorum eſt, cognomentũ ita anxie te ſubmiſſius gerendo obſeruas, vt non modo Paruus, ſed vel minimus ſacratiſſimi Prædicatorii ordinis haberi velle videaris. Sic etenim conſulenti aurem, egenti opem præbes ac rei literarię pręſertim ſacrę imprimēdę ac diuulgandę inſudas, vt vere paruus exiſtimeris; nimirum edoctus a domino dicēte: Quicũq̧ voluerit inter vos maioꝝ fieri, ſit veſter miniſter. Cũ igitur bonã operũ iſtorũ partē tua cura & munificētia nacti ſimus; quicquid eis imprimēdis meruerim tui nominis dedico celſitudini. Vale pater ampliſſime. E chalcographia noſtra in Academia Parrhiſiorum Decimoquarto Kalen. Nouembris. M.D.XII.